BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 A
23

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

20.4.28.
D
25
19-9.a.30

SCHEMATISMORVM SEV

TABVLARVM INSTITVTORIARVM IN QVATVOR LIBROS INSTITVTIONVM IVRIS CIVILIS D. Iustiniani Imperatoris

Bibliot. Secr.

PARS PRIMA.

INVENTORE
GEORGIO VIVIENNO ANTuerpiano, art. lib. & I.V. Doctore: Aduocato consistoriali Cancellariæ Brabantiæ, supremique Senatus Belgici, necnon Reueren. Curiæ Camerarij censis iurato &c.

Coll. Rom. Soc. Jesu
And. Caprarica

COLONIAE
Apud Theodorum Baumium
ANNO M. D. LXXI.

INSIGNIA GENTILITIA

REVEREN-

DISSIMO IN CHRISTO PATRI, EIDEMQVE ILLVSTRISSIMO SERENISSIMOQVE Principi ac Domino, D. Salentino, Electo Archiepiscopo Colonienſi, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario, & Principi Electori, Vueſtphaliæ & Angariæ Duci, de Iſenburg Comiti, &c. Domino ſuo colendiſsimo,

Georgius Viuiennus Antuerpianus S. D. P.

THOLOSAnam ante annos aliquot ciuitatẽ relinquens, ex Hiſpanijs veniens abſolutis commiſsionibus ex parte ſuæ Regiæmaieſtatis mihi iniunctis, & Lutetias profectus in amicitiam illic incidi quorundam doctorum virorum Coloniæ natorum, qui de bonis literis in vtraque lingua & hactenus, ſi quiquam alij, meriti ſunt optimè,

& etiamnum merentur, dum præclaros & reconditos aliquot libros Aurelijs sub inuictissimo illustrissimoq; Galliarum Principe Henrico III. in publicũ subinde typis excusos proferunt. Qui præter alia non exigua in me beneficia, hoc etiam effecerunt, vt precibus non desistentes suis me adstrinxerint aliquãdo inuisere Superiorẽ Germaniam, & maximè Coloniæ Agrippinæ celeberrimam hanc Academiam. Quod facere licet quidem hactenus non integrum fuerit, tam ob praxim I. V. cui totus in audiendis cognoscendisque iudiciarijs controuersijs in Aulis & curijs varijs inuictiss. et Catholici Hispaniar. Regis Philippi apud inclytam Bruxellam ferè octennio, quàm alijs seriorum negociorum occupationibus & Consultationibus postea deditus fuerim: & quidem non solùm apud dicti Regis maiestatem, verùm etiam Reuerendissimi Episcopi Cameracensis Excellentiam. Id tamen profectionis negocij anno elapso, vacantiarum tempore credidi solùm dari, præsertim hoc tumultu Inferioris Germaniæ adhuc perdurante, imò vt minimùm tam diu visitãdis hisce Regionibus immorari, donec ille in tranquillitatem sit cõuersus. Quod faxit Deus ille Opt. Max. etiamsi totum mundum in maligno positum esse, Reuerendissime in Christo Pater ac Domine, passim conspiciamus, & totum terrarum orbem

bem, omnes propemodum prouincias, oppida ferè cuncta, fœdissima bellorũ & seditionum tẽpestate esse perculsa, grauiterq; perturbata. Tã multis (proh dolor) in fide errãtibus, & in tot hæresum & sectarũ discrimina distractis, multis in fide nutantib. & vacillãtibus: alijs in fide Catholica quidẽ persistẽtibus, sed in moribus & vita à vero tramite, in vtroq; Ecclesiastico pariter et seculari statu enormiter deuiantibus. Attamen cùm admiranda Dei benignitas in nostris laudibus nunquam cõticescere debeat, hoc profectò tempore iure optimo clementiã eius, qua nos tam diuinis bonis afficit, non laudare modò, sed & attoniti aspicere, & grata tantorum beneficiorum recordatione debemus exosculari. Vt enim taceã florentiss. Ecclesiæ Christi statum, silentio præteream tam claram doctrinæ cœlestis professionem, aliaq; multa: tacitus profectò præterire non possum, quòd omnia studiorũ genera, tam diuina quàm humana, singulari quadã ipsius Dei Opt. Max. prouidẽtia sic efflorescant, vt iam pulsis tenebris, disiectisque nubibus, quas hominũ ignauia toti terrarum orbi offuderat, clariss. & saluberrimum lumen exortum videatur. Quam igitur peregrinationem aggressus ac Cliuensem ciuitatẽ cõtingens nec desisti (meo more) aliquo munere meorum operũ excellentissimum Ducis Cancellarium Oliue-

rium impartire: qui viciſſim (vt hoc, gratitudinis ergò, etiam commemorem) VIVIENNVM *donare inſigni ſtrena argentea haud ponderis exigui (vti ſolent Principes & Magnates Inferioris Germaniæ inter dedicandum, ipſi, in perpetuam etiam rei memoriam) veritus non eſt.*

Vnde quoque penes ſe idem habens alia opuſcula hactenus non excuſa xij. Coloniam ingreſſus: non formidauit ex eis vnum R. C. T. dedicare: quamuis hactenus juſſurari ſibi tantum ocij nequijſſet, vt penes ſe ſuppreſſos hos SCHEMATISMOS, *vt volebat, atque omnino neceſſum erat, perpolire poſſet: Præter adhuc nimiam fortaſſis audaciam, quam in me reprehendet aliquis, qui id aggreſſus ſim. Quòd ſi hoc mihi, vt metuo, & non immeritò fortaſſis accidat quorundam iudicio, non aliud fermè excuſationis genus habeo, niſi vt cum alijs dicam illos non poſſe me probare, qui morem antiquitùs receptum, vt quiſquis ingenij & lucubrationum ſuarum opera, quæ in publicum exire velit, alijs nuncupet quos amat aut reueretur, ceu parum liberalem criminantur. Cùm enim cæteris hominibus aliquod doctrinæ opus dedicare, humanitatis & amicitiæ ſignum eſt illuſtre, tum illis præcipuè, qui curam animarum gerunt ſummam,*

mam, huiusmodi libros offerri par est, partim quoniam ita nos eis plurimum debere testamur, partim ad ritè & iustè philosophandum hoc modo allicimus. Atqui Plato tum demum (vt Christianum Ouile) & Rempublicam optimè habituram pronunciauit, cùm aut Principes circa Philosophiam & Iurisprudentiam, aut Philosophi & Iurisprudentes circa imperium versarentur. Licet per testimonia non solùm Eligiaca diuersorum I. V. Doctorum, aliorumque virorum insignium in calce quarti libri collocanda etiamsi non ex animi sententia & obedientiæ ergò appareat: sed etiam varijs alijs iam excussis à multis annis opinionibus tam DD. Bosschardi, Pipenpoij, Tymanni Hassardi, Vrenysij, quàm Steensellij, Vigelij aliorumque breuitatis ergò omittendorum, summo expectari desiderio debere excudendos hosce peræquè SCHEMATISMOS, *seu* TABVLAS IN QVATVOR LIBR. INSTITVTIONVM D. IVSTIN. IMPERAT. *(quibus illos quandoque legendos exhibueram) atq; hactenus (citra tamen iactantiam) amplexi fuêre Candidati Iuris vtriusque atque adeò celeberrimi I.C. Quisquilias nostras & retroacta xxvi. diuersorum nostrorum operum & librorum, olim in gratiam audi-*

torum tantùm meorũ Tholosanorum, Pictauiensium, Biturigensium, Aurelianorum, Parisiensium, & Louaniensium, & cæ. vt nunc posset Colonienſium continuata. Cæterùm vt hoc opus Reuerendiſs. Excellentiæ Vestræ inſcriberem, causa est: quòd amplissimus ordo vester permultos habeat viros, qui vel in clarissima hac vrbe, vel pulcherrima Diœcesi & ditione vestra Rempub. moderãtur, in humanioribus etiam disciplinis aut eximiè, aut saltem mediocriter eruditos. Ita vt requireret sanè hic locus tum vestras, tum ciuitatis Colonienſis celeberrimas laudes prædicari, Religionis synceritatem renatam, prudẽtissimam Reipub. moderationẽ, in bonas literas earumque studioſos beneuolentiam, amorem, at liberalitatem, gentis fortitudinem, ſitum, amplitudinem, & fertilitatem, deniq; multa aliusmodi dignis laudibus celebrari. Sed cùm dotes virtutesque omnes & vestras & Reipub. totius oratione mea, sic vt merentur, complecti non possim: dum M. T. Ciceronis copia mihi deſit, Demoſthenis vehementia, necnon Iſocratis ſuauitas: etſi vel partem aliquam enumerare velim, liber mihi conſcribendus foret, non epiſtola: pauca verò dicere de magnificentia vestra indignum eſſet: ſtatui in præſentia tacere, & iſtam prouinciam alijs doctioribus & eloquentioribus ingenijs relinquere.

quere. Interim pati dignabitur R.C.T. partũ hunc noſtrum quàmlibet præmaturũ, horridũ ac informem in lucem prodire ſub tuo nobiliſſ. tutelari numine. Qua enim alia ratione meliùs conſeruari præclara ſtudia in Rebuſpublicis poſſũt, quàm ſi eorum ſectatores Mœcenates habeant, quorum ſuffragatione, & patrocinio operã ſuã, honeſtosq; conatus tueanturᵉ nimirum quòd ea res animos cùm diſcentis tum docentis coacuit, & maiores ad ſtudia vegetioresq; reddit, dum percipiant ſuos conatus, labores & vigilias Principi viro, in cuius fide ſunt, curæ eſſe: neque vllum aduerſantis fortunæ caſum ſibi temerè eſſe pertimeſcendum. Quis obſecro ſtudioſorum eſſet qui nõ ipſe ſibi & Reipub. colligat, aut colligere cupiat, quæcunq; virtutum, vitiorum, iuſtitiæq; cum reliquis huiuſmodi cõmunia exẽpla, canones, dicta, conſilia, quotidiana lectione apud authores obſeruata. Nam propter hoc legimus libros, ac reuoluimus, vt iſtum fructum ceu nucleum excerpamus. hinc euenit vt inſtar apiculæ, ex vario genere florum, quicquid inerat ſucci ſuauioris exhauriens in vnum opus verè mellitum, & inſtar elegantiſſimi faui in multas veluti cellulas diſtinctũ, plurima & floridiſſima autorũ Doctorumq; prata peruolitans cõgeſſerim. deniq; hoc ceu officinã meã, ſeu apothecam, diuerſo genere nobilium aro-

matũ(etiamsi dicamus)instar diuitis pharmacopolæ singula suis capsulis discernens,imple. ui. Et vti bonus Oeconomus præstantiores arborum fructus,& qui ætatem ferre possint, diligenter in penu suum recondit : ita gnomas elegantiores, quæ dignæ videbantur Iustitiæ in hoc volumen conscripsi. Quicquid vbique pulchrum erat,vtile,admirandum,collegi: veluti locupletissimus aliquis mercator, ex varijs ac remotissimis gentibus omnia vndique egregia,rara, preciosa, conducibilia, coẽmit & in domum conuehit. Quæ tamen, quia(fortassis R.C.T. veluti innata) non videantur noua vel miranda , Vestræ solùm excellentiæ scribendo hos duos priores libros nuncupo,vt per eandem hisce fruantur etiam quotcunque volent studiosi. Non tamen eo vilius reputandum est donum, quia pluribus communicetur. Liberalitas enim est, quam plurimos bonorum suorum participes fieri velle : qualem vobis omnino voluntatem inesse , re ipsa indies approbatis. Sed hæc fortè prolixiùs apud scientes disserui. Verùm quæ pulchra & honesta sunt, ter & quater, vt est in prouerbio, repetijsse iuuat. meritò igitur comparandus, legendus, inuitis etiam quibusdam carptoribus nasutioribus, hic liber foret: quos cæca quædam philautia faciat , vt plus velint fauoris ferri suis,

ri suis, quàm alienis operibus. Verùm Herclè, à nobis hæc non proferuntur, quasi præcones nostri fœtus esse studeamus: sed vt rei veritatem aperiamus, neglecto illius Comici dicto, Obsequium amicos, veritas odium parit. Porrò quod compositionem attinet, ac ipsum dictandi genus: non admodum peto veniam mihi dari, quòd non elegantiùs & maiori eloquentia collectanea hæc nostra expoliuerimus. Nam etsi facundiam & decus in verbis admirer ac laudem, magis tamen illos laudauerim, qui in excolenda oratione mediocriter, in ipsis autem rebus perquirendis diligentissimè, diutissimeque morantur. Sic vertagum, qui leporem aliamue bestiam assecutus ceperit, longè prætulerim alteri quamuis mauratum melium gestanti. Interim verò prorsus à barbarophonis hominibus abhorreo. Suam vtrique studio curam debemus, sed breuiorem orationi, longiorem rebus. Quantùm enim vmbra corpore vilior, quantùm signa & picturæ rebus ipsis concedunt: tantùm orationis cultui cognitio rerum, scientiarum, & veræ philosophiæ studium præstat. Miseri Penelopes proci, cùm dominæ amplexibus potiri non possent, ancillis commiscebantur: ita plerique domina IVRISPRVDENTIA *neglecta, circa eius organa & rudimenta immorantur.*

Sed

Sed hæc παρέργως. Cæterùm volui vt hæc nostra qualiacunq;, & absq; phaleris vllis excultа, ab omnibus æquè bene & facilè intelligerentur, & maximè vbi Græcorũ Philosophorum & Iurisperitorum opiniones vel sententias ad verba interpretemur, vel exempla, aut canones enarremus depromamúsue: In cæteris sat fore iudicãtes, si sensus intelligeretur, quo simpliciter & clarè cognito, liberũ deinde esset vnicuiq; præsertim Tyroni Iuris aut Græcis verbis vti, aut nostra pro suo arbitrio immutare & accuratiùs eloqui. Certè cùm omnis lingua natiuã sibi gratiam, & peculiarem vim habeat, quæ in alienam non facilè transfunditur: tum in primis Græca nescio quid scitũ & reconditum includit, quod in Latinũ sermonẽ cõmodè duci, & ad viuum exprimi non potest. Qua de causa nihil affectaui, sed aperto simplici q; stylo, non impuro tamen, vt spero, Græca vestigia alibi sequutus sum. Atqui etiã ipse Theodorus, licet natione Græcus, & cùm suæ linguæ, tum rerum cognitionis pertissimus, nũ paucis in locis lapsus est. quod propediem in illis saltem libris qui de historia animalium differũt, ostendere conabimur. Sic enim natura comparatum est, vt multo facilius sit aliorũ opera castigare, quàm sua: & foris acutiùs cernerè, domi cæcutire: ita vt etiam hinc tales adcarpẽdum proni apud eruditissimos quosq;

habean-

habeantur, μωμᾶσθαι μὲν δυνατοί, μιμεῖσθαι δὲ ἀδυνατώτατοι. *Hæc ideo à me dicuntur, vt mihi quoq; æquiores sint viri docti, si morbo cõmuni omnibus & naturali quodammodo interdum laborare videar. Quandoque bonus, vt ille ait, dormitat Homerus. Porrò de ipsius operis vtilitate non est quod multis agam, cũ omnes qui velà limine bonas literas & Iurisprudentiam salutarunt, quàm latè pateat huius doctrinæ vsus, intelligant. Nam ex ipso nomine protinus res manifesta fit. Ordo autẽ is est, quòd diuidendo definiẽdoq; quodq; verbũ adpono, sigillatimq; expono, congruenti ordine, vt intelligatur plenariè id de quo disseramus. Quòd si quando non verba, sed res ipsæ (vt sæpe fit) obscuritatem aliquam cõtinere videantur, eas thematijs quibusdam pro tempore confictis, quãta potuerim solertia diligentiaq; enodem. Cæterùm vbi per Iuris Regulas eundum sit, prius quã ad eas descendam, quæ peculiaria eius cõtentionis sint, protheorijs, siue (vt nostri vocant) euidẽtialibus quibusdam, velut in modum præuiæ cuiusdã inspectionis propositis, discentis animum præparare, atque instructiorem reddere coner: nec cùm illuc deueniã, aut veluti in tenebris oberrans ad multa impingam, aut rerum ordinẽ, si tum demum docendum esset, soluere, atque importunè scindere oporteat. hanc veram existimans*

stimans docendi viam ac rationem esse ijs, qui primam & infirmam ætatem Iuris ciuilis sapientia instituerent. Item putaui præter alia in hoc secundo libro concinnata, & alios quosdam Canones & diuisiones, maximè à titulo de Legatis adiungendas, quia compositas. Sed eò quòd metuebat Typographus, ne liber nimis folioſus & crassus euaderet, alijs quoque occupationibus necessariò vacans, laborem istum in præsentia quamuis aliquousque productum, distulit; seorsum editurus aliàs, si minùs insertum nostris sex Voluminibus εὑρετηριῶν *locorum communium legalium, sub prælo locandis: modò studiosi præsentem operam sibi non fuisse significent ingratam, quæ ex optimis duntaxat summorum & clarissimorum V. I. C. scriptis & sententijs est conflata, non solùm ad institutionem Iuris vtriusque, vitæ, ac morum disciplinam conferens: sed etiam ad disserendi copiam vtilis: siue testimonia & authoritates nominatim allegare libuerit, siue argumenta solùm conquirere. Non autem domestico solùm, & pacis, sed etiam militari belliq́ue consilio. Sed ne longiùs extra oleas, vt aiunt, abire prima fronte videar, epistolæ finis quærendus. Hinc ergo euenit, vt olim* SCHEMATISMOS *hosce in vnum velut fascem primò proposuerimus sola inuentione nostra consar-*

ciuan-

vinandos: potißimùm quòd viderem teneros Iurisprudentiæ alumnos ex operosis illis, confusisque, & sine iudicio ferè consarcinatis, Angeli, Fabri atq; aliorum interpretum centonibus, nullũ, vel certè modicum percipere fructum posse, & quasi in vagum etiam profundum in marelabi. In his enim haud exigua quæ cùm primis ad rẽ pertinebãt, prætermißa esse constat: multa rursus aliena, & superuacanea assuta: sed & non rarò absurda pro veris, & paradoxa pro receptis, & vana ac inania pro momentosis intrusa esse: vt interim de stilo obticeamus, quando is omnium vbique est similis: hisce tamen ecõuerso, etiamsi dicamus, SCHEMATISMIS *oculis in fixis, veluti in tabula rasa depicta, verùm à falso, iustũ ab iniusto, discernere liceat: vti & à simili D. Augustinus aiat, Imagines esse rusticorũ libros. Quod autem superest, Patronum huius nostræ inuentionis quærẽs non putaui cuiquã rectiùs dedicari posse quàm R. C. T. cùm quòd eidem R. C. T. quasi debeatur, quod in suo dominio & Diœcesi Colonien. vniuers. Iurisp. habeat, tum verò quòd R. C. T. singularẽ defensorẽ & adsertorẽ imò principẽ locũ obtinentẽ Catholicæ & Orthodoxæ Religionis nostræ Christianæ, nemo sit qui nesciat. Obnixè iterũ atq; iterum rogitãs, vt R. C. T. hunc meum conatum tanquam certũ & perpetuũ propensißimi erga te ani-*

te animi mei testimonium & pignus maxima cum obseruantia ac veneratione, æqui boniq; consulere, & hos SCHEMATISMOS *& me vnà in clientelam suam & patrociniũ (ea qua solet clementia, lenitate ac mansuetudine tenuiorum supplices libellos admittere) dignetur recipere. Quod quidem si impetrauerimus, sempiterno cumprimis à R. C. T. deuincti beneficio, vberrimum vigiliarũ nostrarum fructum nos consequutos existimabimus: instigatosque necnon inflammatos ad maiora conanda moliendaq;, quæ illustrissimi nominis tui præsidio suffulta, deinde in lucem exibunt alacriora: Iuuentutiáque I. vtiliora.* DEVS OPT. MAX. *nobis conseruet ad gloriam sui nominis R. C. T. cum tota Christiana Synodo & Republica: & tribuat vel concedat Mosis clementiam, Dauidis pietatem, Salomonis sapientiam. Coloniæ Agrippinæ,*
Anno salutationis M. D. LXXI.
Ipsis Idibus Ianuarijs.

R. C. T.

Humilimus cliens

Georgius Viuiennus Antuerpianus Iuris vtriusque Doctorum minimus.

INSTITVTO-RIAE TABVLAE IN LIBROS QVATVOR D. IVSTINIANI IMPERATORIS *Institutionum Iuris Ciuilis.*

AVTHORE GEORGIO VIVIENNO Antuerpiano I. V. D.

IN PROOEMIVM LIB. I. INSTITVT.

BOfficio suo orditur Imper. Iustin. captatq; beneuolentiam à studio suo erga Rempublicam, potissimum tamen illo in corrigendis legibus. Sequitur deinde propositio. Cùm illa sibi fœliciter in prioribus voluminibus cura cessisset, ne cessarium visum esse, his Institutionibus discentiũ laboribus consulere. Et eas porro commendat, quod certæ sint, quod faciles, quod breues, & apertæ. Illas igitur Imperiali auctoritate approbat, & confirmat. Conclusio est προτρεπτικὴ ad Iuris Ciuilis studium, & suas leges amplectendas.

A *Impe-*



2 *Imperatoria Maiestas*, est Princeps Romanus, quem hodie Imperatorem dicimus vel Romanorum Regem: hi namque iure sacrosancta, nec impunè violabili maiestate muniti sunt. vt facilè intelligere est ex C. ad leg. Iul. Maiest. quòd Maiestas sit supremus etiam honor erga summa bona: à maiori dicta. quasi honor in mediocribus versetur, maiestas in maximis. Etiamsi M. Tull. Cic. in Rhetoric. dixerit fuisse hanc populi Romani amplitudinem.

3 *Arma*, sunt quibus nos defendimus l. iij. in prin. ff. de vi & vi arm. inf. de interdict. §. sed ex constitutionibus. & de publ. iud. §. item lex.

4 *Leges*, sunt statuta de negotijs hominũ, & in commune. quod eleganter etiam Aristot. probat in Polit. & Cels. tit. de legib.

Potest

Potest tamē legis mentio fieri duob. modis. altero secundum propriam atque perfectam significationem. Et sic Lex est notitia naturalis, à Deo nobis insita, ad discernendum æquum ab iniquo. Vnde dicitur aliâs Mens, vel Ratio recta, aliâs naturæ vis, aliâs Regula, seu norma iuris, & iniuriæ: quę omnia tamen eodem tendunt. Altero modo populariter, vt Cicero vocat, nuncupamus legē, quę scripto sancit quod vult, vt iubēdo aut vetando. ita vulgò lex accipitur. l. legis virtus. ff. de legib.

Bellum propriè est discordia hostium, ar 5
ma sibi mutuo inferentium.

Et diuiditur in duas præcipuas partes: 6
scilicet bellum *Recuperatorium*: quod ob recuperationem rerum ablatarum infertur. *Defensorium* verò, quod nempe necessariæ defensionis gratia, non interuallo, sed ex continenti, suscipitur. Verùm hoc nō propriè belli nomen meretur, sed potius defensionis censetur facultas, cuilibet omni iure, ipsoq; rationis ductu permissa, quandoquidem vim atq; iniuriam propulsare, ius gentiū permittit. l. vt vim. ff. de iustit. & iur. vbi & Baro. Licet sint qui aiant bellorū esse genera septem. Primum bellum 7
Romanorū contra infideles, cōprobantes id tit. de hæret. excommun. ij. quum Ro-

mana Eccleſia ſit caput fidei.xxiiij.q.j.Secundum,Iudiciale: quod nimirum fit auctoritate iudicis habentis merum imperium.c.dilecto. de ſenten.excom.in vj. ff.de rei vendic.l.qui reſtituere. Tertiũ eſt prę-ſumptuoſum: quod faciunt inobedientes iudic.de pœ.di.vj. ad fin. Quartum eſt licitum:quod fit auctoritate iuris,quo ad illum cui conceditur.de reſtit.ſpol.olim.de ſenten.excom.ſi verò.C.vnde vi.l.j. Quintum temerarium:contra illos, qui ſe iuſtè defendunt.Sextum voluntarium quo moderni principes vtuntur. c.noli.xxiiij.q.j. Septimum eſt iuſtum & neceſſariũ: quod fit ſe & ſua defendendo. Et in iuſtis bellis morientes ſalui fiunt, cæteris parib. xxiij.q.v. omnium veſtrum,&c.

Pax eſt propriè publica trãquillitas,iuxta Cic.de ſenect.

TITVLVS PRIMVS LIbri I. *Inſtit.de Iuſtitia & Iure.*

1 IVſtitiæ habet definitionem hic Titulus, Iuriſprudentiæ, præceptorum Iuris. Primam quo-
2 bue iuris diuiſionem quæ eſt in publicum & priuatum. In medio habet παρεργον quoddã, quo attentionem captat.

In-



Iustitia, genericè, est obedientia erga o- 7
mnes. Et sic Aristoteles dicit hanc omnes
virtutes in se complecti. Nam specifica Iu- 8

ſtitia, eſt cõſtans & perpetua voluntas, ius ſuum cuique tribuendi. quo poſtremo ab alijs iuxta eſſentiam differt. Et eſt quidem hæc iuſtitiæ definitio particularis, cuius eſt ſuum cuiq; tribuere, gubernareq; actiones quatenus ſuſcipiuntur erga alios: cuiuſque iuſtitię natura ex eius ſpeciebus deprehenditur. Nam *Diſtributiua* eſt perſonarum ordinatio in omni vita, publica & priuata, iuxta proportionem geometricã: videlicet qua gradus officiorum, & perſonarum conſtituuntur, & idoneis aptę functiones tribuuntur.

9

Commutatiua, quæ, iuxta Ariſt. commutat æqualia proportione arithmetica: id eſt, quæ ſimpliciter rerum æqualitatem efficit, ſine collatione perſonarum.

10

Iuriſprudentia, eſt diuinarum atque humanarum rerum notitia, Iuſti atque iniuſti ſcientia.

11

Ius


Honestè viuere. isto præcepto castratur
libido
Recta Iuris constitutio.
Ius, scilicet naturale versatur circa
Alterum non lædere. attinet maximè ad
corpus
iră: quæ hoc præcepto coercetur.
hinc duplex dicitur Eunomia: vna quidem
Recta Iuri cõstituto obtemperatio.
Ius suum cuiq; tribuere. cõcernitq;
res, & facultates
ne alterũ in contrahendo vel permutando decipiamus, & suum cuiq; tribuamus: siue pœna sit afficiẽdus quispiam, siue præmio remunerandus.
cupiditates: quæ hoc præcepto reprimũtur.

Aristot. Polit. iiij. accedit Paul. Apost. Rom. ij. Isocrates, atqui ciuitates, inquit, recta reip. ratione constitutas, haud quaquam porticus scriptorum plenas habere, sed in animis potius condita iura tenere expedit. Neque verò decretorum redundanti copia, sed expositioni morum præclarè vrbes habitantur.



l. exigendum. C. de procur. & l. j. de vsur. quando

quando & à quib. quart. pars. l. j. lib. x. & ff. de pignorib. l. fideiuſſ. §. pater. Et ſanè hæc diuiſio corrigebatur, nam Ius interdū collectioné præceptorum ſignificat legaliū, interdū, executioné, licet nō rectè etiamſi Accurſius id approbet: interdum locum, in quo exercentur iudicia: interdum facultatem: interdum familiaritatem. Hæc probantur. l. ius plurib. & l. fin. & ibi Zaſ. num. xvij. & xviij. in paratit. ff. de iuſt. & iur. Quoniam ius eſt quod vel natura, vel ciuitas, vel populus, vel gens vel conſuetudo iubet. vt Paul. d. l. ius plur. Hinc eſt ergo quod dicatur aliud bonum, aliud melius, aliud optimum eſſe ius.

Publicum ius eſt quod ad ſtatum rei Ro- 12
manæ ſpectat, de hoc maximè agitur. C. libro x. xj. & xij. & in bulla aurea Carol. V. Imperat.

Priuatum quod ad ſingulorum vtilitatē 13
pertinet: hoc eſt quod peculiariter & cum analogia quadā ad ſingulorum priuatam vtilitatem attinet. Cantiunc. hoc §.

TITVLVS SECVNDVS.

De Iure Naturali, Gentium, & Ciuili.

Alterã hic Titulus continet Iuris diuisionem, quę habet ius esse triplex, veluti imprimis nostro schemate demonstramus: definitur, & exponitur singulum.

Priuatum *Ius: est aut*

- *Naturale: quod est commune hominibus et beluis: vt* †
- *Gentium: quod est commune hominibus tantùm, & omnib. ijs quidem: vt* ☞
- *Ciuile: hoc est commune aliquibus ciuib. tantùm: vt* *

Ius ua-

† *Ius naturale:*	*Coniunctio carnalis.*	*Quod nonnulli Iuris Interpretes appellant* Ius primæuum: *quod est naturalis ille instinctus procreandi & educandi sobolem. Item libertas & defensio, quæ omnia communia sunt cum brutis.*
	Liberorum procreatio.	
	Liberorum educatio.	
☞ *Ius gentium:*	*Bella.*	*Hæc duo Iura priuata, sunt immutabilia, quòd ad totum: nõ tamen sunt, quòd ad partem.*
	Captiuitates.	
	Seruitutes.	
	Obligationes & contractus omnes.	*Et istud quidẽ* secundarium Ius *appellant, quo solus homo reliquis bestijs omnibus antecellit. vt amor religionum, parentũ, patriæ, & conseruatio pactorum.*

Ius

Ius ciuile:

- *Statuta, quæ hinc Ius scriptum dicta, quod*
  - *Lex xij. tabul.*
  - *Plebiscitum.*
  - *Senatusconsultum.*
  - *Principum placita.*
  - *Magistratum, seu Prætorum Edicta.*
  - *Responsa prudentum.*

  Hæc autem sunt mutabilia, & dicũtur Iura positiua.

Consuetudines: hinc ius non scriptum: vt apud Græcos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι, namq; ex stylo & modo, seu vsu procedunt: veluti & ea quæ auctoritate prudentium fiunt, vnde etiam iura positiua *dicuntur. Vti sunt determinationes alicuius circũstantiæ, in iure naturali vel gentium, probabili de causa, certo competentes populo.*

1 Ius naturale, est ꝙ natura omnia animalia docuit, id est quod commune est omnibus animalibus tam rationalibus quàm irratio-

rationalibus per instinctum & inclinationem naturæ solùm naturalem. §. j. hîc. & l. j. §. huius studij. ff. de instit. & iur. quod in largissima significatione sic definitur à causa efficiente: vt exempli gratia est, seipsum diligere, sibi consulere, sibi benefacere, sese conseruare, declinare ea quæ nocitura videntur, vim vi repellere, victum & amictũ pro naturæ vsu & necessitate comparare & acquirere, sui simile procreare, curam habere eorum quæ progenita sunt. Quæ quia potius videntur affectus & inclinationes naturales, quæ cum quibusq; animantibus enascuntur (quas Philosophi σοργὰς φυσικὰς appellant) quæque bruta sequuntur naturaliter, non tanquam per ius aliquod naturale, etiã apprimè dicentur.

Ius gentiũ: est quod naturalis ratio, humana necessitate vrgẽte, inter omnes gentes constituit, & peræquè ab omnibus obseruatur. §. ius autem gentium. hoc tit. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. 2

Ius gentium primæuum, quod à iure naturali secundario nihil differt. Et est notitia diuinitus insita hominibus, de Deo Opt. Max. & conseruatione humanæ societatis. Pertinent autem huc pacta, & pœnæ scelerum. 3

Ius gentium secundarium, est consequen- 4

tia

tia ex huiusmodi principijs practicis, propter vrgentem necessitatem extructa, cuius æqualis inter omnes gentes est vsus. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Huc referri videntur distinctiones dominiorum, contractus, legitima bella, defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ. d. §. ius autem gentium.

5 *Ius ciuile quod aliâs positiuum vocatur*: est determinatio alicuius circumstantiæ, in iure naturali vel gentiũ, probabili de causa, certo competens populo. Et quidem differt istud Ius ciuile à iure gentium: quòd id sit multorum populorum authoritàs. ciuile verò vnius populi iussus sit, ex norma naturæ promanans, quæ à Deo in corde & conscientia hominis est insculpta. de qua si quando dissensio est, vt rectè iudicetur, repetendæ sunt diuinæ tabulæ decem præceptorum, in quibus renouatum & descriptum est ius vel lex naturæ, tam certo testimonio, vt variari non possit: quod est veram philosophiam non simulatam, vt Vlp. dicit, affectare authore Deo: & veritatem inquirere: non verò Sathana duce, de stillicidijs statim, aut de iure partium rixari: & tandem nimium altercando, veritatem prorsus amittere.

6 Quod quidem ius ciuile seu positiuum non-

nonnulli aiunt primò esse duplex commune, & priuatum. Porrò commune rursus diuidunt in scriptum, & non scriptum.

Scriptum ius ciuile & commune: quod habetur in corpore iuris, id est in libris Digestorum, Institut. Cod. & Authent. Et constat legib. xij. tabul. plebiscitis, senatusconsultis, magistratuum seu prætorum edictis, principum placitis, & Prudentum responsis. §. constat. cum iiij. §. §. seqq. hoc tit. & l. ius ciuile. & l. ius autem ciuile: item l. nam & ipsum. ff. de iustit. & iur. 7

Corpus autem Iuris seu legum, vulgò sunt singuli libri, quibus vniuersa doctrina iuris ciuilis continetur. 8

Digesta sic à Saluio Iuliano primo adinuenta & nominata, qui ius ciuile, quum olim confusum traditum esset, tanquam in quandã artem illud redegit. Alciat. in Rubric. C. de edend. Pandecta autem comprehensoriũ interpretatur, quasi omnia continens, à πᾶν, omne, et δέχομαι, comprehendo. 9

Institutiones: sunt isti quatuor libri è quibus hæ tabulæ decerptæ sunt, continentes breui methodo præceptorũ eruditè prima vestigia erudientiũ homines in Iurisprudẽtia, versantia circa personas, res, & actiones: quæq; habẽt vim legis aut naturalis, 10

aut

aut positiuæ. §. penult. in proœm. & l. ij. §. hasitaq;. ver. nec. C. de vet. iur. enucl. quare ante omnia hæ Institutiones ad vnguẽ voléti iura pdiscere scitu necessariæ sunt. vnde euenit, vt gloriatus fuerit Iustin. §. cumque hoc. in proœm. quod eas per Tribonianum suum de iure gentium & ciuili, & omni veterum Institutionum corpore elimauerit, & ab omnibus turbidis fontibus in vnum liquidum stagnum corriuarit. constit. xj. & primo quidem anno. sicuti ordinem & methodum seruare oportet docendi: vt rudis animus studioſi simpliciter enutritus, facilius per hæc ad altioris prudentiæ iuris redigatur scientiam, & experientiam.

11 *Codex* liber est in quo res digeruntur, & ordine conscribuntur, teste Budęo. l. talis. §. socer. ff. de rit. nupt. Rectè igitur Iustin. Imper. superiorum Principum sine ordine positas constitutiones sua cura repurgatas, tum etiam Nouellas emendatas Codicem appellauit.

12 *Authenticon* græca vox est pro authorato. Hinc lex authentica, & decretum authenticum, quod multorum authoritate comprobatũ est. Cur verò authentici nomine cõstitutionum Iustiniani volumen citetur, cùm tamen nusquã appareat, hunc tit. ab

tit. ab ipso legislatore præfixum esse, declarat eleganter Alciat. cap. xlvj. lib. ij. Parerg.

Leges xij. Tabularum: sunt iuris ciuilis Romanorum initia & progressus: in quibus de iure publico & priuato sanctissimè agitur: vt satis declarauimus aliàs, nunc nostris super has editis scholiolis in studiosorum ac auditorum nostrorum gratiam. 13

Plebiscita, sunt generalia iussa plebis rogãte magistratu. Nam nisi plebs rogetur, nullum plebis iussum fieri potest. Aymarus. lib. ij. histor. Iur. Ciuil. In hoc differentia plebiscita à legè quæ sine rogatione populi statuebãtur: eiusdem tamen potestatis, Græcè ψηφισμα. Lex, quam plebs non populus accipit. Scita plebis autem appellantur ea, quæ plebs suo suffragio, sine populo iussit, plebeio magistratu rogante. 14

Senatusconsulta, sunt quæ senatus sine plebis arbitrio facit, iubet. Nam cùm populus difficilè congregaretur, cura Reipubl. ad senatum deducta est, qui sè interponere cœpit, atque rerum satagere. Id quoque ius vocatum senatusconsultum. 15

Magistratuũ vel prætorum edicta, talia olim apud Romanos fuere: qualia hodie 16

à magistratibus ciuitatum fiunt ad supplendum vel corrigẽdum ius ciuile, propter qualitatem loci, rerum, personarum, vel temporis. Et quidem Edictorum, aliud monitorium, velut vt Deum tempore statuto & ordinato colamus: aliud conuentionale, veluti dum quæ bona publica vel ciultatis euicta deniq; prostent: aliud citatoriú: vt dum quis absens à domo vel ciuitate est, & nescitur vbinã agat: aliud peremptorium. vt l. si seruus. ff. de custod. & exhibit. reor. Edictum ergo venit ab edicendo, veluti prætores, publici nuncij seu apparitores edicunt mandata: sic si rei significationem spectemus ideo dictum est edictum: vt scirent ciues, quod ius de qua re quisq; magistratus dicturus esset. l. ij. §. eodem tempore. ff. de orig. iur. Et solebat appellari ius honorarium.

17 *Principum placita*, sunt ea mandata principum quæ legis habent vigorem: executioniq; legitimè mandantur.

18 *Prudentium Responsa*, sunt dicta eorum Iurisconsultorum, quibus authoritas erat cõcessa, iura cõdere, per interpretationẽ.

19 *Ius ciuile seu positiuum non scriptum*, vocatur generalis consuetudo, qua omnes omnium ordinum homines hodie in Imperio Romano vtuntur. l. de quibus. &

ibi

ibi Bart.num. vj. Iason. & Zas.num. ij.ff. de legib. Et quidem positiuũ ius dicitur quippe positum ab hominibus, quasi ciuili quadam & politica argumentatione.

Ius verò ciuile priuatũ, similiter duplex: Scriptum & non scriptum. 19

Scriptum, municipale, aliàs statutum dici consueuit, & est, quod expresso consensu populi, vel maioris saltem partis, in certo aliquo loco introducitur, & publicam eius loci vtilitatem respicit. d.l. omnes populi, vbi Bart. in princ. ff. de iustit. & iur. 20

Non scriptũ ius ciuile, est consuetudo, quæ est ius, quod moribus, vsu, aut tacito consensu populi vel totius, vel maioris saltẽ partis initiatum, continuatum, & constitutum est: habens authoritatem legis, publicam respiciens vtilitãtem. Bart. l. ij. C. Quæ sit longa consuetud. 21

Dicuntur denique Iura naturalia & gentiũ immutabilia: quandoquidem tandem vim vbiq; habent: sicut ignis hîc & apud Persas vrit, vt Arist. dixit. *Ciuilia verò iura mutabilia*: quum vbique non peræquè obseruentur: sed mutentur pluribus in locis. 22

Omne ius pertinet, aut ad { *Personas.* / *Res.* / *Actiones.*

23 *Ius personarum*, est conditio siue status, quo quisque hominum, vel libertatis vel seruitutis ius sibi asserit & vendicat. hinc personalis actio, quę in personam fit. Persona etenim tam hominem quàm qualitatem hominis & conditionem significat. & aliter. Vlp. l. fundi. de act. empt.

24 *Res* cùm sit vocabulum genericum: latius inf. de rer. diuis. tit. j. lib. ij. Instit.

25 *Actio*, est ius persequendi, hoc est legitima facultas, vel authoritas, permittens persequi in iudicio id quod sibi debetur. Vel, est ius quod planum est, est enim ars incorporea. Zas. in proœm. tit. inf. de actionib. l. nihil aliud ff. de actio. & oblig.

TITVLVS TERTIVS. DE *Iure personarum.*

Ostremam iuris diuisionem Imp. vbi absoluit: quærat, ius scriptum est, aut nõ scriptum: hîc rem aggreditur tandem. Cum-

Cũq; omne ius vel circa personas, vel res, vel actiones versetur, incipit hîc tractationem personarum. Et habet hic titulus primam personarum diuisionem vt infr. videre est. Vtrorumq; deinde status declaratur.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Tit. 3 Seruæ vt

- Aut nascuntur
  - ex ancillis
  - verè
  - seruis.
- Aut fiunt: de
  - Iure gentiū
    - Captiuitate.
    - Natiuitate.
  - Iure ciuili
    - Assertione principali.
    - Capitali supplicio.
    - Venundatione suijpsius: Dum iusta ætas adsit xx. annorum.
    - Consensus vendentis.
    - Participatio precij.
    - Notitia conditionis. qui Sic fiunt in potestate dominorum.
    - Ingratitudine libertorum erga patronos.
    - Authoritate principis, in confugientibus ad latronum familiam.

1 *Libertas est* naturalis facultas eius quod cuique facere libet: id est, est naturalis facultas liberè viuendi, secundum leges Iuris naturalis, gentium & ciuilis. Et viuere, si propriè loquamur, est, vt quis velit. l. libertas. de reg. iur. l. 3. ff. de stat. hom.

Et

Et Cicer. de offic. l. Paulus. §. j. ad tit. de fideicommiſſ. libert.

Seruitus, eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis alieno dominio contra naturam ſubijcitur: .i. eſt ius quo adimitur aliquid libertati, quam dominus in re ſua habet: ac conceditur perſonæ, vel rei alienæ. l. 4. §. ſeruitus. ff. de ſtat. hom. quod fit imprimis duobus modis: captiuitate nempe: capti enim in bello publico de iure gentiũ ſerui hoſtium efficiebantur. §. ſerui autem. hoc tit. & d. l. iiij. ff. eod. & natiuitate. Partus enim quoad libertatem matris, quoad dignitatem patris conditionem ſequitur. l. cùm legitimæ. ff. de ſtat. hóm. Sed deinde quo ad ius ciuile, hæ enumerantur cauſæ ſeruitutis. Primò, venditio ſui ipſius: ad quam tamen hæc quatuor requiruntur copulatiuè. 1. iuſta ætas xx. annorum. 2. conſenſus vendentis. 3. participatio precij. 4. notitia conditionis, per text. & gloſſ. hîc. in verbo, Maior. §. fin. Secundò, capitale ſupplicium. Nam damnatus ad mortem per ſententiã, ſeruus pœnæ efficitur. l. qui vltimo. ff. de pœn. Tertiò, ingratitudo libertorum erga patronos. l. 2. C. de libert. & eor. liber. Quartò, aſſertio principalis. C. de aſſertione tollend. §. omnes. Quintò, authoritas

principis,in cõfugientibus ad latronum familiam.l.ij.C. Quib.ad libert.proclamare non liceat.

Et ſecunda diuiſione quidem perſonarum ,Liberi homines ſunt,qui vel in ſeruitio nunquam fuerunt,vel ex iuſta ſeruitute per emancipationẽ à domino manumiſsi ſunt. Hi ſunt vel ingenui, aut libertini.

DE INGENVIS. TI-
tulus quartus.

PRimùm hoc tit.Iuſtin. Impe. tractat de ingenuis : qui nam hi ſint : & qui inter ingenuos etiam reputandi,: dum prima liberorum ſpecies ſit ingenuus.

Ingenuus eſt,q ſtatim vt natus eſt liber eſt: ſiue ex duobus ingenuis matrimonio editus eſt,ſiue ex libertinis duob⁹, ſiue ex altero libertino, & altero ingenuo. Hoc eſt,eſt perſona ex vtroque parente libero, vel ex libera tantùm matre progenita,vt eodem quoq; ſtatu libertatis fruatur, per text.hîc in princ.& l.& ſeruorum.§.ingenui.ff.de ſtat.hom. Tres igitur ſunt cauſę ingenuitatis . Natiuitas ex libera matre. nam partus quod ad libertatem ſequitur ven-

ventrem seu vterum: & conditionem ma matris, etiamsi indignior persona mater sit patre: sed quoad honores, dignitates, vel nobilitatem seu familiam, liberi sequuntur non matrem sed patrem, & eius stirpis cognomẽto gaudent. vt l. si filiam. & l. liberos. ff. de senatorib. l. exemplo. l. eos. C. de decur. lib. x. Qui pater quantum ad libertatem præstandam partui tantum potest prodesse vtpote si conceptionis tempore ipse fuerit liber, quia illo solo tempore fuerit pater causa efficiens. Sic ipsa quoq; vxor mariti sui dignitate atque nominibus censetur etiam vidua donec ad secunda vota transeat & renubat. l. mulierem. C. de dignitat. lib. xij. Ac proinde triplici tempore mater in consequẽnda libertate partum iuuare poterit, nempe conceptionis tempore, natiuitatis, & medio temporis spacio, quo ferebat vterum. Cumque vño horum tempore illa fuerit libera, partus quoque plenam libertatem consequitur, idque ob merum libertatis fauorem. Nam libertas inæstimabilis res est. l. libertas. ff. de reg. iur. Item sententia iudicum, quæ transiuit in rem iudicatam. Nam hæc pro veritate habetur. l. ingenuum. ff. de stat. hom. & l. res iudic. ff. de reg. iur. Tertiò, & re-

ſtitutio natalium, quia ſeruus aut libertus à principe priſtinæ ingenuitati reſtitui poteſt l.ij.ff.de natal.reſtit.
Et Ingenuorum, alij ſunt, in poteſtate parentum: alij ſui iuris ſunt, de quibus tit. viij.hîc.

TITVLVS QVINTVS.

De libertinis.

ALtera liberorum ſpecies dum ſint libertini, horum tractatum ſubnectit. vt pote qui ſint illi, & quomodo fiant, docet: veluti per manumiſsionem. Vnde occaſione ſumpta percurrit aliquot manumittendi modos. Poſteà libertinorum ſtatum, qui olim triplex fuerat, in vnum redigit.

Libertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſsi ſunt: ſcilicet à domino. l. libertini.ff.de ſtat.hom. eſtque definitio à cauſa efficiente: quæ nempe eſt voluntas domini manumittentis ſeruum.

Manumiſsio autem eſt de manu miſsio, id eſt, datio libertatis: quæ iure gentium ſecundario eſt introducta l.manumiſsiones.ff.de iuſtit.& iur.

Hinc

Hinc esse cœperunt tria genera hominum: vt

- *Liberi: quales nos omnes sumus.*
- *Serui: liberis hominibus contrarij.*
- *Libertini: qui desierant esse serui.*

Hæc dominorum potestas, olim erat vsque ad seruorum necem, sed quum interfit reipubl. nequis sua re malè vtatur:

Hodie Domini, qui plus æquo sæuiunt in seruos, vendere coguntur.

Puniuntur Domini, in seruos sine causa animaduertentes.

Per manumissionem autem tollitur seruitus.

Tit. 5 *Manumissi sunt.*

- *Libertini* — *quorum status maior erat olim.*
- *Latini* — *quorum status tum minor erat.*
- *Dedititij* — *quorum status erat inferior.*

Emancipati denique liberi, qui actu iuris ciuilis habentur pro non filijs.

Manu-

Manumissio

Tit. 5. Fit et valet

- *In sacris constitutionibus, in Ecclesijs.*
- *Vindicta.*
- *Inter amicos.*
- *Per epistolam.*
- *Per testamentum: & vltima voluntate qualibet.*
- *In transitu à magistratu, prætore, prouinciæ præside, &c.*
- *Seruo vindicante necem domini.*
- *Seruo deferente falsarium monetæ: raptorem virginis, vel desertorem militiæ.*
- *Seruo ægroto à domino per vim eiecto, nec in alterius curam dato.*

Tit. 6 nõ valet.

- *Si alibi quàm in testamento fieret in fraudem creditorum: etiam nullo hærede necessario instituto.*
- *Si fiat à minore xx. annis, non habente iustam causam: vel nec autoritatem tutoris.*
- *Si fiat in testamẽto, à minore xviij. annis: nisi habuerit iustas causas, & accesserit iudicis decretum.*

Ma-

Manumißio autem in hanc formam fiebat: Dominus nempe caput vel aliud mẽbrorum quid ſeruo, quem in libertatem adſciſcere volebat, manu tenens ſe rumpebat in verba: hunc hominem liberum eſſe volo: & ita è manu, id eſt, poteſtate ſua mittebat. *Emancipatio*, quod ſecundum membrum præcipuum eſt manumiſsionis, eſt filiorum familiàs: qui eſt actus iuris ciuilis, per quem filius qui eſt, pro non filio habetur, vnde legitimus dicitur. l. actus. de reg. iur. id eſt, ſola legis fictione inductus. Eſt ergo patriæ poteſtatis quaſi integra relaxatio vtriuſque & patris & filij interueniente conſenſu, dicta quaſi è manu traditio: & è mancipio mittere ſuo: & vt vulgò dicitur è pane poſitio. De quarum libet manumiſsione habetur latius. tit de. Latin. lib. tollend. l. j. C. & quib. de cauſ. ſer. præ. lib. accip. & l. cùm prec. C. de lib. cauſ. & l. j. & 2. C. de his qui in Eccleſ. manumit. qui de primo mod. facit mẽtionem. Fiebat autem *in Eccleſia* vbi domini ſeruis ſuis ſub antiſtite, plebis aſpectu, & interpoſita qualicunque ſcriptura, actorum vice libertatem præſentabant. hiſt. tripert. libr. 1. cap. 9. ergo manumiſsio fit tum publicè vel in Eccleſia, vel apud magiſtratum: tum priuatim

vel

vel coram, vel abijs qui absunt, tum denique medio modo per testamentum. *Aut vindicta*, hoc est virgula prætoris, quæ seruo imposita per lictorem eius, præmissis solennibus verbis eum tangendo faciebat libertum: quem dominus apprehensum manu dextra vertebat: hoc modo seruus libertatem consequebatur, & fiebat ciuis Romanus. de quo Tacit. lib. xiij. Politia. miscell. cent. xcviij. Pers. Satyr. v. & Zas. l. ij. §. initium. ff. de de orig. iur. & Alciat. lib. 3. dispunct. cap. 14. *aut inter amicos* scilicet, eo in actu præsentibus quinq; necessariò testibus, etiam scripturæ interpositioni redditis. & hi q inter amicos, *aut per epistolam* manumittebantur, iura ciuitatis non consequebantur, Zasio teste. l. vnica. §. sed etsi. C. de latin. libert. tollend. & quidem seruus absens quinque testium subscriptione per epistolam quasi ex vlt. voluntate libertatem consequebatur. d. l. vnica. §. sancimus.

TITVLVS SEXTVS.

[*Qui &*] *Quibus ex causis manumittere non possunt.*

Hic

HIc titulus complectitur duo capita:(quãquam adhuc plura huius legis capita fuisse verisimile est)dependens omnino à precedenti. Primum, quòd nõ liceat cuiquam manumittere in fraudem creditorum, nisi inopi domino, vt seruum suum necessarium heredem habeat. Secundum, quòd id facere, nec quidem minorennis integrum sit.

Non potest admitti manumissio facta vel inter viuos vel in testamento duabus de caussis. Prima, si debitor, qui non est soluendo, in fraudem creditorum suorum manumiserit seruos, nullo hærede necessario instituto: huiusmodi manumissio non valet. Secunda, si minor xx. annis nõ iustas causas habuerat, quæ accedente tutoris vel curatoris sui consensu in iudicio quoque approbarentur, olim nec inter viuos, nec in vltima voluntate seruos suos manumittere poterat: sed de iure nouissimo hodie xviij. annum attingenti licita est manumissio in testamento. Inter viuos verò & post xiiij. annum quis licitè poterit manumittere, dummodò habeat iustas manumissionis causas, & accedat simul Iudicis decretum. *Dicuntur autem* (ne hoc obliuiscamur addere) *manumittere in*

re in fraudem creditorum ij, qui vel consiliũ alienandi habent, vel euentus alius post-eà respõdet. Quod sex modis, vt testatur Angel. hîc. §. in fraudem. num. j. probari solet. Primò, abalienatis omnibus bonis abeo, qui scit se habere creditores. Secundò, facta alienatione bonorum in personam sanguine, aut alioquin nobis coniunctam. l. omnes. §. Lucius Titius. ff. qui in fraudem cred. manum. sunt. Deinde, alienante post alienationem factam nihilominus in possessione manente. Adhæc alienatione clam facta. Antepenultimò, fuga alienantis accedente. Vltimò, Alienatione sub conditione facta.

TITVLVS SEPTIMVS.

De lege Fuffia Caninia tollenda.

LEx Fuffia Caninia hodie est sublata à *fauore libertatis*. dum obstaret libertatibus l. libertas ff. de reg. iur. ac etiam *libertate vltimarum voluntatum*. l. j. C. de sacrosanct. Eccles. Igitur qualis ea fuerit intelliges ex Instit. Caij.

TI-

TITVLVS OCTAVVS.

De his qui sui vel alieni iuris sunt.

DIuisionem alteram personarum ponit Imp. quę est in homines sui iuris & nō sui iuris. Non sui iuris, primùm sunt liberi: deinde serui, In quos porrò quatenus dominis potestas permissa sit (quæ olim ad mortem, hodie nec ad crudelitatē quidem est) ad finem vsque tituli docet.



- Alieno iuri subiectæ: vt sunt qui in potestate sut, vel
  - Tit. 9. Parentum. { vt liberi.
  - Dominorum. { vt serui.

Persona tam hominem, quàm qualitatem hominis & conditionem significat.

Sui iuris personæ, sunt personæ liberæ. Vlpiano quæ nullius sunt. l. j. de interdict.

Alieno iuri subiectæ sunt personæ, quæ sunt vel sub potestate patria, vel dominica.

Illegitimi sunt, qui ex illegitimo thoro sunt procreati.

Incestuosi, qui ex cognatis, seu consanguineis sunt procreati.

Nefarij ex descendentibus susceptι.

Spurij ex cõcubina nati: q & adulterini: ex adulterio nati. Hi nisi à principe, Rege seu Cęsare, aut horũ authoritate legitimationis, vt vulgò dicit, beneficium impetrauerint, à successione parentum non tantùm excludũtur. l. si adulterium. in prin. ff. ad leg. Iul. de adult. l. quin etiam ff. de rit. nupt. & §. ergo omnes. Instit. eod. tit.

sed

sed alimentis etiam non censentur iure ciuili digni. Auth. quib. mod. nat. effic. sui. §. vlt. At hæc Rom. Pont. iniquum cẽsentes, infantem à Deo creatum, fame necari, præstanda constituerunt. c. cùm haberet. de eo qui dux. in vx. quam per adult. poll.

Legitimi, sunt qui ex legitimo thoro sunt progeniti. Et quidem legitima hominis ætas, post quintum & vigesimum annum reputatur. Interim namq; minores vocãtur: iuuandi propter ætatis imbecillitatem. l. vl. C. de his qui ven. ætat. impet. l. j. ff. de minor. xxv. ann.

Minores, sunt qui nõdum annum xxv. excesserunt.

TITVLVS NONVS.

De patria potestate.

TItulus hic, seu caput, dat primum modum quo patria potestas introducitur iure ciuili constituta in filios familiarũ ex iustis nuptijs procreatos: quorum itẽ dat definitionem: cui adiungit: quod prẽterquam filij quod sint nõ sui iuris, & descendentes ex filijs non esse sui iuris, qui sunt in potestate patris.

Parentum, seu patria potestas, est ius à populo Romano introductum, quo vel filij filiæúe & omnes descendentes ex legitimo matrimonio nati, vel legitimati, vel alioquin adoptati per lineam masculinam, suis parentibus aut ascendentibus, veluti auo vel proauo paterno subijciuntur, vt eos sine venia nec in ius vocare, nec sine eorum consensu matrimonia contrahere, aut testamenta facere queant. vt. l. nam ciuium Romanorum. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. fin. C. qui testa. fac. poss. & tit. seq. trad.

Patria potestas, & sui iuris esse, sunt contraria immediata. l. fin. C. de sent. pass. Nam vt d. est: *patria potestas*, est ius illud, quod pater vel auus in personas liberorũ, q ex iustis nuptiis procreati sunt, habet. l. potestatis. ff. de verb. sig. Hoc autem ius proprium diximus esse ciuium Romanorum, quoniam à lege xij. Tab. introductum. Sed cùm cõstitutione Antonini. l. qui in orbe. de stat. hom. qui in orbe Romano sunt, ciues Romani effecti sunt, sequitur ad omnes Christianos hodie illud pertinere. Rom. veteres, adeò semper magni in liberos paternũ ius fecere, vt Regum temporibus, patri filios bis vendere permissum sit: nisi pater ei vxorẽ dedisset,

set, aut vltrò ducere voléti assensum præstitisset.

Potestas dominica verò, est ius quod Dominus habet in suos seruos, Iure gentium initio introductum, sed iure ciuili posteà reformatum, quo domino acquiritur, quicquid seruus acquirit. §. in potest. tit. nostro præcedenti.

TITVLVS DECIMVS.

De Nuptijs.

QVum per natiuitatem ex iustis nuptijs oriatur patria potestas: tractat hic tit. ante omnia rationem contrahendi iustas nuptias. masculi puberes, fœminæ viripotentes vt sint, habeant consensum parentum: abstineant à nuptijs nepharijs, quæ contrahuntur inter ascendentes & descendentes. Abstineant à collateralibus vsque ad quartum gradum saltem. Abstineant ab affinibus proximis. hodie hîc obseruantur Canones, de quibus. inf.

In potestate parẽtũ, quę
- Proue nit ex
  - Nuptijs. * hoc tit.
  - Adoptione. † tit. xj:
  - Legitimatione.
  - ibid. ☞
- Dissoluitur.
  - Morte, vt patris.
  - Deportatione.
  - Seruitute.
  - Dignitate patritiatus filij
  - Captiuitate pendet.
  - Emancipatione.
  - De quibus infr. tit xij. latiùs

*Nuptiæ
- Licitæ: & permittuntur omnibus qui ciues Romani sunt.
  - siue ingenui, siue Libertini
    - sint, modò fuerint puberes.

Illicitę: & prohibentur autem inter Ascendentes. Descendentes. vsque ad infinitũ: quæ alioqui nephariæ dicerentur. & habentur quidem incestæ. Transuersos, & collaterales, sed & vsq; ad quartum gradum.
Affines. hos Priuignam, & vitricum: Nurum & socerum. Socrum & generũ. Nouercam & priuignum, &c. etiam vsque ad quartum grad.

Inuti-

Inutiles: & dicuntur ob
- Seruitutem.
- Aetatem impuberum.
- Cognationē legalem
- Ligamen
- Tutelam
- l. Papiam & Iuliam
- Inter præsidem
- Spiritualem cognationem
- Publicam honestatem
- Ordinem
- Votum castitatis
- Raptum.

Inter quos si matrimoniū scienter sit cōtractū, nec dos nec donatio propter nuptias valet: nec liberi reputantur pro legitimis & naturalib. simul, nec sunt in potestate patris sui. l. qui contra. C. de incest.

Nuptiæ, coniunctio est maris & fœminæ. l. j. de rit. nupt. Et nuptiæ siue matrimonium diuini & humani iuris communicatio est. Communicat siquidem vxor cum marito, non solùm iure humano, sed diuino pariter: hoc est, vtitur ijsdem sacris, quibus maritus, atque ipsius familia, non quibus pater & agnati. Interim I. C. loquitur vt Ethnicus, apud quos quæuis familia habebat specifica sua sacra. qua de re lat. Alc. lib. j. Prætermiss. in dict. sacra.

Iustæ nuptiæ, sunt quas ciues Romani inter se contrahunt, quiq; secundum præcepta legum coeunt: masculi quidem puberes fœminæ autem viripotentes, siue patresfamiliarum sint, siue filijfamiliarum sint: dum tamen si filij familiâs, & consensum habeant parentum, in quorum potestate sunt. Hoc est, dum liberæ conditionis masculus liberam ducat ritè & legitime vxorem: & non solùm ipsi qui iunguntur, sed etiam parentes sub quorum sunt potestate consentiant. l. nuptiæ. ff. de rit. nupt. l. nec filium. C. de nupt. Cùm autem nuptiæ celebritas ipsa coniugij sit, cùm mulier obnubitur, id est, velata facie ad maritum deducitur, propriè non dicimus solui nuptias, sed ipsum matrimonium. rubric. ff. solu. matrim.

Li-

Licitæ nuptiæ, sunt legitima vnius maris ac fœminæ coniunctio, quæ instituta est à Deo, propter sobolis procreationem ad euitandas vagas libidines: Item propter defensionē infirmioris sexus, ac necessariorū officiorum communicationē. Requirunt ergo hac coniūctione quinq;, scilicet, Libertas, Iusta ætas, Cōsensus parentum, Consensus personarū cōtrahentiū, Ne fiat cōiunctio in gradib. phibitis.

Illicitæ nuptiæ, sunt apud I C. quæ prohibentur [redacted] natura, vel canone.

Inutiles nuptiæ, sunt quæ contrahuntur inter personas ratione consanguinitatis, vel affinitatis, in gradibus (vt intra tertiū & quartum maximè) à iure ciuili ac canonico prohibitis, vel q̄ contra ciuilē dispositionem. vt. §. si vxor. hoc tit. Et quidem secund. glos. in verb. enumerari. §. illud certum, hoc tit. nostro, modis variis hæ inutiles nuptiæ cōtrahuntur. propter seruitutem l. cum ancillis. C. de incest. nup. corrigitur autem hic modus à iure canonico, per cap. 1. extr. de coniug. seruor. 2. propter ętatem impuberum. sed & id iam non habet locum, quo ad ius canonicum, quia iuxta illud in matrimonijs non numerus annorum, sed potentia coeundi attenditur. c. puberes. Extr. de sponsi. im-

pub.3.propter cognationem legalem,siue adoptionem,quæ non est dissoluta priùs per emancipationem.d.§.inter eas quoq; pers. vers. sed si qua. supr. eod.tit.4.propter ligamen, hoc est, matrimonium adhuc durans: non enim licet alicui plures habere simul & semel vxores, præter vnam.c.gaudemus.in verb. Vna costa. ext. de diuort. Nam habens plures sponsas simul,est de iure infamis. l.j. ff. de his qui not.infam.& l.eum qui duas. C. ad l. Iul. de adult.5.propter tutelam [illegible] indoquidem tutor,de iure ciuili,suam pupillam in vxorē ducere non potest.l.non est matrimonium.ff. de rit.nupt.Sed ex æquitate canonica diuersum hoc casu statuitur. c.fin.ext.de secund.nupt.6.propter l.Papiam & Iul.quæ prohibet fieri matrimonium inter Senatorem & libertam,aut aliam infimæ cōditionis fœminā.per text. in l.lege Papia.ff.de rit.nupt. de.iure autē Canonico, hic modus correctus est. d.c. fin.& ibi Panorm.extr. de secund. nupt. 7.inter Præsidem & sibi subiectam ratione iurisdictionis nuptiæ sunt inutiles. l. etsi contra. Codice de nupt. hodie tamen & hunc modum esse correctum, affirmat Angel. hîc in §. illud certum est

sup.

sup. ver. enumerari. num. ij. Inquiens, istos tres modos scilicet posteriores esse superfluos, quòd de iure Canonico non reperiantur. 8. ob spiritualem cognationem. coniugia namque illicita sunt inter testem baptismi, & baptisantem, tam de iure ciuili, quàm canonico. l. si quis alumnam. C. de nupt. c. j. & ij. extr. de cognat. spiritual. 9. ob publicam honestatem, quæ in matrimonijs semper est spectanda l. semper ff. de rit. nupt. & de hac propriè loquitur d. §. si vxor, hoc ti. nost. 10. ob ordinem: monachi enim & moniales vel clerici, nec olim quidem admittebantur ad coniugia. §. hæc autem. auth. quomodo oport. Episcop. & reliq. cler. ad ord. collat. j. & toto tit. extr. de cleric. coniug. 11. propter votum castitatis. §. per occasionem. in authen. de nupt. collat. iiij. 12. ob raptum. Raptor namque mulierem à se raptam ducere iure ciuili non potest. l. vnica. C. de rapt. virg. diuersum interim de iure Canonico. ca. penult. & vlt. extra de raptoribus. Verùm dum nunc satis dilucidè tractatum sit de inutilibus nuptijs, operęprecium est vt videamus, quib. modis nuptiarum separatio legitima mariti ac vxoris fiat, apud cõpetentẽ iudicẽ, cum

cum cauſæ cognitione & ſufficiente eius probatione facta, Panorm. c. ex conqueſtione. extr. de reſtit. ſpoliat. vbi ſic *diuortium* definit: & differt autem à *repudio*, ſicut ſpecies à genere. repudium enim vtrũque complectitur, videlicet tam ſeparationem ſponſi ac ſponſæ, quàm mariti & vxoris. Sed diuortium propriè de ſeparatione inter virum & vxorẽ intelligitur. l. inter diuortium. ff. de verb. ac rer. ſig.

Diuortiũ fit vel de

Iure Canonico

- Machinatione mortis.
- Naturali impotentia coeundi
- Infidelitate, ſeu diſparitate Religionis. Adulterio.
- Malitioſa deſertione. Quæ oẽs cauſæ reſpiciunt materialem, aut formalem, aut finalẽ cauſam matrimonij.

Iure ciuili.

- Adulterio: * Homicidio. Veneficio. Crimine læſæ maieſt.
- Crimine falſitatis. Diſſolutione ſepulchrorũ. Sacrilegio
- Latrocinio, vel latronum ſuſceptione. Abactione. Plagio.
- Conuerſatione cum impudicis ob contemptum ſuorum.
- Inſidijs vitæ factæ, vel veneno, vel gladio, vel verberibus. de quib. lat. l. conſenſu. C. de repud.

Vterque coniugum conuincatur de adulterio.
Maritus suam vxorem prostituat
Vxor per vim fuerit compressa.
Errore cognita ab eo quem maritum putabat.
*nisi: Nupserit alteri, dum tamen maritum putet mortuum.
Infidelis ante secundas nuptias conuertatur.
Adultera reconcilietur viro suo.

Nefariæ autem nuptiæ sunt seu Incestæ, quæ inter personas sanguine iunctas, repugnante natura, in gradibus prohibitis contrahuntur. vt exempli gratia. Oedipi, Iocastæ, &c. & Nefariæ nuptiæ pleræq; dicendę q̃ fiunt in linea ascẽdenti, & descẽdẽti inter eas personas q̃ parentũ & liberorum rationem inter se habent. Incestę verò nuptiæ referuntur ad collaterales primi vel secundi ordinis in linea inæquali, aut ad ad alias personas, quæ ratione affinitatis in ijsdem gradibus inter se matrimonia contrahere iure naturæ aut diuino prohibentur. l. fin. ff. de rit. nupt. l. ab incest. C. de incest. nupt.

Nefa-

Nefariarum atq; inceſtarum nuptiarum pœna: alia eſt	Confiſcatio omniũ bonorũ:	Nam liberi ex huiuſmodi coniugio nati, omni hæreditate paterna priuãtur.
	Priuatio cinguli ſiue dignitatis:	De qua re gloſſ. in verbis: alias pœnas. §. penult. infr. eod. tit.
	Exilium, vel verberatio ſi vilis eſt perſona:	Authent. Inceſtas. & auth. ex complexu C. de inceſt. & inutil. nup.

Inter conſanguineos lineæ aſcendentis vel deſcendentis, nuptiæ quidem in infinitum ſunt prohibitę, tam de iure diuino, quàm de iure naturali ac ciuili: omnes enim hi parentum ac liberorum numero ſunt. l. quique litigandi. §. parentem. ff. de in ius vocando. Eſtq; hæc vniuerſalis & immota, quia nullam diſpenſationem recipit propter ſanguinis reuerẽtiam. Item Matrimonia ratione affinitatis, in linea aſcendenti, vel deſcendenti ſicut inter conſanguineos aſcendentes vel deſcen-

descendentes in infinitum sunt prohibita, nam & hi loco parentum ac liberorum habentur. l. non facilè. §. hos itaque. ff. de grad. Inde à consanguineis vxoris meæ, quæ ei coniunctæ sunt in recta linea, vt à proprijs, mihi erit abstinendum. cap. j. extr. de consanguin. & affinit. Tertiò, inter personas affinitate inuicem iunctas, respectu lineæ transuersalis, sicut inter collaterales consanguineos, matrimonia vsque ad iiij. grad. illicita sunt: d. cap. non debet. Extr. de consang. & affinit. Vnde frater ducens vxorem fratris sui defuncti, vel filius coniugem patrui, aut patrui magni, incestas contrahit nuptias. Leuit. cap. xxiij. & xx. & l. licet C. de incest. nupt. Quotuplex autem sit linealis, ascendens, descendens, & collaterales qui sint, quiq; affines, quiúe cognati: de his vid. tit. vj. lib iij. Instit. vel nostras sùper eum has tabulas: vel figuram à nobis eo tit. affixam in nostro Enchiridio Instit. abbreuiato. Pergamus itaq; ad *sponsalia*, propemodum à nobis omissa, quæ dicta sunt à spondendo: quum veteres futuras sibi coniuges, stipulabantur, ac spondebant. hinc quoque nomen sponsi & sponsę. l. ij. & iij. ff. de spõs. Et sunt mentio (spon-

(ſponſalia) & repromiſsio de futuris nuptijs inter contrahẽtes facta. l. j. ff. de ſpõſal. cap. noſtrates. xxx. q. v.



Sponſalia de futuro, ſunt promiſsio futurarum nuptiarum, quæ fiunt per verba futuri temporis, nec continent in ſe purum & abſolutum conſenſum, ſed cum tractu quodam temporis. vt ego te ducam in vxorem: ego habebo te pro mea coniuge. c. penult. extde. ſponſal.

Sponſalia de futuro iurata, ſunt repromiſsio futurarum nuptiarum, confirmata iuramento. cap. 2. extra de ſponſal. Cùm autem vtraque pars ſibi inuicem remittit iuramentum, re adhuc integra, huiuſmodi remiſsio diſſoluit talia ſponſalia. Sed ſi pars altera vrget, & altera recuſet, tunc

etſi

etsi non sit cogenda, tamen moneri debet, vt seruet iuramentum, secund. text. & glos. d. c. 2. Quòd si nec tunc quidem odio alterius id præstare voluerit, propter euitanda deteriora, quæ inde sequuntur, vtraq; pars venit absoluenda iuxt. plurimorum opiniones: asserẽtes matrimonia debere esse libera: & quòd coactiones soleant frequenter esse difficiles. c. requisiuit. cap. cùm locum. extr. eod.

Sponsalia verò non Iurata, sunt promissio de futuris nuptijs, sine iuramento facta, vel per verba de futuro ad hoc apta: vel per verba de præsenti inter impuberes: vel per dationem arrarum: vel per subarrationem annuli. cap. 1. & ibi Panormit. extr. de sponsa duorum. Et effectus quidem sponsaliorum de futuro, sunt: quando pars alterius odio aut alia de causa rescindit sponsalia de futuro, tunc datis arris tenetur ad duplicatarum arrarum restitutionem. l. mulier C. eod. deinde subsequente verò carnali copula, ex huiusmodi sponsalibus verum perficitur matrimonium. capitulo. is qui. extra eodem. Adhæc consanguinei sponsi vel sponsæ, propter contracta huiusmodi sponsalia, non possunt, publicæ honestatis causa, deinde matrimonium

contrahere cum sponsa, vel è contrà. c. sponsam alterius.extr.eod.tit. Postremò, pars pſens absentem, probabili de causa, in longinquis locis expectare tenetur toto biennio, trie nnio, quadriēnio, vel etiā vlterius, l.sæpe ff. de sponsalib. Iure tamen Cod. vltra triennium pars præsens absentem expectare non astringitur, ne oportunum nubendi tempus amittat. l.liberum.C.de repud. Quinque tamen principalia sunt Sponsaliorum Repugnantia. 1 Dissensus videlicet vtriusque partis simul, vel vnius tantùm. cap. prætereà. j. extr.eod. Deinde altera parte triennium in remotioribus locis sine iusta aliqua causa commorante.d.c.de illis.ext.eod. Item 2 sponsalia de futuro dissoluuntur per spōsalia de præsenti. c. sicut ex literis.extr. eod.c.j.extr.de sponsa duorum. Prætereà 3 adfinitate superueniente.c.super eo.extr. de consang.& affinit. Vltimò, per leprā, 4 vel alium morbum contagiosum, ante matrimonium superuenientem. Item deniq; 5 per furorem, per fornicationem, per amissionem oculi, vel alterius membri in facie, c. literas.extr.de coniug. leprof. Secus autem est de sponsalibus de præsenti. c.j.extr.de coniug.lepro.

Sponsalia de præsenti autem sunt, quę cō-

tinent

tinent in se purum, & absolutum consensum ipsorum cõtrahentium, & fiunt per verba de præsenti: vt duco te in vxorem: accipio te in meam vxorem: vt te in vxorem nunc habeam do tibi fidem meam sponsaliorum Christianã. Et hæc quòad vinculum matrimoniale, non differunt à vero matrimonio: sed quòad executionem ipsius matrimonij, dicuntur sponsalia. Accedente autem absoluto contrahentium consensu, statim efficitur matrimonium, etiam sine concubitu. l. nuptias. ff. de reg. iur. l. cùm fuerit. ff. de cõd. & demonstr.

Sponsalia quidem de præsenti clandestina, sunt, quæ remotis arbitris, & nullis testibus præsentibus, ac sine parentum consensu contrahuntur. c. cùm inhibitio. extr. de clandest. desponsa. Et hæc *fiunt propriè*, quando scilicet clàm, & nemine præsente inita sunt. *Largè autem siue impropriè*, quando in præsentia testium, sed sine consensu parentũ sunt contracta: argumento glos. d. c. cùm inhibitio. in verb. clandestina. extr. de clandestina desponsatione. quæ tamen non habent rationem veri matrimonij coram Deo.

Hîc ſolet etiam moueri quæſtio, an carnale matrimonium doloſè inductum debeat eſſe ratum & firmum? cui obuiando, dicitur quòd ſic, ſecundum c. cùm dilectus. de his quę vi metúſue cauſ. fi. & xx. q. iij. c. conſtituit. vt ibi Ioan. de. Imol. & Panorm. Itẽ Angel. c. ſine culpa. de reg. iur. in vj. in Mercurialib. in j. dub. ad deciſ. quæſtion. An matrimonium carnale contrahi poſsit in extremis. vbi etiam dicit quòd ſic, arguẽdo à matrimonio ſpirituali quod etiam cõtrahitur in extremis ad carnale. c. ſicut tenor. de regularib. Anton. de Roſel. in ſua Monarch. fol. lxxx. vt facit ad hoc, quòd ſicut tenet ingreſſus religionis, licet quis dolo fuerit inductus ad intrandum religionem, nec ſubueniatur dolum paſſo quò ad ingreſſum, licet hæredibus ingreſsis ſit conſultum quò ad bona ſic deluſi.

Sed adhoc, vt deprehendamus quatenus perſonæ inuicem coniunctæ ſunt, addemus arborem: cuius beneficio hoc diſcernatur: ad hancenim lineæ & gradus pertinent.

Non gignunt dextros qui ſunt in parte ſiniſtra,
Tangit dextra mares: ſed læua tenet mulieres.


Abauus Abauia
Proauus Proauia
Auus Aura
Pater Mater
Frater
Soror
Filius Filia
Nepos Neptis
Princeps pneps
Abnepos Abneptis
HAEC EST ARBOR CONSANGVINITATIS

Orbibus arboream plenis attende figuram:
Et gemini Iuris vtile dogma feres.
Qui sint affines, generis qui sanguine iuncti,
Quo persona gradu quæq; locanda, scies.
Obicis ignaros sponsalis credere fas est,
Arboris auricomæ quos latuere gradus.

Arbor autem est ocularis q. demonstratio, iuxta quam personarum distantiæ inter se faciliùs discernuntur. §. fin. inf. de grad. cognat. & Hostiens. in summa sua. tit. de consanguin. & affinit. §. Qualiter. Estque hæc duplex. Ciuilis: quæ propriè gradus complectitur: ad tutelas & successiones.

Canonica: quæ lineis vtitur in computatione: & matrimonia tantũ respicit. c. ad sedem. 35. q. 5.

Differunt ergo arbor ciuilis & canonica: Quia (vt ab obiecto dicamus) arbor ciuilis principaliter versetur circa tutelas, & successiones in hæreditate defuncti quæ proximioribus gradibus deferri solet: & de hac arbore lib. 3. tit. 6. dicemus latiùs. Sed arbor canonica tractat tantùm (vt d. est) de matrimonijs. *

*Quia

*Quia(vt à cauſa formali ponamus)in arbore ciuili, ſingulæ perſonæ,excepto ſtipite, ſingulos gradus conſtituunt. Sed in canonica duæ ſemper perſonę lineæ æqualis pro vno gradu reputantur. Ratio diuerſitatis aſſignatur in d.c.ad ſedem.

Gradus eſt interuallum, qua cognoſcitur quæ perſona ſtipiti ſit propior, vel ab eodem remotiùs diſtet.ad ſimilitudinem ſcalarũ ſic dictus aut locorum ꝓcliuium.

In numeratione graduũ nulla eſt differentia,quò ad aſcendentes,& deſcendẽtes,inter Ius Ciuile & Canonicum. vtrinque enim ſingulæ perſonæ ſingulos repræſentant gradus. At quò ad Collaterales,valde differunt Ius ciuile & Canonicum, cùm in numeratione,tum etiam in ꝓhibitione graduum, lineæ æqualis,vel inæqualis. Nam duo fratres de Iure Ciuili ſunt in ſecundo gradu, qui ſecundum ius Canonicum ſunt tantùm in primo.

Conſanguinitas eſt attinentia perſonarum ex eo proueniens, quia vna deſcendit ab altera: vel ambæ ab eadem. vel ſecundum Azon. eſt vinculum perſonarum ab eadem ſtipite deſcendentium infra ſe-

ptimam generationem carnali propagatione contractum. quod satis est idem. Dicitur autem consanguinitas quasi sanguinis vnitas: à con, & sanguine: quia dicitur communi sanguine descendunt, hinc & consanguinei seu cognati vocantur, qui ab eodem vel propagati, vel orti sunt sanguine. l. non facilè ff. de gradib. Et quò ad probationem coniugij non distinguimus an tales consanguinei sint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario: quod est expressum. de probat. extr. c. per tuas.

Itaque differunt { Agnati: qui paterna origine inuicem coniuncti sunt. / Cognati: qui dicuntur respectu maternæ originis. } l. Iurisconsult⁹. ff. de gradib.

Linea est collectio personarum ab eodē stipite descendentium, gradus continēs, & numeros discernens.

Quæ triplex est: { Ascendentium. / Descendentium. / Collateralium. } ff. de grad. l. j. & d. l. Iurisconſ.

Linea

Linea ascendentium, est qua numeratio graduum fit, sumpto initio ab inferioribus scilicet à nepotibus & filijs, vsque ad superiores, hoc est, patrem, auum, & proauum.

Linea descendentium, qua à superioribus numeramus gradus, vsq; ad personas inferiores.

Et antequam ad collaterales transeamus, sciri debet, quòd punctorum numeratio est numeratio graduũ habito respectu ad cellulam vacuam: & puncti superiores denotant computationem secũdum ius canonicum: puncti inferiores secundũ ius ciuile &c. ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularum, ciuilis verò in inferiori: vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maximè quò ad hunc casum, quo instruimur in matrimonijs, quæ licitè contrahi possint nécne; & cùm matrimonium sit sacramentum Ecclesiæ, in eo præcipuè lex minor est canone, suprà de secundis nuptijs, capitulo vltimo & penultimo. Inprimis igitur videas necesse est cellulas ascendentium: deinde descendentium: demum collateralium. Ascende super cellulam vacuam: quæ remansit ideo

vacua quia non potuit nomen proprium habere: cùm aliæ cellulæ (exceptis ijs quæ per genitiuum nominantur) sumant nomen ab ipsa. quomodo enim possemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris: fratrem fratris: patrem filij: & sic de singulis: & eam alij vocant Ioachim: alij Protheum: alij truncum. Interim, sciendum quòd competenter illę cellulæ mediæ ascendentium & descendentium diuiderentur directè per medium vt à latere dextero illarum cellularum ponerẽtur nomina marium, vt abauus, proauus &c. à latere sinistro nomina mulierum, vt abauia, proauia, &c. quia positi à latere dextero descendunt à maribus, & è conuerso. Supra cellulam vacuam est cellula hoc continens pater mater: & suprà vnum punctum: & inf. vnum nigrum. Supra illam est cellula auus auia: continens duo puncta supr. & duo nigra, inf. Supra illam est cellula proauus proauia: habens tria pũcta sup. & inf. Supra illã est cellula abauus abauia: habens quatuor supr. puncta. & quatuor inf. Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filium filiã: & habet vnum punctum sup. & vnum infrà. Sub illa habens nepotem & neptem: & duo puncta supr. & duo infr. Sub illa pro-

ne-

nepotem & proneptem:& tria puncta sup. & tria inf. Sub illa abnepotem & abneptē: & quatuor puncta suprà & quatuor infrà.

Ad inueniendū aūt gradus inter eos secundum vtrunq; Ius ad ascendētes & descendentes lineæ rectę dicēdum: Quòd ascendentium & descendentium quot sint personæ tot sint gradus, vna dempta, videlicet communi stipite: à qua supputatio initium habet. Si ergo quis quærat, quantum distet abauus à vacua cellula p. vtroq; computato & intermedijs, quinq; sunt personæ: deme vnam: quatuor sunt gradus. idem dico de ipso p. ad abneptē: quia eo modo erit reperire quinque personas: & sic quatuor sunt gradus. Si velit scire quot distet abauus p. ab abneptote p. inuenies ibi nouem personas computato p. & sic octo erunt gradus. Scias aūt quod iste p. non habet totam suam computationem in arbore. Scias enim quòd quilibet habet duos parentes: quatuor auos: octo proauos: sedecim abauos: & sic superascendentes duplicātur. Vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

Inter ascendentes & descendentes verò prohibitio copulæ coniugalis non excedit

quartum gradum. vt voluit Godefred. in ſum. de conſang. & affin. §. item quantum. per decret. non debet. eod. tit. vbi generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes, inter aſcendentes & deſcendentes perpetuam eſſe prohibitionem dicunt. & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc xxxv. q. iij. progeniē. & duobus ca. ſeq. in quib. dicitur quòd olim non ſolùm vſq; ad ſecundum gradum, ſed etiam in quantum notitia erat parentelę extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum eſt alterum deſcendentem, & alterum aſcendentem, perdurat prohibitio. ad idem. §. j. hîc. & l. nuptiæ. ff. de rit. nupt. Sed nunc collaterales accedamus.

Linea collateralis eſt, quæ cõpetit ijs tantùm, qui nobis ex latere coniuncti ſunt, vt ſunt fratres, ſorores, & alij conſanguinei vlteriores.

Quæ duplex eſt:

- Aequalis, quæ eſt æqua graduũ diſtantia à communi ſtipite: & hæc competit fratribus & ſororibus, & ſimul iũctis patruelib. cõſobrinis, ſobrinis, & ſimilib⁹.
- Inęqualis, qua perſona gradu præcedit, vt patruus & nepos ex fratre. Item auũculus & nepos ex ſorore.

Ad fratres ergo & ſorores vt tranſeamus:

mus:& causa breuitatis prosequendo solũ partem mediam arboris admodum vexilli:Sub cellula fratris,fratris filius filia:ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris ,pnepos proneptis. Et frater p. est cum p.in primo gradu secundum canones:in secundo secundum leges. Eius filius in secundo secundum canones: in tertio secundum leges.Nepos in tertiõ secundum canones:in quarto secundum leges. Fratris pronepos est ipsi p. in.iiij, secundum canones:in quinto secundum leges: & sic debet esse vtraque punctatio:& isti sunt collaterales ad p.Et nũc de cellula patris,fecimus stipitẽ.fac cõsequenter stipitem de auo,ex eo eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus:soror patruelil & amitina: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis.Patruus est p. secundo gradu:frater patruelis etiam secundo gradu: filius in tertio: nepos in quarto secundum canones.Per leges autem patruus in tertio:frater patruelis in quarto : filius in quinto : nepos in sexto : & sic debet esse vtraque punctatio. Posteà fac proauum stipitem : & habet filios patruum magnum ,amitam magnam: auum & auiam:auunculum magnum:& materteram magnam:illos non prosequimur.

Ex cel-

Ex cellula patrui magni propior sobrinus propior sobrina: ex illa horum filius filia: ex illa eorundē nepos neptis. Et quia p. distat à proauo, quem nūc feci stipitem, tertio gradu: ergo à patruo tertio, & à propiori sobrino tertio: & à filio tertio: & à nepote, qui exit lineam æqualitatis, quarto secundum canones: secundum leges verò distat p. à patruo magno quarto: à propiori sobrino quinto: & à filio sexto: & nepote septimo: & sic debet esse vtraque punctatio. Modò fac abauū stipitē cum trib. filijs, scilicet, propatruo, patruo & proauunculo, de proauunculo non prosequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia: ex illa horum nepos nepotis: ex illa, eorundem pronepos proneptis. Isti omnes sunt cum p. in quarto gradū: quia p. distat à stipite in quarto gradu: & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis: ergo omnes distant quarto. Secundum leges propatruus distat. v. filius. vj. nepos. vij. pronepos. viij. & sic debet esse vtraq; punctatio.

Nunc videndum est quibus regulis gradus illorum collateralium cognoscatur. Collateralium æqualis lineę vnam tradimus regulam secundum canones. *Collateralium* in linea æquali quoto gradu quis distat

distat à communi stipite: toto distant inter se, vel sibi attinent: hoc secundum canones. vt quando facimus abauum stipitẽ inter p. & pronepotẽ propatrui: nã quia illi sunt in linea æquali, quilibet distat à stipite quarto gradu. ergo inter se quarto. Secundum leges verò aliter est, & sic dicimus regulam. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite: toto duplicato distant inter se: vel sibi attinent. Videsergo ex superiùs dictis & ex punctatione quòd prædicti p. & pronepos propatrui distant. viij. Et insurgit illa diuersitas. quia secundũ leges quælibet persona gradũ facit in collateralib⁹. Vnde duo fratres faciunt duos gradus. secundũ canonẽ verò duæ personæ faciunt vnum gradũ. Vnde (vt patet in cellula fratris) frater cum p. in primo gradu sec. Canon. in secundo secundũ leges. sed cõputatio eorũ ob aliud fit quã nostra 35. 5. q. c. 2. bene igitur dicitur secundum leges quòd inæquali linea collateralium, siue linea sit paris numeri siue disparis, non est reperire disparem gradum. Vide in linea paris numeri secunda, vel quarta: disparis numeri. j. vel iij. In prima 2. gradus. in secunda 4. in tertia. 6. in quarta. 8. quod non est secundum canones: quia in æquali linea

disparis

disparis numeri habemus disparem gradum: quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintũ, & sic de singulis.

Item & restat videre de collateralibus in linea inæquali, de quibus traditur talis regula secundum canones. Collateralium in linea inequali quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distãt inter se. Exemplũ pone faciendo abauum stipitem. p. & filius propatrui sunt in linea inæquali. computemus ergo à remotiori. s. à p. sed p. distat à stipite quarto gradu: ergo à filio propatrui iiij. & idem in descendentibus vsq; ad lineam æqualitatis: & hoc est, quod dicimus q̃ persona addita personę vsque ad lineã æqualitatis non crescit gradus: quia propatruus, filius eius, nepos & pronepos omnes distant iiij. gradu à p. Sed aliter secundum leges, secũdum quas talem regulam tradimus. *Collateralium* in linea inæquali quot sunt personæ, stipite dempto, tot sunt gradus. vnde p. à stipite distat iiij. à propatruo. v. à filio. vj. à nepote. vij. à pronepote. viij. & sic q̃libet persona facit gradum. Videmus iam ex supradictis quòd p. non potest contrahere cum aliqua de arbore. distat enim à summo. s. abauo, ab imo. s. à nepote, ab extremis collateralium, ab omnib. his quarto: à

to: à medijs citeriori, p quod satis patet q. cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus: vt puta si pronepos propatrui: vel prone. fratris procrearet filiam, posset p. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu: remanet tamen consanguinitas. prohibitio enim, quæ per ius positiuum processerat, potuit tolli: sed naturalia sunt immutabilia. v. dist. in princ.

Adhæc communiter dicunt Dd. quòd abauus & proauus & auus sint bigami: dicentes, quòd si non essent bigami, nõ possent filij eorum coniungi, cùm essent fratres: sed de hoc non multum curamus: quia eadem ratione sic esset de alijs cellulis duplicibus, quòd personæ earũ essent bigami. vnde fingamus perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quatuor personas: ac si diceretur propatruus & vxor. ꝑ amita & maritus. vnde duplicatio posita fuit vt noia demonstraret in vtroq; sexu: non vt eos cõiuges denotaret.

Sciendum est etiam quòd in collateralibus æqualis lineæ benè sequatur ista regula affirmando & negando: Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali: & ego possum accipere filiam tuam: ergo tu meam. Et negatiuè: Ego non possum

accipere filiam tuam, ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando vel negando: quia si vnus est in quarto: alter in terio vel citeriori: qui est in tertio vel citeriori, potest cõ trahere cũ filia eius qui est in quarto gradu: & nõ è conuerso: vnde propatruus, huius filius & nepos cõtrahere possunt cum filia p. sed non è conuerso.

Ad postremùm, secundum Hostiensem, quorum vnus est in quinto & alter in primo, puta filia p. & propatruus non possunt ad inuicẽ contrahere. vt not. c. quod dilectio. ext. eod. &. d. c. tua. in summa huius tit. in vj. de consang. §. nunquid. in v. & j. quod per sua argumenta nititur probare. vt ibi videas latiùs.

Sanguinis affines arbor praiens referabit,
Huicque vias faciles prima figura dabit.

In ma-

In matrimonialibus,
Leges cedunt Canonibus.
His dicuntur ancillari,
Si crimen debet taxari.

Ramifera cunctos affines arbore nosces.
Carnalis fœdus copula tale dabit.
Illicitus licitúsue tibi coitus creat istos
Nexus: vt nostri dogmata iuris habent.
Leges Canonico Ciuiles cedite iuri:
Huic vos peccati causa subesse facit.
Pontificum iura debent Leges imitari:
Has ancillari plurima scripta probant.
Vt Phœbus Phœben, magnúmque minus superabit
Lumen: sic Canon Ciuica iura prait.
Ars Iuris magna, maior vis, maxima virtus
Canonici, sub se regia colla tenet.
Hoc etenim cunctis animas & corpora seruat:
Huic debent omnes subdere colla iugo.
Si tenuisses hac, Nero, Sardanapaléque, iura:
Issent post tergum sordida facta tuum:

Affinitatis arborem nunc est quod declaremus: vbi definita sit *Affinitas* quæ est proximitas personarũ, proueniens ex carnali copula, carens omni parentela, id est, stipite. dicitur autem affinitas quia finiũ vnitas. Duæ enim cognationes per nuptias copulantur, vt altera ad alterius cognationis finem accedat l. non facilè. §. affines ff. de gradib. Sed secundum leges Affinitas est proximitas proueniens ex nuptijs. & requiritur secundum leges, quòd legitimæ

timæ sint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas. ff. de gradib. l. non faciè. §. sciendum. Et quòd per formicarium coitum & incestuosum secundum canones contrahatur affinitas, patet de eo qui cog. consan. vxo. suæ. c. discretionem. & eo tit. c. penult. Sed consideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduersus affinem testimonium dicere. ff. de gradib. l. Iurisconsultus. in princ. ff. de testi. l. iij. & iiij. q. iij. §. item in criminali. versic. item lege Iulia. Sed canon quò ad matrimonia prohibenda considerauit vnionem carnis quæ insurgit ex copula. Et est videre secũdum hoc, quòd concurrere potest attinentia consanguinitatis & affinitatis: vt si quis cognoscat consanguineam suam, omnes cõsanguinei vtriusq; sunt vtriq; affines. Sciasaut quòd affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona qua mediante contrahitur. xxxv. q. x. fraternitatis. Nec oritur affinitas expollutione extraordinaria, quæ fit extra claustra pudoris. xxxv. q. iij. extraordinaria. & adde quod ibi not.

Insurgit affinitas ex coitu interdum cũ publica honestate, interdũ sine: & publica honestas interdum sine affinitate. vt si

cognosco vxorem vel sponsam, hîc impedimentum est publicę honestatis & affinitatis. si cognosco non sponsam, hîc affinitas sola est. si sponsam nondum cognoui, ibi sola publica honestas. Hoc dico, quia si mortua est vxor tua, & vis contrahere de dispensatione Ecclesiæ cũ consanguinea sua, & ecclesia dispensat quòd possis contrahere cum illa non obstãte quòd sit tibi affinis in tali gradu, per dispensationem adhuc contrahere non poteris: quia licet sublatum sit impedimentum affinitatis, non tamen sublatum est impedimentum publicę honestatis. Debes ergo facere exprimi quòd possis cum tali contrahere non obstante impedimento publicæ honestatis pro eo quòd desponsasti consanguineam eius in quarto gradu, & non obstante quòd est tibi affinis in quarto pro eo quòd dictam desponsatam carnaliter cognouisti: & tunc matrimonium procedere poterit.

Genus affinitatis cognoscitur per hãc regulam: sed non gradus. Persona addita personę per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo, si is, qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscit mulierem, illa est mihi secundo genere & gradu affinitatis. si ille aliã mu-

mulierem cognoscit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & secundo gradu. Sed quia solum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plenè tradidit extr. de consang. & affinit. c. non debet. extr. hoc tit. circa hoc hîc non insisto. ergo si persona mihi consanguinea coniungat sibi aliam personam carnali copula, persona iuncta est mihi affinis primo genere affinitatis. si attinet mihi primo genere affinitatis carnali copula se alteri cõmisceat, ille attinet mihi secundo genere. si affinis mihi secũdo genere aliquã cognoscat illa mihi é affinis tertio genere, sed eodẽ gradu. Est igitur videre de gradibus.

Certum est quòd affinitas non habet hodie prohibitionem nisi in primo genere, & in illo vsque ad quartum gradum, licet affinitas non habeat suam specialem computationem graduum, sed computantur gradus affinitatis secundum gradus consanguinitatis, Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus secundũ regulas quas tradidi in prima arbore: & quoto est tibi ille cõsanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere.

Nunc vt formemus arborē. In medio arboris sunt quatuor cellulæ, & in prima superiori ponitur primus gradus, in secūda secundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primò quæritur, quare ponatur in medio, fratris & sororis. Secundò, quare non exprimant attinentiam, dicendo, primus gradus affinitatis: & sic de singulis. Ad primum dic, hoc fuisse, vt detur intelligi, quòd affinitas oritur consanguinitate, & quòd ab vtroque sexu virili & fœminieo affinitas contrahatur. Ad secundum dic, attinentiam non fuisse expressam, vt illa computatio graduum ad consanguinitatē & affinitatem referatur. vnde soror & frater sunt in primo gradu consanguinitatis, & frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic deinceps de alijs. Deinde à latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea, quatuor cellulas continens. in prima scribitur frater, in secunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum huius alia linea cōtinens alias quatuor cellulas: in quarum prima scribitur vxor fratris olim relicta: in secunda vxor filij fratris: in tertia vxor nepotis fratris: in quarta vxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt aliæ

qua-

quatuor cellulæ, quarum prima soror, secunda sororis filia, tertia sororis neptis, quarta sororis proneptis. Ad dorsum harum sunt aliæ quatuor: prima vir sororis olim relictus, secunda vir filiæ sororis, tertia vir neptis sororis, quarta vir proneptis sororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ. vna à latere dextro continens relictus relictæ fratris, à sinistris, relicta relicti sororis, quæ secundum oēs ponūtur ad decorem, & demonstrandū genera affinitatis, quæ hodie prohibitionē non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarū vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri sororis, in qua scribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa quæ oritur in cellula sororis, & terminatur in cellula vxor fratris, in qua idem scribitur.

Quòd autem in cellula vxor fratris scribitur olim relicta, quod non ponitur in alijs cellulis inferioribus eiusdem lineæ: hoc factum fuit ob cellulam quæ ponitur ad dorsum illius. quasi dicatur frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio viro, illa demum mortua, iste relictus à relicta fratris vult contrahere cum sorore: ho-

die poteſt quidem: licet olim non potuerit, quia erat ſibi in ſecundo genere & primo gradu. Idem ſit repetitum quò ad cellulam viri vxoris.

Ad cognoſcendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formam arboris quàm ex prius dictis, tolle hanc ſolam regulam. Per carnalem copulam viri & mulieris inter conſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis & eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri & mulieris, & non viri & vxoris, collige ex ijs quæ in princ. dixi. Inter conſanguineos mulieris & virum, & conſanguineos viri & mulierem, ideo dixi: quia inter virum & mulierē nō contrahit affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Itē inter cōſanguineos viri & cōſanguineos mulieris nulla eſt affinitas. vnde duo fratres contrahunt cū duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia. Sed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum, virum, & conſanguineos viri & ipſam mulierem. extr. de conſang. & affi. quod ſuper his. Primi generis quare dictum ſit, etiam ex ſuperioribus patuit, & eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas.

vid.

vid. hoc in arbore. nã frater & soror sunt in primo gradu cõsanguinitatis, maritus sororis est fratri in primo gradu affinitatis. & sic vxor fratris sorori, & filia sororis est filio fratris & ipsi fratri in secundo gradu consanguinitatis, maritus eius in secundo gradu affinitatis, & è conuerso, & sic in reliquis. Vnde vir proneptis sororis attinet fratri & omnibus descendentibus qui sunt in arbore quarto gradu affinitatis. & hoc ideo, quia toto gradu consanguinitatis attinet prædictis ipsa proneptis. Qui sunt in arbore, ideo dixi, quia si pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam æqualitatis. & sic attinet quinto gradu secundum regulas traditas in arbore prima.

Illud interim sciendum est, non sequi precisè: ego & tu sumus affines: ergo filius quem procreo est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ: quia ego sum tibi affinis, & ipse consanguineus. interdum nil attinet tibi. interdum mutat gradum, interdũ nec mutat genus nec gradũ. Exemplum: si ego & tu sumus affines per appositionẽ mei, quia scilicet contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filium procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis. sed si

ego

ego maritus consanguineæ tuę ex alia mu liere filium procreo: ille nec est tibi consanguineus, nec affinis. Si verò tu consanguineus vxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus attinentię, quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis. sed si tu & vxor mea eratis in æquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipsa in secundo vel primo: tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si verò tu & vxor mea eratis consanguinei in linea inæquali, sed vxor mea erat remotior, vt quia ipsa in tertio, & tu in secundo, tunc filius tuus non mutat genus, nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipse affinis: tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu.

Item nota, quòd istud etiam nō sequitur, ego & tu sumus affines, & ego nō possum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam. quia si habeam consanguineam tuam in vxorem, tu benè potes cōtrahere cum filia mea, quā habui ex alia muliere, quia affinitas nō contrahitur inter consanguineos viri & consanguineos múlieris: sed inter virum & consanguineos mulieris, &

inter

inter mulierem & consanguineos viri, vt dixi, & probatur extra. de consanguinitate & affinitate, quod super his. Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsitan illa excederet quartum gradum, vt quia esset in quinto, & est simile, secundum quod dictum est suprà in prima arbore circa finem.

Deinceps iam quæritur, an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuam prohibitionem: an extendatur tantùm vsque ad quartum gradum? Et si teneremus opinionem Goffredi, de qua dixi suprà in dicta arbore, circa medium, diceremus quòd vsque ad quartum gradum tantùm. Sed tenendo contrariam opinionem, dicemus quòd prohibitio sit perpetua. Dicit enim textus, quòd ita abstinere debemus (in iure canonico) à consanguineis vxoris vt à proprijs. extrà de consanguinitate & affinitate cap. j. xxxv. q. iij. de propinquis. & c. æqualiter. Si ergo inter consanguineos ascendentes & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines. ad idem. §. affinitatis hoc titulo. & dicit lex quòd tales affines

affines aſcendentes & deſcendentes habẽtur loco parentum & liberorum. ff. de gradibus. l. non facilè. §. & retro. in fin. Eodem modo poſſet formari quæſtio de affinibus, quorum vnus eſt in primo gradu, alter in quinto, ſicut in conſaguineis dixi. ſupr. in arbor. in fin. An autem liceat diuerſis temporibus habere in vxores duas cognatas. ſ. vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie ꝑmiſſo ſimul manere poſsint, de hoc vid. not. extr. de conſang. & affinit. c. non debet.

Poſtremò ſolet quæri ad primam & poſtremam arborem, an prohibitio conſanguineorum vel affinium coniungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit ꝓhibitio. Breuiter ſcias, quòd olim propter neceſſitatem frater neceſſariò habuit contrahere cum ſorore, & conſanguinei cum cõſanguineis. Vide tunc in collateralibus nõ erat prohibitio. hoc fuit à principio generis humani in filijs & nepotibus Adæ. hoc etiam fuit poſt diluuium in nepotibus Noë. In Leuitico verò prohibitæ fuerunt ferè duodecim ꝑſonę, quas vid. not. extr. de reſtit. ſpol. literas. & de diuort. c. gaudemus. Demũ ius poſitiuum canonicum

cum prohibuit consanguineos & affines primi generis coniungi in septimo gradu & citeriori, quæ prohibitio posteà vsque ad quartum gradum est restricta. extrà eod. c. non debet. reuocatis etiam quibusdam alijs prohibitionibus, vt ibi patet. Reuocatio verò fuit ex causa quæ ibi ponitur. & supr. de test. c. licet ex quadam. per quod patet, quòd prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex positiuo. Vnde in secundo gradu æqualis lineæ collateralis contrahere possunt iure diuino, sed non positiuo. Ratio verò prohibitionis sumitur xxxv. q. j. §. j. fuit em propter charitatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore, idem esset pater & socer, mater & socrus, vir & frater, &c. Sed si alium habeo patrem, alium socerum, numerosiùs se charitas protẽde ret: in qua vniuersi fideles, & præcipuè studentes continuè perseuerent per gratiam eius qui est benedictus in secula. hactenus ille.

Diffe-

Differunt ergo iter se arbor Consanguinitatis & Affinitatis

Origine: Nam in consanguinitate certus stipes constituitur. Sed arbor affinitatis omni caret parētela, hoc est stipite

Genere: quia in arbore cōsanguinitatis non mutatur, sed ppagatur genus: Diuersum verò fit in affinitate

Gradu: quoniam arbor consanguinitatis proprios habet gradus: Arbor verò affinitatis nullos habet. d. l. non facilè. §. affines. ff. de gradibus. Numeratio tamen graduum in arbore affinitatis, quæ de iure canonico introducta est, per regulas de consanguinitate suprà traditas absoluitur.

Origo significat principium, initium, causam, ortum, stirpem, semen, fontemque. Et origo mutari non potest. l. fin. §. pen. ad municipal. sequimurque patris non matris originem. de quo Bart. latiùs l. assumptio. §. filius. ff. ad municipal. & l. ij. C.

l. ij. C. de municip. & orig. libr. x.

Genus est, quod sui similis communione quadam, specie autem differens, duas aut plures complectitur partes: atq; partes hæ generibus, ex quibus emanant, subijciuntur. Budæ. in l. j. ff. de iust. & iur. Itē genus prædicatur de singulis speciebus. l. interdum. de verbor. signific. l. si quid earum. §. j. de lega. iij. Totum verò de partibus non prædicatur. neq; enim sicuti dicit, Testamentaria est tutela, legitima est tutela, Datiua est tutela: ita dicitur Satisdatio est tutela, Tuitio est tutela. Ergo prospiciendum est, quomodo origo & genus inter se differant. nec origo exinde rectè colligetur, quòd aliquis vel Hispanus vel Lombardus vocitetur: vt commune aiunt Alexand. in rubr. numer. 9. ff. solut. matrimon. Boer. decision. xiij. num. 24.

Graduum deniq; distinctio quoad consanguineos vel propinquos ex latere censendos, si matrimonij causa agatur ergò, exiure pontificio peti debet: si successionis materia tractetur, ex iuris ciuilis constitutionibus in vtroque foro prometur: si verò de contractibus, & alijs causis differatur, iuris pontificij regulis in Ecclesiastico foro, Cæsaris definitionib. in lai-

corum iudicijs metietur, vt magis commune asseuerat prolixè hac de re agens Dida. Couar. in tractat. de sponsal. ij. part. cap. vj. §. vj. num. 8. & vbi de horum gradibus in statuto aliquo mentio fiet, semper iuris ciuilis supputatio inietur. commune inquiunt Cotta in memor. ver. graduum computatio, ac Viuius lib. j. opinion. cccxxix. & Bart. l. ij. C. de successor. edict. per c. ad sedem xxxv. q. v. vid. Dom. Pet. Phi. Cor. in consil. ciiij. in litera. C. in iiij. part.

Gradus quoque debet probari quilibet p duos testes, nec sufficit vnũ probari per vnum testem, alterum per alterum, quando consanguinitas probanda est in tertio gradu. Bald. l. j. viij. quæst. C. de testam. Innoc. c. series. de testib. Gradus demum in statutis debet computari secundum ius ciuile in dubio, à quo statuta formam recipiunt, non secundum ius canonicum. Bart. Bald. & Castrens. l. iij. de succes. edict. Quod verum est in materia successionis, vel alia ciuili. d. c. ad sedem. xxxv. q. v. Ioan. Pagliot. in consil. præsupposito quodam statuto. & Ioan. Andr. in addit. Specul. de succes. ab intestat. §. j. vers. & an filij. Anton. Rosel. de succes.

ab

ab inteſtato. xlix. col. Item verum etiam in feudis, in materia ſucceſsionis. capitulo primo. §. hoc autem. in fine & ibi Baldus titul. qui feudum dare poſsint. & Bartholomæus Cepolla capitulo primo. xviij. concor. de cognitione feudi. vide omnino Paulum de Caſtro conſilio ſuo clxxxvij. Et valet ſtatutum quòd computetur ſecundum ius canonicum. Baldus in dicta lege ſecunda in fine. Et Franciſcus Aretin. in ſuo tractatu feudorum in quarta parte, tertia quæſtione. Et vide Do. Phil. Corn. in conſilio xl. incipiente. In hac. in litera E. & in conſilio lvij. incipiente Videtur. in litera A. & in conſilio ccj. incipiente In hac in princ. in ſecund. part. in conſilio ccxlviij. incipiente. Videtur. in litera C. in tertia parte. & in conſilio ciiij. incipiente Conſtat. in litera B. in quarta part.

Primum genus est, quod cõtrahitur per copulam carnalem mediante vna persona: persona enim personę additæ, nõ gradum sed genus attinentiæ mutat. Agamemnon ergo & Aegysthus inuicem iuncti, sunt in secundo gradu consanguinitatis: Sed Clytemnestra vxor Agamemnonis & Aegysthus adulter, distant secundo gradu affinitatis inter sese: quia personæ Clytemnestræ addita personæ Aegysthi, qui patruelis fuit Agamemnonis, cõstituit primum genus in affinitate.

Affinitatis item genera sunt tria:

Secundum genus affinitatis est, quod constituitur per personam primo generi additam, copula carnali interueniente.

Tertiũ genus affinitatis est, cùm persona personę secundi generis apponit, per matrimonialem copulam.

Dissen-

Dispensatio autem, de qua paulò antè tetigimus, est relaxatio prohibitionis humanę, authoritate Romani pontificis vel aliorum iudicum Ecclesiasticorũ, in gradibus remotioribus collateralium, probabili de causa facta.

In prohibitione diuina nulla dispensatio omnino fieri debet humana authoritate. Iura enim sanguinis immutabilia sunt, præsertim in linea ascendente ac descendente: item in primo & secundo gradu lineæ inæqualis Collateralium. Contrahentes ergo contra diuinam prohibitionem, mortaliter peccant, & nefarias, vel incestas contrahunt nuptias. Item in prohibitione humana, quæ de vitandis nuptijs tantùm præcipit, consideratis circumstantijs, per magistratum siue politicum, siue ecclesiasticum fieri potest dispensatio, ob probabilem rationem. Demum dispensatio in prohibitione humana, quò ad cognationem spiritualem, hodie locum non habet: reijcienda est enim prohibitio de commentitia cognatione spirituali, qua videlicet prohiberur, ne quis ducat eam, cuius baptismo tanquam testis interfuit. De qua reg. vid. Domin. Philip. in arbore consang. & affinitat. Subtit. duplex est prohib.

Sed est quod addam hîc cum alijs vulgatam quæstionem, an matrimonium sine cõsensu à liberis contractum sit rescindendum. Canonistæ aiunt quidem simpliciter non esse dirimẽdum: licet alij sub distinctione aiant, si filius vel filia contrahãt cum persona inhonesta, esse dissoluendum: sed si contrahant cum persona honesta & pari, cũ genere tum moribus, matrimonia tum subsistere reclamantibus etiam parẽtibus, præsertim si copula carnalis subsequuta fuerit: licet videatur repugnare Concilium postremum Tridentinum. qui parentes tali aliàs casu vidẽtur debere dotem dare. c. nullum. 30. q. 5. tamen iure ciuili & diuino pater non tenetur, vt filiam dotet, sine ipsius consensu nubentem, maximè quæ minor annis sit. l. dotis appellatio. ff. de iur. dot. Sed matrimonium inscijs parentibus contractũ à liberis est ipso iure nullum. l. in coniunctione C. de nupt. & cap. non omnes, 32. q. 2. ideoq; nec dos aliqua à parentib. danda est. Sin autem pater vel ob morositatẽ vel ob auaritiam suam tantum detinet filiam, vt ei certa seruitia præstet: tunc iudex suam authoritatem interponere debet, adhibitis simul alijs amicis puellæ, vt filia, si ex ipsius re fuerit, honestè elocetur,

tur, & tunc hauddubiè pater pro modo suarum facultatum, dotem addere debet. secund. Dd. l. 2. §. j. ff. sol. matr.

Ita & Iuri ciuili filius inuitus simpliciter cogi non potest ad ducendam vxorem. l. non cogitur. ff. de rit. nupt. attamen dum pater filiam collocat viro honesto, & consentire & nubere cogitur ob sexus fragilitatem: sed si despondeat eam turpi & inhonesto, filia non obligatur. l. sed quæ. ff. de sponsal. 31. q. 2. per tot.

Et sponsalia quidem contrahere possunt parentes in absentia liberorum, sed non matrimonium: quia illud non sortitur suum effectum, nisi quoque liberi consentiant. Idque adeò verum est, vt etiamsi pater promiserit sub certa aliqua pœna, vel adiecto iuramento, tamen is repugnantibus liberis, nec pœnam, nec periurium incurrit. l. Titia ff. de verbor. oblig. & c. si verum esse. 31. q. 2. & c. Gemma. extra. de sponsalibus. & vtrùm matrimonium vi aut metu contractum valeat, vide Analysim super Instit. & Dd. circ. cap. veniens. ext. de sponsal.

Sponsalia de præsenti publica, sunt quæ cum consensu tam contrahentium, quàm ipsorum parentum, in præsentia certorum testium, per quos proba-

ri posſint, palam fiunt. Et hæc ſine vlla dubitatione, propter abſolutum conſenſum, qui interuenit, ſtatim veri matrimonij rationem habent. d. l. nuptias. ff. de reg. iur.

Sponſalia publica de præſenti purè contracta dicuntur: quæ ſine dilatione, aut conditionis adiectione contrahuntur, & in quibus alter coniugum compellere poteſt alteram partem, vt cõſummet matrimonium. Panormit. c. ſuper eo. col. 2. ext. de condit. appoſitis.

Sponſalia denique publica de præſenti conditionaliter contracta, dicuntur: quæ habent annexam aliquam conditionem, qua nondum eueniente, matrimonium quoque redditur infirmum ac ſuſpenſum. d. cap. ſuper eo. extrà de condit. appoſit.

Spon-

Honesta & possibilis. Hinc reg. Conditione honesta in princ. contractus adiecta, si nõ fuerit impleta, dissoluitur cõtractus. Quæ scilicet aut necessaria est, aut voluntaria, sed tamen non est contra matrimonij consensum, imò cõsensum tamdiu suspendit, donec conditio extiterit: vt si placuerit parentibus tuis, ducam te in vxorem.

Inhonesta & possibilis. Cùm hæc sit contra matrimonij substantiam, dissoluit sponsalia: ita vt nec post secutam copulam carnalem confirmentur. Quæ manifestam in se turpitudinem habet, ac facilè potest impleri: vt si te alijs adulterandam præbueris, posteà ducam te. d. c. fin. extr. de cond. appos.

Sponsaliorum conditiones aut sunt

Honesta & impossibilis. Conditiones honestæ & impossibiles non vitiant sponsalia, sed fauore matrimonij pro non adiectis habentur. Quæ nil quidem turpitudinis

in se continet, sed tamen non facilè impleri potest. vt ducá te, si mihi mille aureos ratione dotis dederis.

Inhonesta & impossibilis. Conditio talis ratione matrimonij habetur pro non adiecta: quia conditio tum frangitur, matrimonium verò firmatur.

Quæ partim turpitudinis quid habet, partim verò impleri nequit. Vt, ducam te, si fueris prostituta. Hostiens. in summa capitulo primo extrà de condit. appos.

§. *Inter*

§. Inter eas quoque personas.

Prohibitio nuptiarū est &
- Diuina: q̃ prohibet
  - Commixtiones inter ascendentes & descendentes. c. 18. & 20. Leuitici.
  - Item in 1. vel 2. gradu lineæ inæqualis inter collaterales consanguineos, aut affines.
- Humana: quæ
  - Inter collaterales ratione consanguinitatis vel affinitatis interdicit vsum matrimonij in 2. 3. & 4. grad. lineæ æqualis. d. c. non debet. extr. de consanguin. & affinit. & c. hæc salubriter. 35. quæst. 8.
  - Eius verò finis est, vt diuina prohibitio maiori reuerentia seruetur.

Prohibitio ergo est: restricto quædam matrimoniorum, vel diuina, vel humana auctoritate facta, qua certæ per-

personæ à matrimonijs inter se contrahẽdis excluduntur in certis gradibus, propter consanguitatem aut affinitatem, qua altera persona alteri coniuncta est. Et hęc solet plerunque tres præ se ferre regulas: quarum prima est. Vbi par gradus ac ratio est, ibidem & par prohibitio, & similis constitutio esse censetur, vt frater & soror, de iure Canonico in eodem sunt gradu. Sicut igitur frater amitam suam, vel materteram ducere: ita soror patruo vel auunculo suo nubere prohibetur. 2. Gradus prohibiti in linea ascendenti, intelliguntur etiam de linea descendenti: vt si vxorem proaui ducere non licet: ergo nec coniugem pronepotis. Postrema: cuius vxorem quis ducere non potest, eiusque sponsam sibi iungere matrimonio prohibetur: quia appellatione vxoris, sponsa quoque venit. Matth. 2. Deuteronom. 22. l. si qua mihi. §. inter me & sponsam. ff. de rit. nupt. capit. genuit. xxvij. quæst. ij.

Ad-

Admissio nuptiarum similiter est

- Diuina quæ fit: Dei verbo & secundum Euangelica & diuina præcepta.
- Diuina quæ fit: Dispensatione: quæ fit relaxatione prohibitionis humanæ, auctoritate Romani Pontificis, vel aliorũ Iudicum Ecclesiasticorum in gradib. remotioribus collateralium, probabili de causa.
- Humana: vt d. suprà & amplissimè de licitis, iustis, & legitimis nuptijs, seu ritè contractis, &c.

TITVLVS VNDECIMVS.

De Adoptionibus.

DVm filij quoque sui iuris non sint: illi aũt vel sint naturales, & legitimi (vt de his dictum est suprà) vel adoptiui: & de his hoc tit. tractatur. Adoptiui sunt vel per ado-

adoptionem, vel per adrogationem: habet vtraque suas obseruationes. de quibus infrà ex tabulis satis conspicitur: quum sit, adoptare, tertius modus quo patria potestas introducatur.

Adoptio fit per

- *Principem, ijs qui sunt sui iuris adoptatis, & dicitur adrogatio.*
- *Magistratum, ijs qui sunt alieni iuris adopt. & dicitur adoptio, simpliciter: vel adoptio specifica.*

vtra-

- *Siue liber, siue seruus adoptetur.*
- *valet*
  - *Siue in filij locum, siue nepotis locum fiat.*
  - *Siue filius naturalis, siue ab aliquo iam adoptatus adoptetur.*
- *vtraque*
  - *Si extraneus filiumfamilias adoptet.*
  - *Si impubes sui iuris sine rescripto & causæ cognitione adoptetur.*
- *non valet*
  - *Si adoptans non sit 18. annis maior adoptato.*
  - *Si castratus adoptet, secus si spado.*
  - *Si fœmina adoptet citra indulgentiam principis.*
  - *Si adopt. aliquis in nepotem. sine consensu filij.*

Ado-

Adoptio est legitimus actus, per quem qui filius non est, pro filio habetur. Azo. ex Caio l. 2. ff. eodem. in sum. sua. & post eum Zas. l. j. ff. eodem: quanquam nec cesset adprobare Castrens. l. filio. num. 5. ff. de liber. & posthu.

Adoptio specifica est actus legitimus coram Iudice aut politico magistratu celebratus: quo filius familias, cum consensu sui patris naturalis transit vel in familiam vel in potestatem adoptantis, vt eius adoptantis efficiatur filius legitimus.

Adrogatio est legitimus actus, per quē sui iuris existens cum auctoritate seu rescripto Principis, seu ipsius delegati, & causæ cognitione, transit non solùm ipse, sed & omnes eius liberi, cum omnibus bonis suis, in alterius familiam ac potestatē, vt legitimus ipsius filius efficiatur. Et quidem dicta est adrogatio (si Gellio lib. 5. cap. 19. credamus) quòd olim per illam transitus in alienam familiam vel suffragijs vel rogationibus populi fiebat.

Et

Et quidem

- *Voluntate arrogatoris.*
- *Consensu arrogati.*
- *Authoritate seu rescripto principis, vel ipsius delegati.*
- *Causæ cognitione, in qua considerabatur: Aetas, Affectus, Mores, Fortuna.*

*

**Vt consequantur*

- *Adrogati tam, quàm sui liberi in patris arrogantis potestatem migrent.*
- *Vt adrogans simul consequatur omnia bona adrogati: de quibus tamen si impubes est adrogatus, cautionem præstare debet: sed patre adrogatore defuncto, bona illi integrè restituantur.*
- *Ab intestato patri adrogatori vt cum cæteris filijs succedat æqualiter adoptatus.*

Adhoc vt quis adoptetur: requiritur, vt

Sit adoptandus in potestate patris sui naturalis, vel aui paterni.

Fiat coram magistratu, non autem notario tantùm. vt l. adoptio. C. eod.

Interueniat tam patris naturalis aut aui, quàm ipsius adoptantis consensus. Licet in filio adoptando sufficiat, quòd non contradicat.

vt

Adoptatus ab auo paterno vel materno non tantùm in familiam, sed etiam in potestatem adoptantis transeat: ac cessante potestate patris sui naturalis, simul patri adoptiuo succedat in hæreditate: nisi rursum facta fuerit emancipatio.

vt

Adoptatus ab extraneo succedat ei tantùm ab intestato: quia non in ipsius potestatem sed in familiam solummodò transiuit. l. cùm in adoptiuis. §. si vero. & §. sed ne. C. eod.

Di-

Dignitas senatoria adoptantis, in filium adoptiuum quoq; deriuetur.

Emendatio seu correctio adoptiui, licita sit patri adoptanti. l. j. C. de emendat. propinq.

Adoptatus nõ possit in ius vocare adoptatorem sine venia. l. adoptiuum. ff. dein. ius voc.

Legitimatio autem quæ alia causa est patriæ potestatis differt ab adoptione, nam est Restitutio natalium, qua is qui ex illicitis nuptijs natus est, efficitur legitimꝰ, vt vel in potestate patris sui sit, vel eidem defuncto, tam ex testamento, quàm ab intestato cum alijs fratribus vel sororibus succedat.

Et fit hæc per

- *Oblationem seu dationẽ curiæ. & fit.*
  - *Patre adhuc viuente, & filium ordini Curiali offerente.*
  - *In testamento patris, in quod filius tamẽ consentit, & posteius obitum amplectitur.* *
  - *Per ipsum filium, defuncto patre, se curiæ offerentem.*
- *Rescriptum Imperatoris*
  - *Vt per omnia reputetur ac si esset legitimè natus, sed tamen ad feudi successionem non admittitur. §. naturales. tit. si inter dom. & agnatos vasall. in vsib. feud.*
- *Subsequens matrimonium* ☞

*vt

Fictione quaddam iuris reddatur quis legitimus.

Legitimus subijciatur patriæ potestati.

* vt *Ipsi patri mortuo succedat, tam ex testamento quam ab intestato, cum alijs liberis legitimis: non tamen alijs ascendentibus, vt auo, vel collateralibus, vt fratri, vel sorori succedere possit: quia respectu patris tantùm dicitur legitimatus. §. & quoniam. in authen. quibus modis naturales effic. sui.*

☞ *Hocque modo legitimatus*

Potest eligi in Episcopum. secund. gloss. c. innotuit. in ver. coniugata. extr. de election. & elect. potestate.

Succedit patri defuncto, in bonis allodialibus.

Imò & in feudalibus bonis eidem successor existit. c. tanta est vis. & ibi Panormit. extr. qui filij sint legit. Anto. de Butrio. c. per venerabilem. col. 20. extr. eod. tit.

Oblatio seu datio Curiæ est, cùm filius naturaliter illegitimè natus, datur vel Imperatori vel ciuitati, vt illi seruiens efficiatur legitimus.

Rescriptum Imperatoris, seu principis, hîc est priuilegium quo Imperator vel alius eius nomine natũ extra matrimoniũ naturali ingenuitati restituit, vt deinceps pro legitimo habeatur. Est enim de reseruatis Imperatoris legitimare, non solùm naturales, sed etiam incestuosos, aut liberos ex illicito coitu natos. l. qui in prouincia. §. j. ff. de rit. nupt. Bart. l. ij. ff. de verb. oblig.

Subsequens matrimonium, est cùm quis ducit concubinam suam, etiam in extremo vitæ articulo constitutus: nam liberi anteà nati, ob honorem matrimonij subsequentis, etiamsi nulla insuper copula carnalis accesserit, fiunt legitimi: & legitimantur, non tantùm quo ad quædam, sed quò ad omnia. c. tanta est vis. extr. qui filij sint legit. quum purget matrimonium omnia præcedentia.

TI-

TITVLVS DVODECIMVS.

Quibus modis ius patriæ potestatis [& dominicæ] soluitur.

EO quòd necessarium sit nonnunquam vt serui à dominorũ liberẽtur, & filij à patria potestate: ideò Imp. hoc tit. adnumerat casus solutionis: quos coram posuimus, in tabulæ forma, vt faciliùs, à Iuris Tyrone conspiciantur & memoriæ mandentur.

Filius sine venia patrem in ius vocare non possit l. fin. C. de in ius voc.

Filius familias sine consensu sui patris non possit contrahere matrimonium. l. ij. ff. de rit. nupt.

Patres olim vitæ ac necis potestatem in suos liberos habebant. l. fin. C. de patria potest. quibus hodie sola mediocris correctio concessa in liberos. l. i. de emendat. propinq. propter l. Hadrianus. ff. ad leg. Pompei. de parricid.

Pater filium suum tempore famis oppignorare possit. l. ij. de patribus qui fil. distrax.

Inter patrem & filium lis nul-

la in iudicio locum habeat. l. lis nulla. ff. de iud.

Quicquid filius acquirat in profectitio vel aduentitio peculio id quò ad vsumfructum, patri suo acquirat: non aũt quò ad dominiũ, quod in aduẽtitijs penes liberos remanet. §. i. & ij. infr. per quas pers. nob. acq. & l. cum oport. C. de bon. quæ lib.

patria talis, vt

Filius familias sine consensu sui patris, non possit agere contra alium in iudicio ciuiliter. l. fin. C. de bon. quæ liber. Secus tamen est in criminalib. l. inter liberos. §. filius famil. ff. ad leg. Iul. de adult.

Potestas

Filius teneatur alere patrem, vt è contrà pater filium. toto tit. de alend. lib. C.

Inter patrem & filium non ciuilis sed tantùm naturalis obligatio oriatur.

Filius nec testam. nec codicillos facere, nec donare, nec quicquã legare, nisi in castrense peculio, potest. l. pen. & fin. C. qui test. fac. poss. vel non. de quib. latiùs. in gloss. verb. ius autem. §. ij. de pat. potest.

Dominica†

- *Generalis, cuius innumerabiles sunt species.*
- *Dominica†*
- *Particularis*
  - *Tutoris, ob tutelam. Quatenus ad tutelã, gubernationem, & defensionem pupilli.*
  - *Curatoris, ob curam. Quatenus attineat ad negociorum forensium administrationem. de tutel. inf. in princip.*

Patria potestas, est ius illud quod pater, vel auus in personas liberorum, qui ex iustis nuptijs procreati sunt, habet. l. potestatis, ff. de verb. significi.

Dominica potestas, est authoritas quam dominus, & superior habet in subiectos eorumque corporum: quatenus de iure auctorizata ea sit.

Soluere, est eum qui alligatus est liberum facere.

Morte naturali. mortuo enim patre vel auo paterno, vel facta prius emancipatione, & posteà subsequuta morte alterius, filius sui iuris efficitur, vt hoc tit. & l. nepotes. ff. de his qui sunt sui vel al. iur,

Morte ciuili. quæ non solum deportationem, sed etiam seruitutem pœnæ capitalis & supplicij complectitur. Estque deportatio, cùm quis in insulam seu certum locũ mittitur à Principe, vt ibi perpetuò à reliquo orbe exclusus scelerum suorum pœnam luat.

Soluitur autẽ patria potestas

Dignitate patritiatus olim tantùm: sed hodie etiam variis dignitatibus vt d. l. fin. C. de decurion. lib. 10. quibus adduntur & Episcopalis, & Monachalis. vt Angelus hic numero quinto. Vide legem vltimam Codic. de decur.

Capti-

Captiuitate. Si enim pater vel filius ab hostibus captus, & inde non reuersus fuerit, ius patriæ potestatis extinguitur, quod quidem intermedio tempore, fictione quadam Iuris semper suspensum habebatur, vt hic. §. si ab hostibus. & l. Postlimium ff. de ca. & post l. reuers.

Emancipatione & quasi. quæ est legitimus actus coram competente iudice à patre cum consensu filij factus, quo is sui iuris efficitur, vt deinceps per sese omnia negocia publica exercere queat. Et hæc fiebat olim Imaginaria quadam venditione, l. vlt. & pennult. de emăcip. lib. l. 3. de ca. diminut. Manumißione. Scripto principis: diplomate regio. l. 4. de excus. tut. Attamen nostro tempore fit tantùm coram Iudice competente ad petititonem patris, idque ad acta iudiciaria postea scribendum est. l. penultim. C. de emancip. lib. Et quidem fit hæc emancipatio vt†

Ado-

Adoptione facta ab Ascendente. Si enim auus paternus vel maternus adoptauerit suum nepotem, transit is in adoptantis potestatem, ex iusta patris sui naturalis potestate, vt hoc tit. §. Sed etsi pater. cum quo concord. l. cùm in adoptiuis. & l. fin. C. de adopt.

Denegatione alimentorum. pater enim iniustè denegans alimenta necessaria filio amittit ius patriæ potestatis. de quo Panormit. c. ex literis. ext. de conuers. infidel. qui modus de iure Canonico cæteris superiorib. additur:

Filius sui iuris efficiatur, & contrahat, & testamentum faciat.

Pater filio non extantibus liberis succedat ab intestato, in totam hæreditatem. Sed ex testamento in certa tantùm parte bonorum ad similitudinem patroni.

vt † *Pater teneatur filio emancipato certas attribuere facultates, seu bona profectitia, quæ facta diuisione hæreditatis, postea veniunt in collationem. l. vt liberis. ff. de collat.*

Pater hodie etiam in bonis aduentitijs dimidiam partem vsusfructus retineat. l. cùm oportet. §. penult. C. de bon. quæ liber.

De-

Deportatio est perpetua in exilium, siue insulam condemnatio ciuium Romanorum. Cajus lib. j. Instit. & hæc pœna succedit loco aquæ & ignis interdictionis, quasi circunscriptio: cui ei qui damnatus erat, certo spacio circunscribertur pœnæ perpetuò pendendæ locus. l. inter pœnas. ff. de interdict. & relegat. Et differt quidem hæc à Relegatione. Nam deportatio fit ab Imperatore, vel Papa, qui superiorem non agnoscunt: sed relegatio à quouis magistratu iurisdictionem habente fieri potest. Deinde deportatus in perpetuum: Relegatus verò ad certum tempus pœnæ subijcitur. Item deportatus omnia iura ciuilia & bona sua: sed relegatus iura municipalia, retentis interim bonis suis, amittit. Vltimo, deportatus tam ciuitate quã omnib. bonis priuatur. secus est in relegato. nisi per contumaciam illi pœnæ non obtemperauerit: tunc enim in perpetuum relegari debet, & certam partem bonorum simul amittere. l. relegantur. ff. de interdi&. & releg. Item Exilium propriè appellatur relegatio: d. vulgò, Bannitio. quum bánire sit interdicere. & sic relegatione Christiani vti cœperũt auersi deportationem velut crudeliorem pœnam.

Et

Et quidē *Relegatio est pœna*, qua quis propter crimen aliquod relegatur in insulam, vel fines exire iubetur & cogitur, vel absq; specificatione temporis specij, vel vt intra certum tēpus ingredi patrium (aut terram offensam) nō audeat. vel si cōdem natio facta sit de remoratione in patria, vel alia terra, eam non exire, proprijs bonis vtentes.

Mors naturalis est per quam dissecatur anima à corpore. l. si ita quis. de leg. Et in hunc significatū Salom. ait, omnia iura loquuntur. vid. eum in Paradoxis, vbi acutè differit, an sint plures species mortis: item an mors sit genus, aut ens per se: colligesque mortis appellatione multos casus venire, non vi vocabuli, sed similitudinis, præcipuè autem sunt, naturalis, iurisgentium, ciuilis, & sapientium, hoc est, vt ait Theologorum.

Patritiatus dignitas est, eorum qui in suprema dignitate Senatorij Consilij esse censentur. Alciat. in rubric. C. de consulib. & non sparg. pec. lib. xij. quæ, inquam, dignitas hoc loco est summa non gradu sed duratione quia perpetua: & cæteræ dignitates sunt temporales: & non tam facilè liberēt filios à nexu potestatis patrię.

Alex.

Alex. Imol. l. 3. de castr. pecul.

Captiuitas scilicet bellica. Olim in bello capti per hoc seruabantur, fiebantq; capientium serui. §. serui autem. Instit. de iur. person. Et quanquam hodie sit abolita seruitus talis, qualis olim apud gentes fuit, tamen aliquam eius imaginem etiam nunc in bellica captiuitate obseruant tenacissimè: videlicet vt captus censeatur sub discrimine honoris & famæ, quasi proprius homo victoris: nec nisi manumissus redit ad libertatem. Et sic captus qui diu manet, imaginariè pro seruo habetur: & qui seruus est nullum habet ius. quomodo ergo posset ius patriæ potestatis penes captum manere?

TITV-

TITVLVS XIII.

De Tutelis.

SEcundæ personarum diuisionis subdiuisionem hic titulus continet: quam alij faciunt tertiam personarum diuisionem. habet deinde definitionem tutelæ & etymologiam, tutorum, & quibus permissum sit dare tutores.



Testamen-

Cùm datur illis tutor in testamento, vel ab omni ascendente in cuius potestate sunt liberi, vel à patre, vel à matre: sed hoc casu, iudicis inquisitio & confirmatio interuenire debet. l. pater. ff. de testa. tut.

Datur impuberibus tutor, filijs, filiabus, nepotibus, neptibus, post humis, emancipato naturali: siue natis siue conceptis.

Et dantur tutores paterfamilias,
Serui proprij, & per hoc censentur libertate donati,
Testamẽtaria
Serui alieni, sed tantũ liberti erũt,
Ingenui siue patresfamilias sint, siue filijfamilias,
Furiosi, sed cùm compotes mentis erunt.
Minores xxv. annis, sed cũ maiores erũt, Filij familias, qui in publicis causis pro patrefamilias habentur. l. 32. §. vlt. de test. tut.

Dantur autem ad certum tempus, Ex certo tempore, Sub conditione, Ante hæredis institutionẽ, In vniuersis bonis.

1 *Tutela* est vis atq; potestas in capite libero constituta, ad tuēdum eum qui propter ætatem sua sponte se defendere nequit, iure ciuili data atq; permissa. vt hîc. & l. j. ff. eod.

2 *Tutores sunt* qui eam potestatem habēt ac vim, id est quibus tuendi pupilli ius principaliter commissum est quasi tuitores atq; defensores dicti. sicut tutel. d. defensio personæ pupilli: vt Imp. hoc tit.

3 *Testamentaria tutela*, est potestas iure ciuili introducta, qua pater in testamento quem constituit, vt filiorum suorum impuberum, aut aliorum descendentium, qui in eius potestate sint, ipsō defuncto, susciplat defensionem. vel est quando parentes liberis impuberibus, quos in potestate habent, testamento tutores dant.

TITVLVS XIIII.

Qui testamento tutores dari possunt.

POstquam explicarit Imp. triplicem tutelam esse, & curam: subnectit quinam & quando tutores vel curatores possint testamento ordinari, & quibus. quique non: & quibus non, nisi inutiliter.

Tu-



Dantur purè tutores, quando simpliciter & absolutè nec mixtè seu nulla conditione adhibita dantur, & disponũtur vel ordinantur.

Testamentaria tutela requirit,

- *Vt dans tutorem in testamento sit Ascendens.*
- *Vt descendens, cui tutor datur, sit impubes.*
- *Vt sit in Ascendentis potestate.*
- *Ne post mortem ipsius recasurus sit in alterius potestatem.*
- *Vt huiusmodi datio tutoris fiat in solenni testamento, aut postea accedat confirmatio iudicis, si testamentum fuerit imperfectum, de quo Angel. in d. §. permissum. numer. prim. de tut.*

Tu-

Iudex. l. prætor. ff. de tut. & curat. datis ab his, &c.

Debitor pupilli. §. infr. tit. de auth. tut.

Creditor minoris. Auth. minoris. vbi & gloss. C. qui curat. vel tut. dar. poss.

Serui. l. in seruili. C. qui dare tut. vel cur. possunt.

Furiosus adhuc furore correptus. l. si hæreditas. §. si furiosus ff. de test. tut.

Tutores testamẽto non admittũtur

Minorennis: & inf. xxv. annũ existẽtes à natiuitate. §. fi. inf. de fid. tut.

Mutus: tutor enim loqui debet. l. i. §. mutus. ff. de tutel.

Surdus: quia pupillo autoritatem præstare non potest. d. l. i. §. surdus eodem ff.

Cæcus, qui omnino oculis est priuatus. l. luminibus. C. qui dar. tut. vel cur. poss.

Milites, qui vna gerunt bellum. l. militiæ. C. eod.

Mulieres, excepta tãtùm matre, vel quæ ex scripto principis tutrix esse potest l. fin. ff. de tut.

Clerici, nisi sua sponte susceperint tutelæ administrationem, ad eam susscipiendam non sunt cogendi.

TITVLVS XV.

De legitima agnatorum tutela.

Essante testamentaria tutela, quia locus est legitimæ: quæ quidē ad proximos deferatur adgnatos. de hac hoc tit. agitur. Et qui legib. dantur tutores, dicūtur legitimi. Legibus autem dantur tutores, agnati proximi, his quibus ex testamento nemo datus est. vt declarantur singula inf.

Legitimum, quod secundum leges est. verbum tamē generale & ambiguum, poniq; solet pro æquo, iusto, vel conueniēte.

Legitima tutela est administratio, quæ vel verbis, vel mente legis xij. tabularum, vel simili ratione defertur proximis agnatis, patronis, parentibus, aut fratribus emancipatis, vt ij pupillis puberibus vtiliter præsint: vbi testamentarij desint hæredibus tutores.

Legi-

☞ *Legitima tutela est aut*

- *Agnatorum*
- *Patronorum.*
- *Parentum*
- *Fiduciaria*

Et requirit legitima tutela, vt

- *Administratio tutelæ confirmata sit decreto iudicis l. 3. §. fi. ff. de administrat. & peric. tutor.*
- *Confectio Inuentuentarij sit. l. tutor qui repertoriũ. ff. eod.*
- *Satisdatio per fideiussorem, qua cauetur rem pupilli saluam fore. l. legitimos tutores, in princip. ff. de legit. tutorib. inf. de satisdat. in princ.*
- *Iuramentum de faciendis vtilibus & omittendis inutilibus in administratione. Authent. vt hi qui oblig. se hab. perhibẽt res minorum. §. fin. coll. 6.*
- *Promissio de defensione pupilli, siue in iudicio, siue extra iudiciũ. l. fin. §. defensionẽ. C. de administr. tut.*

Agnati dicuntur quasi adgnati. significat autem ipsa dictio ad, iuxta: Vnde pater filio non est ad natus, sed natus ei dicitur & adgnatus nepotibus.

Legitima agnatorum tutela est potestas defendendi pupillum verbis ac mente legis xij. tabul. proximis agnatis attributa. Colligitur autem hæc definitio. l. j. ff. de legit. tut. Et quidem hæc tollitur, per capitis deminutionem, quæ est iuris ciuilis: hoc est ius agnatorũ omnium capitis deminutione tollitur omni.



Agnati

Agnati. †

- *Frater consanguineus.*
- *Fratris filius vel nepos, filia vel neptis.*
- *Patruus.*
- *Patrui filius, filia, nepos, neptis.*
- *Amita.*
- *Soror consanguinea.*
- *Ius omnium agnatorum omni capitis deminutione tollitur.*

Cognati. *

- *Filius sororis consanguineæ.*
- *Frater uterinus.*
- *Soror uterina.*
- *Amitæ filius.*
- *Omnes qui ex fœminis consanguineis descendunt. Ius horum cognatorum media & maxima capitis diminutione tollitur.*

Legitimi, item sunt tutores. *

- *Patronus.*
- *Liberi patroni.*
- *Pater ei quem emancipauit.*
- *Liberi patris, huic emancipato sunt fiduciarij tutores.*

TITVLVS XVI.

De capitis Deminutione.

Biter hoc tit. inseritur tractatus de capitis diminutione: eiusq; definitione: dum præcedenti tit. eius mentio facta fuerat.

Capitis deminutio: est aut

- *Maxima: qua quis amittit Libertatem, Ciuitatem & Familiã: quod accidit vel Seruitute pœnæ, vel Ingratitudine erga patronum, vel Venditione sui ipsius ad participandum precium vt l. fin. ff. eod.*
- *Media seu magna: qua quis libertate retẽta, amittit Ciuitatẽ: quod fit Deportatione, Aqua & igni interdictione. Excommunicatione maiori, Bannitione, seu proscriptione d. l.*

Mi-

Minima: qua, manente libertate & ciuitate, tantùm mutatur familia seu status: quod euenit vel Arrogatione: quia arrogatus transit in familiam arrogantis, vel Emancipatione: nam emancipatus non amplius existens in patria potestate propriam familiã habere incipit. vt hic. & l. liberos. & d. l. fin. ff. eod. secus in seruo manumisso, & remoto à dignitate.

Capitis diminutio est prioris status permutatio (seu immutatio) facto hominis interueniente. & antiqui Oratores dicere solebant tamen de capite demere. l. j. & ibi gloss. ff. eod. *Caput* verò in iure ciuili statum significat: vt & apud veteres. Vulgò principale punctum vocatur: cuius accessiones sunt reliquæ quasi liticulæ. vt Bud. in annot. prior.

Sta-

Libertate, cui opponitur seruitus. vnde conuenire non possunt. C. de. latin. libert. toll. l. ergo. ff. de fideicom. libert.

Ciuitate, quæ est ciuilis societas simul & bene viuendi. l. fin. ff. eod. vti homo maximè spectetur, vel vt Homo, vel vt Ciuis, vel vt Paterfamilias.

Stat⁹, consistit aut in

Familia, quæ ad agnationem refert, & diducitur in Res, vt agnatus proximus familiam habeto, id est hæreditatē: & Personas aut natura, id est æquitate naturali, vt vxor marito,

Aut iure naturę sub vnius potestate subiectas. vti filios & nepotes cæterosque deinceps qui in potestate sunt.

TITVLVS XVII.

De legitima patronorum tutela.

SImiliter quia dantur ex legibus tutores, patroni, pupillis libertorum, si ex testamento patris tutores non habeant: ideo de legitima patronorum tutela agitur.

tur.quæ est altera ſpecies tutelæ legitimæ ex ratione l.xij.tab.imprimis introductę.

Hæc ſecunda ſpecies tutelæ verſatur circa perſonas impuberum libertorum.l. iij. ff.de legit.tutor.

Patroni autem cenſendi ſunt,qui ex ſeruitute manumiſerunt, vel qui colluſiones detexerunt,vel ſi præiudicio pronuncietur eſſe libertus,cùm alioqui non fuerit:aut ſi iuraui eum libertum meum eſſe, autor. Vlp.l.adoptiuũ. de in ius voc. Verumenimuerò Patronus non tantùm dicitur,cui libertus ſubijcitur,ſed etiam defenſor eorum,quos in clientela habet,primumq; locũ poſt patrem in officio apud clientẽ obtinere patronus debet. Hinc & iura patronatus,quæ vel in libertos habemus,vel in clientes:quorum hodie inſtar obtinent,quos barbara voce Vaſallos vocamus. 1

Legitima patronorum tutela,eſt illa poteſtas,q̃ non ex expreſsis quidem verbis,ſed ex mente legis xij. tab. patrono defertur, vt is ſuſcipiat liberorum impuberum defenſionem.Quandoquidem cùm patroni ijs eorumque liberis defunctis ſuccedant, iuxt.l.j.C.de bonor.poſſeſſ.contr. tab. libert.&c.& totum tit.de ſucceſſ.libert.inf. 2

li.3.

li.3.ad similitudinem agnatorum, ad tutelas libertorum quoq; vocabuntur. Ratio ponitur in text.circa fin. hîc.cui addatur.c.qui sentit.de reg. iur.in 6. licet tamen fallat hæc regula vbi vbicunque successionis spes est,ibi & tutelę onus esse debet,&c.In fœmina.vt l.Ij.ff.de reg.iur. In minore xxv. annis.l.vlt.§.fin. C. de leg. tut.

Fœminæ possunt autem fungi tutela.

- Mater. — Accedente tamen iudicis authoritate. C. quando mul. offic. tut.fung.
- Auia. — Mater enim luxuriosè viuens,vel alij nubens viro,propter p̃sumptam suspicionẽ Iuris,tutelę amplius præesse nequit.l.quę tutores. §. lex em̃.C. de administ. tutor. Idq; in hoc tit.qui aliâs ab vsu fori nostri recessit, principaliter obseruari debet.

TITV-

TITVLVS XVIII.

De legitima Parentum tutela.

DVm hæc tertia ſpecies tutelæ ſit, ſubiungitur hoc tit. proueniens ex Emancipatione, hodie, quodammodo, expirauit: ac in eius locum ſucceſsit legitima agnatorum tutela. *Eſt autem legitima parentum tutela*, quæ non ex interpretatione legis xij. tabul. ſed tantùm ex identitate rationis ad ſimilitudinem legitimæ patronorum tutelæ parentibus defertur, vt hi filijs impuberibus, aut nepotibus emancipatis præſint. At ſciendum quòd de iure nouiſſ. differentia inter filium in patria poteſtate adhuc exiſtentem, & emancipatum ſublata eſt, quò ad ſucceſsiones & tutelas attinet. Auth. defuncto. C. ad SC. Tertyll. Vnde ergo euenerit huius tutelæ expiratio. 1

Parens, vulgo pater & mater ſignificatur: ſed Iuriſprudentes auos & proauos, auias & proauias parentum nomine appellari dicunt. Paul. de grad. affinit. l. Iuriſconſ. & Caius l. parentis appellatione. de verb. ſignific. 2

TI-

TITVLVS XIX.

De fiduciaria tutela.

QVæ quidem quarta ſpecies tutelæ item annectitur, quia fiduciaria tutela eſt adminiſtratio ex prudentum interpretatione exorta, qua frater emãcipati ſui fratris defenſionem ac curam, quantum ad ſimilitudinem legitimæ tutelæ attinet, ſuſcipit. Totus autem hic tit. iure Codicis eſt immutatus: de quo vid. l. frater. C. de legit. tutel. & l. fin. §. ſed nec fratrem. C. de legit. hæred. ſunt enim frãtres hodie non fiduciarij, ſed legitimi tutores. Igitur legitima tutela, vel lege, vel interpretatione, vel moribus inducta eſt. Ita vt interpretemur *fiduciariã tutelam eſſe, vel fiduciarios* tutores appellari fratres, quibus poſt mortem parentis ſingulari fide defertur autoritate iuris, fratrum & ſororum in pupillari ætate adminiſtratio attigitur

Tuto-

Tutores esse possunt fiduciarij.	*Pater*	*Filio vel filiæ.*
	Frater	*Fratri vel sorori.*
	Patruus	*Filio vel filiæ fratris est tutor fiduciarius.*
	Auus	*Nepoti.*
	Patruelis	*Patrueli.*
	Propior sobrinus	*Propiori sobrino.*
	Patruus magnus	*Nepoti fratris etiã tutor esse fiduciarius potest*

TITVLVS XX.

De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

HIc titulus primò secundum ius vetus de datiua tutela tractat: quæ locum habet deficientibus iam dictis testamenta vel legitimis tutelis. indicando quomodo [illegible] & quib. hæc detur: & qd finit [illegible] dda sit tutelæ gestæ ratio.

Datiua tutela habet locum
- vel
  - Si testamentaria & legitima tutela cessent.
  - Quandiu pendet conditio, vel dies, qua testamentarius tutor datus est.
  - Quandiu ex testamento non est adita hæreditas.
  - Quandiu tutor testamentarius, vel legitimus est ab hostibus captus.
  - Sed his casibus cessat tutor datus cessante impedimento.
- olim in
  - Vrbe Roma à prætore
  - Prouincijs à præsidibus
  - authoritate Atilij & Iulij dabatur.
- hodie dant
  - Romæ: præfectus, vel prætor ex inquisitione.
  - In prouincijs: Præses, vel magistratus iussu præsidis.
  - Defensor ciuitatis cũ Antistite, si pupilli facultates vsq; ad 500. solidos valeant. Hi debent ab his, quos tutores dant, satisdationem exigere.

De-

Datiua autẽ tutela est administratio tutelæ à prætore introducta: quando videlicet neque ex testamento, neq; ex agnatorum vel parentum atq; aliorum numero tutores existebant: quibus alioqui existentibus datiuæ non est locus. Interdum tamen excluso legitimo tutorem pupillo & datiuus ordinatur: videlicet, si spes sit de testamentario: vt quia vel ex die, vel sub conditione testaméto scriptus sit tutor. §. ad certum. sup. qui test. tut dar. pos.

Ad hanc tutelam requiritur:

- Administratio confirmata per iudicem.
- Confectio Inuentarij de bonis ad pupillum spectantibus.
- Satisdatio in defectum, seu cautio sufficiens de danda legitima ratione administrationis.
- Iuramẽtum fidelitatis, quò ad administrationem rei pupillaris & gubernationis ipsius pupilli.

Rationes etiam de omnibus ad pupillum pertinentibus, vt reddantur finita tutela: de quibus supr. tit. 15. & §. fin. hîc.

Defensio pupilli, tam in iudicio quàm extra.

Prospectio de honesta disciplina: & alia arte secundũ exigẽtiam ingenij & qualitatem pupilli.

TITVLVS XXI.

De Authoritate tutorum.

DIrecta methodo. Iustin. tract. hoc titul. de tutoris necessaria quoq; authoritate: & in quibus ea requiratur: (eò quod nil conferret tutorum creatio, nisi & adesset authoritatis interpositio) postquam tractarat tutorum constitutiones, & varietates.

Au-

Necessa est, si pupillus voluerit
- Emere, vel vendere.
- Locare, vel conducere.
- Mandare, vel mandatum suscipere:
- Deponere, vel depositum accipere.
- Hæreditatem adire, vel recusare.
- Bonorum possessionem agnoscere, vel non agnoscere. l. obligari ff. eod.

Authoritas tutoris

His casibus nō sufficit, tutorem post contractum celebratū, vel per epistolam præstare authoritatem, sed debet præsens esse. Et his tamen casibus etiam sine tutore alios obligare potest, ipse verò non obligatur. nam pupillus conditionem quidem meliorem, non autem deteriorem facere potest.

Necessaria nō est, dum pupill⁹
- Aliquid sibi dari stipuletur.
- Vel aliter meliorē suā conditionem sine vlla vexatione facit.

1 *Authoritas autem tutoris* est vis illa atq; potestas, quã tutores vel ex testamento, vel ex lege, vel p iudicẽ receperunt in persona pupillorum defendenda, rebusq; eorum administrandis: vel

2 *Authoritas autem tutoris*, est approbatio à tutore præsente facta, in ijs quæ in iudicio, vel extra iudicium dicuntur aut geruntur, quorumq; interest pupilli. Hæc verò authoritas & Restitutio in integrũ sunt tutelæ effectus.

3 *Restitutio in integrum* est in pristinum statum repositio, secun. Bart. l. interdum. num. 3. ff. de condit. indeb. Si enim fuerit pupillus læsus in quocunq; negocio, habet beneficium restitutionis in integrum à finita tutela vsq; ad 29. annum de iure ciuili, per. l. fin. C. de tempor. in integ. restit. de consuetudine, vsq; ad 24. & 25. annum.

4 *Authoritas necessaria*, est eius qui habet statuendi potestatem: item est & permissio. deniq; est nomẽ vnum ex his quæ dominium rerum perficiunt. vt inquit Bud. Et sic ex opposito definies non necessariam.

TI-

TITVLVS XXII.

Quibus modis tutela finiatur.

Congruum quia foret (postquam nunc ordinandorum tutorum vel curatorum sufficientes Tyronibus Iuris rationes fuissent propositæ: & quòd his inspectis nec semper possent nec deberent durare tutelæ vel curę tractatum annectere quibus modis tutela finiatur: ideo Imp. nec id facere grauatus est.

Tutela finitur

Pubertate, quæ est in Masculis, post xiiij. in Fœminis post xij. annos completos.

Arrogatione. l. si arrogati. ff. de tut.

Deportatione pupilli, qui est pubertati proximus, in quem omne delictum præter adulterium, cùm sit doli capax, cadere potest. l. pupillum. ff. de reg. iur.

Seruitute pupilli. d. l. si arrogati.

Captiuitate tã pupilli, quàm tutoris. §. item finitur. hic.

Conditione deficiente, qua tutela erat facta. de qua sup. §. certũ tempus. qui testa. dar. poss.

Libertate, cui opponitur seruitus. vnde conuenire non possunt. C. de. latin. libert. toll. l. ergo. ff. de fideicom. libert.

Ciuitate, quæ est ciuilis societas simul & bene viuendi. l. fin. ff. eod. vti homo maximè spectetur, vel vt Homo, vel vt Ciuis, vel vt Paterfamilias.

Stat⁹, consistit aut in

Familia, quæ ad agnationem referr̃, & diducitur in Res, vt agnatus proximus familiam habeto, id est hæreditatẽ: & Personas aut natura, id est æquitate naturali, vt vxor marito,

Aut iure naturę sub vnius potestate subiectas. vti filios & nepotes cæterosque deinceps qui in potestate sunt.

TITVLVS XVII.

De legitima patronorum tutela.

SImiliter quia dantur ex legibus tutores, patroni, pupillis libertorum, si ex testamento patris tutores non habeant: ideo de legitima patronorum tutela agitur.

tur.quæ est altera ſpecies tutelæ legitimæ ex ratione l.xij.tab.imprimis introductę.

Hæc ſecunda ſpecies tutelæ verſatur circa perſonas impuberum libertorum.l. iij. ff.de legit.tutor.

Patroni autem cenſendi ſunt,qui ex ſeruitute manumiſerunt, vel qui colluſiones detexerunt,vel ſi præiudicio pronuncietur eſſe libertus,cùm alioqui non fuerit:aut ſi iuraui eum libertum meum eſſe, autor. Vlp.l.adoptiuũ. de in ius voc. Verumenimuerò Patronus non tantùm dicitur,cui libertus ſubijcitur,ſed etiam defenſor eorum,quos in clientela habet,primumq; locũ poſt patrem in officio apud clientẽ obtinere patronus debet. Hinc & iura patronatus,quæ vel in libertos habemus,vel in clientes:quorum hodie inſtar obtinent,quos barbara voce Vaſallos vocamus. 1

Legitima patronorum tutela,eſt illa poteſtas,q̃ non ex expreſsis quidem verbis,ſed ex mente legis xij. tab. patrono defertur, vt is ſuſcipiat liberorum impuberum defenſionem.Quandoquidem cùm patroni ijs eorumque liberis defunctis ſuccedant, iuxt.l.j.C.de bonor.poſſeſſ.contr. tab. libert.&c.& totum tit.de ſucceſſ.libert.inſ. li.3. 2

li.3.ad similitudinem agnatorum, ad tutelas libertorum quoq; vocabuntur. Ratio ponitur in text.circa fin. hîc.cui adda tur.c.qui sentit.de reg. iur.in 6. licet tamen fallat hæc regula vbi vbicunque successionis spes est,ibi & tutelę onus esse debet,&c.In fœmina.vt l.Ij.ff.de reg.i ur. In minore xxv. annis.l.vlt.§.fin. C. de leg. tut.

Fœminæ possunt autem fungi tutela.

- Mater.
- Auia.

Accedente tamen iudicis authoritate. C. quando mul. offic. tut.fung.

Mater enim luxuriosè viuens,vel alij nubens viro,propter ꝓsumptam suspicionẽ Iuris,tutelę amplius præesse nequit.l.quę tutores. §. lex em̃.C. de administ. tutor. Idq; in hoc tit.qui aliâs ab vsu fori nostri recesit, principaliter obseruari debet.

TITV-

TITVLVS XVIII.

De legitima Parentum tutela.

DVm hæc tertia ſpecies tutelæ ſit, ſubiungitur hoc tit. proueniens ex Emancipatione, hodie, quodam modo, expirauit: ac in eius locum ſucceſsit legitima agnatorum tutela. *Eſt autem legitima parentum tutela*, quæ non ex interpretatione legis xij. tabul. ſed tantùm ex identitate rationis ad ſimilitudinem legitimæ patronorum tutelæ parentibus defertur, vt hi filijs impuberibus, aut nepotibus emancipatis præſint. At ſciendum quòd de iure nouiſſ. differentia inter filium in patria poteſtate adhuc exiſtentem, & emancipatum ſublata eſt, quò ad ſucceſsiones & tutelas attinet. Auth. defuncto. C. ad SC. Tertyll. Vnde ergo euenerit huius tutelæ expiratio. 1

Parens, vulgo pater & mater ſignificatur: ſed Iuriſprudentes auos & proauos, auias & proauias parentum nomine appellari dicunt. Paul. de grad. affinit. l. Iuriſconſ. & Caius l. parentis appellatione. de verb. ſignific. 2

TI-

TITVLVS XIX.

De fiduciaria tutela.

QVæ quidem quarta ſpecies tutelæ item annectitur, quia fiduciaria tutela eſt adminiſtratio ex prudentum interpretatione exorta, qua frater emãcipati ſui fratris defenſionem ac curam, quantum ad ſimilitudinem legitimæ tutelæ attinet, ſuſcipit. Totus autem hic tit. iure Codicis eſt immutatus: de quo vid. l. frater. C. de legit. tutel. & l. fin. §. ſed nec fratrem. C. de legit. hæred. ſunt enim frãtres hodie non fiduciarij, ſed legitimi tutores. Igitur legitima tutela, vel lege, vel interpretatione, vel moribus inducta eſt. Ita vt interpretemur *fiduciariã tutelam eſſe, vel fiduciarios* tutores appellari fratres, quibus poſt mortem parentis ſingulari fide defertur autoritate iuris, fratrum & ſororum in pupillari ætate adminiſtratio atque tuitio. Et ſic igitur

Tuto-

Tutores esse possunt fiduciarij.	*Pater*	*Filio vel filiæ.*
	Frater	*Fratri vel sorori.*
	Patruus	*Filio vel filiæ fratris est tutor fiduciarius.*
	Auus	*Nepoti.*
	Patruelis	*Patrueli.*
	Propior sobrinus	*Propiori sobrino.*
	Patruus magnus	*Nepoti fratris etiã tutor esse fiduciarius potest*

TITVLVS XX.

De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

HIc titulus primò secundum ius vetus de datiua tutela tractat: quæ locum habet deficientibus iam dictis testamentarijs vel legitimis tutelis. indicando quomodo quãdo & quib. hæc detur: & qd finita tutela reddẽda sit tutelæ gestæ ratio.

- Datiua tutela habet locum
  - olim in
    - vel
      - Si testamentaria & legitima tutela cessent.
      - Quandiu pendet conditio, vel dies, qua testamentarius tutor datus est.
      - Quandiu ex testamento non est adita hæreditas.
      - Quandiu tutor testamentarius, vel legitimus est ab hostibus captus.
      - Sed his casibus cessat tutor datus cessante impedimento.
    - Vrbe Roma à prætore — authoritate Atilij & Iulij dabatur.
    - Prouincijs à præsidibus — authoritate Atilij & Iulij dabatur.
  - hodie dant
    - Romæ: præfectus, vel prætor ex inquisitione.
    - In prouincijs: Præses, vel magistratus iussu præsidis.
    - Defensor ciuitatis cũ Antistite, si pupilli facultates vsq; ad 500. solidos valeant. Hi debent ab his, quos tutores dant, satisdationem exigere.

Da-

Datiua autẽ tutela est administratio tutelæ à prætore introducta: quando videlicet neque ex testamento, neq; ex agnatorum vel parentum atq; aliorum numero tutores existebant: quibus alioqui existentibus datiuæ non est locus. Interdum tamen excluso legitimo tutorem pupillo & datiuus ordinatur: videlicet, si spes sit de testamentario: vt quia vel ex die, vel sub conditione testamẽto scriptus sit tutor. §. ad certum. sup. qui test. tut dar. pos.

Ad hanc tutelam requiritur

- Administratio confirmata per iudicem.
- Confectio Inuentarij de bonis ad pupillum spectantibus.
- Satisdatio in defectum, seu cautio sufficiens de danda legitima ratione administrationis.
- Iuramẽtum fidelitatis, quò ad administrationem rei pupillaris & gubernationis ipsius pupilli.

Rationes etiam de omnibus ad pupillum pertinentibus, vt reddantur finita tutela: de quibus supr. tit. 15. & §. fin. hîc.

Defensio pupilli, tam in iudicio quàm extra.

Prospectio de honesta disciplina: & alia arte secundũ exigẽtiam ingenij & qualitatem pupilli.

TITVLVS XXI.

De Authoritate tutorum.

DIrecta methodo. Iustin. tract. hoc titul. de tutoris necessaria quoq; authoritate: & in quibus ea requiratur: (eò quod nil conferret tutorum creatio, nisi & adesset authoritatis interpositio) postquam tractarat tutorum constitutiones, & varietates.

Au-

Necessa est, si pupillus voluerit
- *Emere, vel vendere.*
- *Locare, vel conducere.*
- *Mandare, vel mandatum suscipere:*
- *Deponere, vel depositum accipere.*
- *Hæreditatem adire, vel recusare.*
- *Bonorum possessionem agnoscere, vel non agnoscere. l. obligari ff. eod.*

Authoritas tutoris

His casibus nō sufficit, tutorem post contractum celebratū, vel per epistolam præstare authoritatem, sed debet præsens esse. Et his tamen casibus etiam sine tutore alios obligare potest, ipse verò non obligatur. nam pupillus conditionem quidem meliorem, non autem deteriorem facere potest.

Necessaria nō est, dum pupillꝰ
- *Aliquid sibi dari stipuletur.*
- *Vel aliter meliorē suā conditionem sine vlla vexatione facit.*

1 *Authoritas autem tutoris* est vis illa atq; potestas, quã tutores vel ex testamento, vel ex lege, vel p iudicẽ receperunt in persona pupillorum defendenda, rebusq; eorum administrandis: vel

2 *Authoritas autem tutoris*, est approbatio à tutore præsente facta, in ijs quæ in iudicio, vel extra iudicium dicuntur aut geruntur, quorumq; interest pupilli. Hæc verò authoritas & Restitutio in integrũ sunt tutelæ effectus.

3 *Restitutio in integrum* est in pristinum statum repositio, secun. Bart. l. interdum. num. 3. ff. de condit. indeb. Si enim fuerit pupillus læsus in quocunq; negocio, habet beneficium restitutionis in integrum à finita tutela vsq; ad 29. annum de iure ciuili, per. l. fin. C. de tempor. in integ. restit. de consuetudine, vsq; ad 24. & 25. annum.

4 *Authoritas necessaria*, est eius qui habet statuendi potestatem: item est & permissio. deniq; est nomẽ vnum ex his quæ dominium rerum perficiunt. vt inquit Bud. Et sic ex oppositio definies non necessariam.

TI-

TITVLVS XXII.

Quibus modis tutela finiatur.

Ongruum quia foret (postquam nunc ordinandorum tutorum vel curatorum sufficientes Tyronibus Iuris rationes fuissent propositæ: & quòd his inspectis nec semper possent nec deberent durare tutelæ vel curę) tractatum annectere quibus modis tutela finiatur: ideo Imp. nec id facere grauatus est.

Tutela finitur

Pubertate, quæ est in Masculis, post xiiij. in Fœminis post xij. annos completos.

Arrogatione. l. si arrogati. ff. de tut.

Deportatione pupilli, qui est pubertati proximus, in quem omne delictum præter adulterium, cùm sit dolicapax, cadere potest. l. pupillum. ff. de reg. iur.

Seruitute pupilli. d. l. si arrogati.

Captiuitate tã pupilli, quàm tutoris. §. item finitur. hic.

Conditione deficiente, qua tutela erat facta. de qua sup. §. certũ tempus. qui testa. dar. poss.

Morte naturali siue pupilli, siue ipsius tutoris. §. simili modo. hoc tit. & l. nisi finita. ff. de tut. & rat. distrah.
Capitis deminutione quauis, respectu pupilli, sed maxima & media respectu tutoris. §. sed & capitis. hoc tit.
Tempore finito, vel deficiente. §. praterea. hoc tit. & d. l. si adrogati.
Suspicione, tutoris vnde remotio. §. suspectus. infr. de suspect. tut. Et est multiplex, vt ibi dicitur.
Excusatione iusta: vt sit ijs de. quib. inf. tit. 25.

1 *Pubertas*, est emissio ipsa pubis. à qua anni pubertatis dicti sunt.

2 *Arrogatio* fit cùm quis quempiam, qui sui iuris est, in potestatem suam loco filij accipit. in hoc differēs ab adoptione, quæ fit cùm quis eum, qui alieni iuris est, sibi adoptat, & proprium facit.

3 *Deportatio*, vel est in exiliū missio perpetuum: vel condemnatio in insulam vel metallum, vel vltimum supplicium & mors. vt infr. de publ. iud. §. publicorum.

4 *Seruitus* est ius, quo adimitur aliquid libertati, quam dominus in re sua habet: ac conceditur personæ vel rei alienæ.

5 *Captiuitas* hoc loco sumitur pro ciuili ap-

apprehẽsione tutoris vel pupilli, & in carceres missione.

Conditio dicitur cùm quid in casum incertum, qui potest tendere ad esse, & non esse, confertur: & diuiditur in eam quę est facti, & eam quæ est iuris. l. multum interest. de condi. & demonst. 6

Mors naturalis, est per quam anima dissecatur à corpore. l. si ita quis. de leg. De capitis deminutione d. est supr. 7

Tempus dupliciter consideratur: nempe tempus à quo, & tempus ad quod. tempus à quo, id est quando incipiat ratio haberi æstimationis, vel computationis, à quo tempore. Sed tempus ad quod, id est quando finiatur consideratio æstimationis, vsq; ad quod tempus duret æstimatio. Et sic tempus à quo respicit initium: sed tempus ad quod, finem. Zasius l. vinũ. ff. si cert. petat. 8

Suspicio tutoris, est quòd non ex fide administret: & quia moribus talis est vt meritò eius suspicio habeatur siniſtra. vt. l. scire oportet. ff. de tut. & curat. dat. ab his. 9

Excusatio, est causæ allatio, per quam stet, quo minus fiat, quod fieri vel agi, præstariue alioqui deberet. 10

TITVLVS XXIII.

De Curatoribus.

MEmbrum secundum diuisionis tit. xiij. huius libri Iustin. hîc subiungit ex ordine: nam ex his personis, quæ sui iuris sunt, alij sunt sub curatorum potestate: maximè dum ex tutela excesserint.

Curatores dãtur ab his iudicibus, qui tutores dare possunt: vel à testatore, interueniente tamẽ iudicis confirmatione.

Puberibus & minorennib. qui à xiij. anno exceſerunt ex Ephœbis, ſed nondum attingũt xxv. ætatis ſuæ annum vſque ad quem ob periculum curatoribus committuntur: depoſitis tutoribus:

Si tutor legitimus, vel teſtamẽtarius, vel datiu⁹ nõ ſit idone⁹.

Si tutor ſit ad tempus excuſatus.

Si tutor aliqua neceſſitate impediatur vt ex certis cauſis adminiſtrare etiã non poſſit. niſi veniam ætatis puberes à principe impetrarint: maſcul. xxv. anno, fœminæ xviij. C. de his qui ven. ætat. impet. l. ij.

Furio-

Furiosis seu mente captis, omnibus vt & subsequentibus, quatenus inidonei sint suæ rei administrandæ.

Surdis, qui nil omnino audiunt vel audire possunt.

Mutis, vel qui nil penitus eloquũtur: aut eloqui impotentes sint.

Prodigis.

Valetudinarijs, qui scilicet perpetuo morbo laborant.

Omnibus denique quibus curator à iudice da ri potest l. fin. C. de curat. fur. & l. hæc autem §. j. ff. quib. ex caus. in poss. eat. quia interest reipubl. ne quis sua re malè vtatur.

His omnib: inuitis non datur curator nisi pro lite: tutor autem datur inuito.

Cura-

1 *Curatores* sunt, qui rebus curandis, gerendisq; præficiuntur, & secundariò personis. Contrarium est in tutoribus, qui primò personis pupillorum defensandis adhibentur. Curatoris officium est, curare res adulti, decoctoris, & furiosi: Tutoris, tueri pupillum, & bona administrare.

2 *Cura* est potestas iure ciuili introducta, quæ à quolibet competenti iudice datur hodie libero homini ad tuenda bona, vel gerenda negocia puberis aut alterius, qui ætate, furore, prodigalitate, aut aduersa valetudine impeditur, quo minus suis rebus vtiliter præesse queat. lege tertia Digestis de minoribus 25. annis.

Cu-

Legitima: quæ ex lege xij. tab. olim proximis agnatis seu cognatis deferebatur, ad gerendas, & administrandas res eorum, qui ipsimet ob prodigalitatis vitium vel furorem sua negocia vtiliter gerere non poterant. Sed & his hodie à magistratu & iudice competenti curatores dantur.

Cura

Datiua: quæ à quouis competente iudice liberis & idoneis hominibus defertur, vt minorum aut aliorum, qui vitio naturæ aut morbo perpetuo laborant, rebus feliciter præsint. Etsi autem plures Curatorum species in hoc tit. enumerentur, vt sit Curator in subsidium, & Curator in litem, de quo in §. penult. & final. habetur: tamen hæ omnes ad datiuam curam referri debent.

TI-

TITVLVS XXIIII.

De Satisdatione tutorum & curatorum.

SAtisdare quòd debeãt tutores datiui, antequam oblatum munus accedant, hoc tit. demonstratur: vt pupilli postea habeant vnde damnum (fortè illatum) resarciant.

Satisdatio

- *Exigitur*
  - *A tutorib. legitimis.*
  - *A datiuis testamẽto ab extraneo.*
  - *A curatorib. datis furiosis, non habentib. sufficientia bona.*
  - *A tutoribus sine inquisitione datis, (exceptis patronis) vel à minori magistratu datis.*

  Fideiussoribus, seu cautionarijs, vel pignoribus captis.
- *Nõ exigitur à*
  - *Imò pluribus testamentarijs aut datis ex inquisitione, sed de administratione inuicem dissentientes non admittuntur ad administrationem, nisi præstita priùs satisdatiõe. l. legitimos. ff. de leg. tut. l. tutores. ff. de confirm. tut.*

Non exigitur à

- *Tutoribus testamentarijs.*
- *Tutoribus cum inquisitione datis, à maioribus iudicibus. Hi enim ob approbatam eorum fidem à testatore aut iudice, ad satisdationem non compelluntur. l. testamento. ff. de testam. tut. l. non omnium. C. de tut. & curat.*

Sub his casibus tamen: si plures sint tutores, præfertur ille, qui satisdationem offert: vel qui à testatore electus fuit, vt administret: vel qui à cæteris electus est, vt administret: vel ille, quem iudex elegit.

Hanc satisdationem si à tutoribus magistratus non exigit,

- *Tenetur, si sit minor magistratus, et tutores sint non soluendo. vt supr. eod.*
- *Non tenetur, si sit Præfectus, Præses, Prætor.*

Satis-

1 *Satisdatio* hîc est prætoria stipulatio, qua pupillus, vel adultus, vel alius eius nomine coram magistratu stipulatur à tutore vel curatore suo, rem ipsius saluam fore & non pati iacturam, vel diminutionem. secund. glos. & Dd. hîc. aliâs *satisdare* dicuntur, cùm aduersario nostro, pro eo quod à nobis petit, ita cauemus, vt eum hoc nomine datis fideiussoribus securum faciamus. l. j. ff. qui satisd. cogant. &c.

2

Tutorũ aut Curatorũ beneficia sunt

Beneficium ordinis: cùm tutor qui nihil gessit, postulatus ad totum interesse, expetit, vt priùs excutiatur is qui administrauit, de quo beneficio habetur. l. j. & ij. C. si tutor vel curator non gess.

Beneficium diuisionis: quo vnus ex mandato aliorum gerẽs, & posteà conuentus tuetur se, vt actio in omnes contutores, qui sunt soluendo, diuidatur pro virili cuiusq; portione. l. j. §. nũc tractemus. ff. de tutel. & rat. dist.

Beneficium Cessionis: quo tutor,

tutor, qui est soluendo, condemnatus ad totum damnum, petit sibi actiones cedi nomine pupilli aduersus suos contutores, pro quibus soluit, vt si ad maiores facultates peruenerint, ab ijsdem hac actione cessa, possit repetere id quod expossuit. l. ij. de diuidenda tutel.

Beneficium vtilis actionis, quæ tum competit, quãdo quis ex tutoribus qui soluendo erat, ad totum interesse condemnatus, satisfacit pro alijs, nec tamẽ sibi de actione cessa prospexit: tunc ex legis benignitate datur illi vtilis actio tutelæ, absq; hominis cessione, vt suos collegas peruenientes aliquando ad pinguiorem fortunam, pro cuiusque rata conuenire queat. d. §. nunc tractemus. de quib. Bart. in. l. j. C. de transact. & Ioan. de Platea hîc num. xij. & Angel.

Cautio præstatur ex constitutionibus: 3
prouocatio fit ex edicto prætoris. Cautionem præstant ergo qui cauere debẽt. Prouocant ad cautionẽ qui cauere nõ debent.

Omnes, & eorum quilibet: dum diuisio administrationis nulla facta est inter tutores vel curatores & pupillus vel adultus damno adfectus sit. l. ij. C. de diuid. tut. eo q̃ sint in pari culpa, siue omnes, siue nullus illorum gesserit.

Tutore aut Curatores cõueniẽdi ob mala administrationem

Alter tantum tenetur tutorum vel curatorũ: vbi facta sit à testatore vel à iudice diuisio, & alter ob alteri⁹ cõtutoris facta non teneatur. d. l. ij. sed excipiuntur tres casus, qui recitantur d. l. ij. in gloss. & ab Ang. hîc. nu. 3. in §. si ex test.

Quisque eorum iure stricto tenetur in solidum: quando facta est ab ipsis tutoribus aut curatoribus administrationis diuisio. l. diui. ff. de administr. tut. Sed tunc conuenitur prima persona tutoris aut curatoris. d. l. ij.

Hæredes ipsius, ad quos aliquid ex re pupilli peruenit. l. fin. C. de hære. tut.

Fideiussores. l. cùm ostendimus. ff. de fideiuss. & nominatoribus.

Magistratus municipalis, per gloss. in verb. subsidiaria. §. sciendum. & §. fin hoc tit.

acce-

Actio subsidiaria datur ex oratione D. Traiani aduersus eos qui cautionem acceperunt: & ex constitutionibus in hæredes eorum, confirmante Cuiac. Et datur inquam hæc minoribus erga tutores eorumque hæredes ob rem eorum malè administratam, vt breuibus repetamus potius, quàm diuisione à Iuris Tyronibus non intelligamur. §. sciendum. hoc tit. 4 5

Municipalis magistratus, ciuitatum decuriones dicuntur, qui vnum ordinem referentes, sic administrant vt vnius hominis vicem sustineant. l. magistratus. ff. ad municip. & C. de magistrat. municipal. sunt autem administrationes Reip. cum dignitatis gradu, sine sumptu, hoc est, sine erogatione seu collatione in publicum contingentes. l. honor. ff. de munerib. & honor. ideoq; honores quoq; dicuntur.

TITVLVS XXV.

De Excusatione Tutorum vel Curatorum.

QVia de excusatione tutelæ & curæ mentio facta fuerat tit. xxij. præsentis libri: ideo Imper. subsequenter hoc tit. hanc exequitur, vt in tab. patet. infr.

Inimicitias capitales. §. itẽ propter inimicitias. nisi reconciliatæ sunt.

Paupertatem. §. sed & propter.

Multitudinem liberorum, masculorum, seu fœminarum existentium adhuc in patria potestate, vel emancipatorum: imò tantum trium vel quinque liberorum naturalium, non adoptiuorum modò viuant, vel in bello sint mortui.

Quinque nepotum numerum, ex filio mortuo non filia natorum: & filiorum in adoptionem datorum. l. ij. & gloss. ff. eod.

Administrationem bonorũ seu procuraturã fisci. §. item diuus. & l. administrãtes. ff. eod. quod & ad eos extenditur qui præfecturam annonæ vel vigilum gerunt. l. administrantes ff. eod.

Tutores vel Curatores à tutela vel cura excusantur, Si intra 50. dies veniãt qui in-

Absentiam causæ reipub. faciendam vel factam. §. item qui reipub. & d. l. administrantes. ff. eod. saltem per anni spacium reuersus.

Potestatem, imperium seu officium publicum. §. & potestatẽ.

Li-

tra 100. lapidē habitant, id est, miliare, vel intra annū vlterius versantes se excusent coram iudice competenti, propter

Litem magnam quam cum pupillo, vel adulto habet de omnibus bonis vel imò maiori parte, vel cum contutore vel concuratore suo. §. item & propter litē. Multitudinem diuersarum tutelarum aut curarum, & saltem trium onerum tutelarū vel cur. pupillorum plurium: imò vnam diffusam.

Aduersam valetudinem continuam. §. item aduersa. hoc tit. Item surdi, muti &c.

Literarum & negociorum ignorantiam simul. §. similiter eos. quanquam secus sit ob ignorantiam, qua tutor testamentum vel testatorem non agnouit modò ibi domicilium foueat.

Controuersiam status à testatore motam. §. itē is qui: vtpote quia testatur aliàs voluerit tutorem esse suum seruum.

Aetatem grandiorem, vtputa 70. annorum: vel minorem scilicet 25. annorum. §. item maior.

Militiam siue armatam siue literatam, qua quis alios docet. sub differentia tamen in text.

tradita. §. item Romæ.

Bona in diuersis prouincijs & locis sita. l. ij. C. eod.

Tutela priùs inuitè susceptam: à curatela liberatur eiusdem. §. qui tutelã. & l. curator. C. eod.

Sed maritus ab vxoris suæ curatelam susceptam se excusare potest: nec creari ei curator debet. §. ijdem scripserunt. hoc tit. & l. maritus. C. qui dar. tut. vel cur.

Item ob nauatam operam egregiam recip. qualis semper habita liberorum procreatio.

Vna proposita excusatione legitima, intra tempus debitum 4. mensium coram iudice competenti, dum ab eo tempore se excusatum veniant quo cognouerint se tutores datos.

Vel pluribus propositis excusationibus, vna verò non probata, alia adhuc allegari potest. §. qui autem vult. hoc tit. Instit.

Falsa tamen allegatio nihil prodest: nec liberat ab onere tutelæ vel curæ. Mendax enim precator penitus carere debet impetratis. c. super. extr. de rescript.

Excu-

Excusatio namque est iustæ causæ allegatio, ob quam non debeat quis ad tutelam vel curam subeundam cogi. vt Azo. in sum. sua.

TITVLVS XXVI.

De suspectis tutoribus vel curatoribus

POstremo hoc tit. primi libri Institutionum Iuris ciuilis Iustin. Imp. finit tractatum vnde digressus fuerat, nempe tit. xxij. vbi fieret mentio quomodo & quando finiretur tutela: quæ sanè maximè ob suspecti crimen: vt ex tab. patet.

Accusari potest quia publica est actio.

Ciuiliter — *A quolibet de populo: quia est quæstio publica.*

Etiam à muliere, ob pietatem accusante: vt matre, auia, sorore, nutrice.

Criminaliter — *A pubere quoque, cuius cura geritur, secus ab impubere ob iudicij imbecillitatem. l. i. §. consequens l. impuberibus. ff. eodem.*

Tutor suspectus

☞ *Remoueri &c.*

☞ *Remoueri poteſt per*

- *Prætorem.*
- *Præſidem* — *in prouincijs. nec ſatisdationis oblatio ab indemnitate liberat.*
- *Legatũ proconſulis.*

Omnes ij iudices remouent vel ob

- *Dolum: & tunc tutor eſt infamis.*
- *Culpam: & tunc tutor non eſt adeò infamis.*
- *Paupertatem: & tunc tutor non dicitur infamis, neque ſuſpectus.*

* *Quilibet &c.*

Quilibet esse potest & cuiusuis generis tutores, vel curatores,

- *siue testamentarius.*
- *siue Datiuus.* — *l. i. §. ostendimus ff. eod.*
- *siue Legitimus: & patronus qui tamen infamia non notatur.*

Dicitur denique,

- *Qui non ex fide tutelæ gerit, etiãsi cautionem offerret.*
- *Qui dolo alimenta pupillo negat, secus si per inopiam.*
- *Qui moribus talis est, vt suspectus dicatur.*

Accusatiò ciuilis est, quando agitur contra tutorem aut curatorem in iudicio, vt is declaretur esse suspectus, & restitutis ab-

ablatis, remoueatur ab officio, vel ei alius curator idoneus attribuatur. l. si tutor. ff. eod.

Accusatio autẽ criminalis est, qua contra tutorem vel curatorem suspectũ agitur, vt remotus ab officio, pro arbitrio iudicis atrociori pœna mulctetur aut infamia notetur. l. j. §. fin. & ibi gloss. ff. eod. sec. Bart, num. j. 2

Accusare est aliquem quasi apud iudicem percutere, & quasi malleo ad incudem pertundere, vt in quam velit is qui accusat formam redigatur. 3

Accusatio, regularis forma est, per quã malè acta, gubernatáue, & delicta, patefiant, & puniantur. Quò pertinet id, quod vulgo dicitur, neminem sine accusatione esse condemnandum. l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de munerib. l. vl. C. de accus. c. de manifesta. ij. quæst. j. 4

Suspectus tutor vel curator: qui non ex fide bona tutelam gerit, licet soluendo sit: hoc est: qui opinionis, conditionis status, & morib. deniq; talis est, qui meritò suspectus sit. §. suspectus, & §. fin. hîc: & sic proximus remotioni ab officio. l. scire oportet. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Item qui operam suam in inuitum ingerit. l. quę omnia. ff. de procurat. 5

Suspi-

Suſpicionē autem mouent malæ functionis tutelæ vel curatelæ

- Mali mores.
- Dolus malus, vel affectata ignorantia.
- Subtractio alimentorum.
- Defectus inuentarij.
- Reſiſtentia conuerſionis pecuniæ pupilli in emptionem prædiorum.
- Omiſsio defenſionis pupilli. §. ſuſpectus. cū §§. ſeqq. hoc tit.
- Interim expirat ſuſpecti accuſatio: quum excepto crimine læſæ maieſtatis, & perduellionis omne crimen deletur mortalitate, eo quòd ſit perſonale. l. is qui ff. ad l. Iul. maieſt.

Remo-

Remoueri tutorem, est hoc loco dimitti, seu deponi ab officio tutelæ. 6

Mali mores, sunt perditi mores, nefarij, atque damnosi. 7

Dolus malus, machinatio est fraudulenta ad alterum circumueniendum instructa. 8

Subtractio alimentorum, est denegatio non solùm, sed & dolosa priuatio ciborum & vestitus habitationisque, vbi sine his pupilli, vel puberis corpus ali non possit. 9

Defectus inuentarij, est omissio scripturæ, in qua res pupilli descriptæ sunt. Alciat. l. pactum. C. de pact. Reliqua membra huius postremæ diuisionis per se satis sunt declaratiua. 10

Prætereà tutor consanguineus pupilli *nõ remouetur vt suspectus* ne infametur, sed dabitur adiunctus. l. si tutor ab alio. de suspect. tutor. l. eum quem. C. eod. tit. & gloss. l. fin. in fin. C. arbi. tut. Bart. l. quod si fortè. §. sunt quidam. ad fin. quem legit in l.

in l.vero procuratori.ff.de solut.in d.l. si tutor.ad fin.ver.quæro an huic tutori.vbi etiam dicit, quòd administratio sibi non interdicitur statim: secus si esset remouendus. & tenet Ludouic. l. j. penult. col. ff.in ius voca. vt eant. imò ipso iure. Bald.dict.l.eum. Alex.l.super. de solut. Item datur ei curator.d.l. eũ. & ibi Bart. Nec potest conueniri durante tutela tũc. glos.&Bar.l.tutor.§.si tutori.in ver.nota ex ista glos.in lect.Nic.de Neap.ff. de tut. &ratio.di.& p. Pet.de Anch.c.omnipotẽtis.de accusat. Et quidem *suspectus præsumitur*, vel qui sponte facit, nisi probet contrarium. Bart.l.vxori.§.j.in fin. ff. de fal. Item qui fugit.l. impuberibus. §. præterea. & ibi Bart. de susp.tut. Itẽ ex mala conuersatione. Bar.l.j.de leg. qui diffusus de hac materia multis in locis agit, consideratione habita fauore impuberum & clientulorum: super quod quidem maximè magistratum debere animaduertere affirmat: veluti & eiusdem non solùm est remouere suspicionem falsam alicui tutori impositam, vel absoluere & in pristinum statum bonæ famæ reducere, verùm etiam falsum accusatorem punire. *Tutor autem suspectus etiam contumax*, & absens, remoueri potest, quando ciuiliter

ter tantùm est mota quæstio, scilicet ad remotionem. l. non solùm. §. fin. & ibi Bart. in ij. not. ff. de procur. & vid. Bart. post glos. & Ray. l. tutor. §. prætereà. ver. quæro an isto casu. ff. de suspect. tut. per doct. l. iij. C. de procurat. ibi Bart. in iij. no. & Bald. ibid. Pet. Phi. Cor. in consil. clxxv. in litera B. in iij. part. & vid. Ioan. Andr. c. propter. de election. libr. vj. & Pe. Phil. Cor. in consil. clxxv. in lit. D. in iij. part. *Cuius quidem tutoris cognitio potest delegari.* l. cognitio. in princip. & ibi Bart. de offic. eius cui mandat. est iurisdict. quemadmodum & tutor suspectus potest remoueri, & de causa suspicionis cognosci tam per iudicem causarum ciuilium, quàm criminalium. Bar. l. j. §. item solent in. j. colum. in fin. versic. sed an cognitio suspecti. ff. de offic. præfect. vrbis. & vid. l. fin. in fin. vbi Dd. & maximè Bart. C. de arbit. tut. & l. si tutor. de susp. tutorib. & glos. d. l. fin. Et ampliùs tutor suspectus ex quibus causis, et suspicionib. remoueatur vid. d. Pet. Phil. Cor. in cons. cxcviij. incip. Quanquàm. in litera B. & seq. in j. part. Et quòd possint & aliæ plures suspicionum causæ Tutorum & Curatorum congruè hoc loco narrari, nõ me prętersugit. Sed prædictæ tanquam in vsu quotidiano

diano & forenſi frequentiores Iur. vtriuſque Tyronibus ſufficiant : ad VIVIENNI Tabulas Inſtitutorias Inſtitutionum Imperialium D. Iuſtiniani Imperatoris libri ſecundi deflexuris.

FINIS LIBRI PRIMI.

GEOR-

GEORGII VIVIENNI ANTVERPIANI I. V. DOCTORIS TABVLAE INSTITVTORIAE, IN LIBRVM SECVNDVM INSTITVTIONVM IVR. CIVIL. DIVI IVSTINIANI IMPERATORIS.

TITVLVS PRIMVS.

De rerum diuisione: & acquirendo ipsarum dominio.

Ibro hoc sumit Iustin. Imp. alteram secundę & tripartitæ diuisionis iuris partem, quæ est de rebus, pertractandam. *Rem*, aiūt, Quod infectę qdem materiæ pōdus, signatæ verò numerum, factæ autem speciem dici oportet. vid. l. si in rem. ff. de rei

L ven-

vendic. item vid. l. rei appellatione. ff. de verbor. signific. latissimè enim patet rei appellatio ita vt non tantùm res ipsas, sed etiam causas, fructus, & seruitutes rei debitæ, corporalia, & incorporalia complectatur veluti obligationes & contractus. Hinc que æquitatem, necessitatemúe aliquando res significat: quandoq; & veritatem: plerunque & administrationem: sed & pro iudicio, controuersia, sententia accipitur: habet etiam negocij significatum: pro rei quoque ipsius æstimatione nunc accipitur, nunc pro eo quod interest: homines quoque rerum appellatione contineri dubium nō est. l. omnia, in fi. de leg. ij. sicut & delicti, cæteraque quæ in facto consistunt. Imò & officia res appellantur. Restringitur autem ex subiecta materia: ita vt etiam nonnunq; pro atrocitate facti dici queat. Vnde Reus qui capitali crimine delatus, receptus est. de quibus singulis suo loco. infr. Itaque vt textus præsentis ordinem sequamur imprimis.

Rerum

In patrimonio saltem aptitudine & humani iuris: veluti quas possidere, & varijs ex causis acquirere possumus: siue corporales siue incorporales: Vt sunt omnes res prophanæ, siue singulorum. licet hæ aliquando extra patrimonium sint nostrum, dum religiosis adhæreant. vt ff. de rei vend. l. quæ religiosis.

Rerũ aliæ sunt

Extra Patrimonium: etiam aptitudine & diuini iuris: nempe quæ in nullius bonis sunt, vt res sacræ, sanctæ & religiosæ. vid. Paul. concordantem diuisionem. l. j. ff. de rer. diuis. eoq; aliquoties non sunt aptæ vt in patrimonio consistant nisi ab hostibus captæ sint. vt. ff. de religios. l. cùm loca.

Neque in patrimonio, neque extra patrimonium: videlicet seruitutes reales rusticæ & vrbanæ, vsusfructus & similes. vt Azo. in sum. nu. j. & l. j. ff. de vsuf. lega. quæ plerunq; habentur incorporales tertia diuisione: scilicet tit. seq.

I *Patrimonium*, bona paterna significat, vel hæreditatem à patre relictam. vt Seneca ait libr. j. de benefic. cap. 3. licet non significet ea quę in nominib. sunt. l. cùm pupillus. ff. rem pupill. salu. for. licet id Bald. existimarit minimè textus sensum assecut⁹. *Matrimonium* verò bona sunt materna. vt idem Senec. d. c.

Rerũ aliæ sunt

Communes: quia earum vsus tam rationalibus quàm irrationalibus animalibus æquè inuicẽ ex sui natura & origine est communis & æqualem præbet commoditatem, vt aer, aqua, sem per profluens, & è cœlo cadens: veluti pluuia, ros, mare & littora maris l. ij. ff. eod. hęc enim manserunt sub communi dispositione Iuris naturalis primæui. suntque quidem communia quòad continens, seu dominium, sed ratione contenti seu vsus pro parte conceduntur occupanti. modò id fiat sine aliorum detrimento. l. quãuis. ff. de acq. rer. dom. l. fluminũ. de dam. infect.

Publicæ: quæ communes sunt iure gentium æqualiter omnibus hominibus inter se quòad vsum. quasi populicæ.

licæ:vt Alciat.l.bona ciuitatis.de verbor.sig.vt sunt flumina perpetuò fluëtia,& ibi ius piscandi, portus, & ripæ. iuxt.l. flumina. &§. riparum. hoc tit. Et vtilitas aut publica est.*

*Cùm in vniuersum & particulariter commodum affertur:vt in sacerdotibus & magistratibus constitit.l.j.§.huius.ff.de iust.& iur.

Cùm in vniuersum conducit.non autem singulis,vt quoties de locupletando fisco agitur.l.penult.C. de primipilo,lib.xij.

Cum propriè priuata sit, licet ex ea etiam consequatur publica vtilitas:vt dum dicimus publicè interesse dotes mulieribus conseruari,liberisque hominibus ciuitatem repleri:id enim quod consequitur prodest in vniuersum.

Cùm id quod consequitur singulis prodest,nec in vniuersum quëlibet particulariter iuuet.vt dum dicimus:Interest reipubl. ne quis sua re malè vtatur: supr. de his qui sunt sui vel al.§.penult.

Vniuersitatis: vti sunt eæ quæ vel ad certam ciuitatem,vel ad totum ali-

quod collegium communiter pertinet. §. vniuersitatis. hoc tit. & l. in tantum. §. vniuersitatis. hoc tit.. vt sunt theatra, stadia, fora, pascua, viæ, nemora, piscinæ, curia communis, palatium. quorum dominium non ad priuatos particulariter, sed ad vniuersos qui sunt in ea ciuitate spectare videtur. Et sunt res vniuersitatis quædam *Quò ad honorem* & commodum, vt sunt annui reditus qui non distribuũtur in commune sed reponuntur in publicum ærarium. *Quo ad* nomẽ & honores tãtùm ex quibus commune ærarium nil percipit, sed ciues seu tota vniuersitas ijs rebus fruuntur, vt sunt cõmunia nemora, pascua, &c. *Nullius nempe quarum dominium est extra commercium hominum*, id est, in quibus nec occupandi, nec alienandi potestatem habent, quia nõ autoritate priuata sed pontificis sint consecrata: vt sunt res diuini iuris omnes. §. nullius. hoc tit. d. l. j. ff. eod. tit. Ad diuinas autem res pertinent, res *Sacræ*: quarum quædam mediatè Deo, seu cultui di-

diuino dedicatæ sunt: vt tẽpla, ca lices, vestes, & oĩa ornamenta tẽplorum Deo dedicata, & sacra donaria. Quædã ministris Ecclesiæ seruiunt, vt fundus decimæ & annui reditus: quæ res sacrę, inquam non possunt occupari per priuatos homines. c. semel de reg. iur. nisi velint pro sacrilegis haberi. c. omnes Ecclesiæ. xvij. q. iiij.

Religiosæ: vt sunt loca, in quæ voluntariè, & cum consensu domini inferuntur mortui: & vt fiant religiosa est quòd mortuus ibi sit sepultus, vt cœmiteria. & à domino vel quasi domino illius loci ibi inferatur vt fundi spatium cadauer complectens fiat religiosum. vel totus locus, vbi caput, & principalior pars hominis sepeliatur. *Sanctæ* quæ medium obtinent locum inter res sacras & prophanas, & sanctione quadam ab hominũ iniurijs defenduntur. l. sanctum. ff. hoc tit. vt portę, muri, seu mœnia ciuitatum, & municipiorum. Harum enim rerũ violatio pœnam meretur capitalem. d. l. sanctum. §. fin. & l. 3. §. in bello. ff. de re milit.

Sin-

Singulorum, seu priuatorum, quę in dominio nostro nascuntur, & in patrimonio nostro sunt, seu q̃ dominio nostro subijciuntur, de iure gentium per varios modos, quos Imper. enumerat à §. singulorum. de rer. diuis. vsq; ad tit. de vsu cap.

Per acquisitionem à defunctis: & hoc iterum duplici ratione. Titulo singulari, vt per legatum, fideicommissum. Titulo vniuersali, vt per aditionem hæreditatis, siue ex testamento, siue ab intestato.

Petitionem possessionis bonorum secundum vel cõtra tabulas.

Adiectionem bonorum libertatis seruandæ causa.

2 *Communis vsus*, est in cuius vsum vel obseruantiam omnes consentiunt. & quam variè accipiatur docent Iuris interpretes. Attamen commune, vt hoc adnotemus, semel acccipiendum pro rerum communi & iure & vsu, prorsus expulso proprio: iterum vsurpatur pro voluntario rerum communi vsu, & quem docet Iustitia seu rerum publicarum ratio & forma.

Nul-

Nullius in bonis res sunt. aut per

Naturã, vt feræ sylueſtres. §. feræ. hîc.

Factum hominis, vt res pro derelicto habitæ. vt §. penult. hîc.

Ob reuerẽtiam, vt res sacræ §. nullius. hîc.

Casum, id est ob euentũ, vt hæreditas iacens. l. vacantiũ C. de bon. vacant. lib. x.

Tempus, seu per temporis diuturnitatem. vt thesauri qui inuenienti concedũtur, cum suo tamen modo. vt §. thesaurus. hîc. &c.

Res sacræ sunt quæ non temerè, nec per 3
quoslibet, nec quibuslibet, sed selectis verbis autoritate publica, & ritu quodam singulari adhibito, olim per gẽtiles illorum aberrantis reipublicæ deorum Pontifices, aut etiam per principem ipsum pontificatu maximo decoratum, nunc autem per religionis nostræ Antistites Deo consecratæ sunt. In Auth. vt nul. fabric. orat. dom. coll. v. & in Auth. de Eccles. tit. §. si quis autem. & §. si quis ædificationẽ. col. ix. Et quicquid olim fuit, quod deorum haberetur: & hodie quicquid ritè Deo

Opt.Max.dedicatum est, id omne diuini iuris esse, in tantum existimatur, vt vna vel altera duntaxat excepta causa, nec alienari, imò nec obligari ea, vel in pign⁹ aut hypothecam tradi, cõcessum sit. vt memi nit quoque Cantiuncula.

4 *Religiosæres*, sunt quæ religiosis adhærent. l. quæ religiosis. ff. de rei vend. Et religiosus locus opponitur puro. vt. l. ij. §. prætor ait. ff. de religios. & facit religiosum locum illatum defuncti cadauer, præsertim vt Vlpian. tradit. l. iiij. eodem tit. si in eum locum inferatur, quem ipse sibi destinauit.

5 *Sanctæres* sunt, quæ ab iniuria hominum defensæ atque munitæ sunt. l. sanctum. ff. de rer. diuis. Budæ. ait. Sanctum dicitur, quod nec sacrum, nec religiosum est. Vnde & sancti muri, & leges, quæ pœnæ sanctione corrumpi vetantur. Et ærarium sanctius ab antiquis dicebatur, quod prorsus intactum erat: ex quo nihil promi licebat, ob annuas necessitates. Sanctũ est item plerunq;, quod incorruptum, à sanciendo dictum: religiosum à religando mentes, ne malè agant homines: vel à relinquendo, quod à mortuis relinquatur.

6 *Dominium* est ius perfectè disponendi de

de re corporali, cuius quis copiam habet, vel vindicādi rem absentem, nisi lege aut conuentione prohibeatur & habet istud partes seu species has.

Directum, seu vsusfructus. l. iij. §. ex pluribus. ff. de acq. possess. l. non ex pluribus. de reg. iur. §. sicitaque. inf. de act.

Vtile. vt l. j. §. fin. ff. si ager. vect. petat. seu proprietas. vt l. iiij. de vsufruct. l. qui vsumfructum. de verb. oblig.

κτῆσις ἐκπάλαι, id est, inspe. vt cùm l. in suis. de liber. & posthu. filiusfamiliâs rerum paternarum dominus vocatur; vnde & sui hæredes dicuntur, tanquam sibi ipsis succedant. erant enim viuente quoque patre domini.

κτῆσις πρόληψιν, id est dominium per anticipationem dicere quod possumus: vt cùm mulier rei suæ in dotem traditæ domina dicitur. l. in rebus. C. de iur. dot.

Viduale dominium, quod vidua habet, quam maritus relictis liberis, decedens, in testamento iussit esse dominiam vsufructuariā, administratricem (dominiū enim illud οἰκονομικὸν, & imaginarium est) eam solùm in domo præeminentiam consecutā, quam viuente marito habebat: ideoq; ad alimenta tantum contrahitur: est igitur & hoc dominium ἐχηματισμένον.

Sum-

Summum, seu maius dominium, vt vocant: quædam scilicet maiestas, ciuus obseruationem fœderati supremo principi, vel reipublicę debent. l. non dubito. de capt. & postlim. reuers.

7 Attamen differt proprietas & dominium, sicut species & genus inter se: licet sic Mynsingerus maluerit diuidere hîc: num. xv. hoc enim tam de directo quàm de vtili dominio intelligitur: illa verò de directo dominio tantùm, secund. Dd. l. naturaliter. §. nihil cómune. ff. de acq. vel omitt. possess.

8 *Dominium directum* est ius dominationis, quod quis habet in re corporali, non cognoscens superiorem, cuiusmodi habet dominus feudi vel Emphyteuseos.

9 *Vtile dominium* est ius cum fructu, quale habet Vasallus, Emphyteuta, aut Superficiarius, qui superiorem cognoscunt.

10 *Dominium plenum* is habere dicitur, qui vtrunque habet, directum & vtile. vt accidit in bonis allodialibus, aut rebus hæreditarijs.

Domi-

Dominium autem per se & in genere, est ius de re corporali perfectè (quod salua legum prohibitione fiat) disponendi: vt Alciat. l. traditionibus. C. de pact. Dominium, inquit Bart. est ius de re corporali perfectè disponendi, nisi lege prohibeamur. Sed Apellus plenius definit ita. Est ius de re corporali perfectè disponendi, si rei copiam habeas: sin minùs, vendicandi: nisi vel lege, vel conuentione prohibearis. Est etenim dominium ipsissima causa rei vendicationis, cùm videlicet alius quispiam nobis inuitis, vel possidet vel detinet: & huius duo sunt officia Disponendi, & Vendicandi, l. in rē actio. de rei ven. l. si quis vi. §. differētia de acq. poss. & Bar. l. j. hoc tit. d. eod. 11

Do-

Dominium acquiritur peculiariter singulis, aut
- *Iure gentium*
  - *Occupatione*, sub quo generali modo continetur. *
  - *Alluuione.*
  - *Specificatione.*
  - *Confusione.*
  - *Commixtione rerum.*
  - *Aedificando.*
  - *Plantando, & his similibus.*
  - *Possessione bonæ fidei.*
  - *Vsufructu.*
  - *Traditione.* iusta causa facta.
  - *Emptione, &c.*
- *Iure ciuili*
  - *Vsucapione.*
  - *Præscriptione.*
  - *Legato.*
  - *Donatione.*
  - *Successione.*
  - *Aditione hæreditatis.*
  - *Arrogatione: & nonnullis alijs modis.*

Qui modi declarantur à principio secundi huius libri, vsque ad tit. de obligat. lib. tertio. tit. xiiij. vbi mater incipit actionum: & fundamentum quasi quarti libri Institut. Imper.

Ve-

Venatio.
Piscatio.
Aucupium.
Occupatio, item
* *Præda belli, seu captura.*
Inuentio lapillorū
Inuentio thesauri.

Missilium.
Rerum derelictarū
Fructuum.
Nouæ speciei.
Insulæ in marinatæ.

Hîc retinendum quoq; dominium & quasi dominium & ius in re specificum, adfinia esse inter se, & species distinctas ipsius iuris in re generici. aliàs dominiū, imperium, regnum, maiestas, potentia, Ethnicorum sunt vocabula, teste Erasm. 12

Quasi dominium, quod habet is qui emit aliquid bona fide, & ex iusta causa per ignorantiam ab eo qui non est verus dominus. licet. Bart. l. minor. §. si seruus. num. 4. ff. de euict. affirmet, quasi dominium esse speciem dominij. minimè veritati cōsentiens. 13

Ius in re specificum, quod habet is qui nō est verus dominus: ideo nec vendere, aut hypothecæ dare, aut transferre in alium potest. per reg. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. 14

Verùm, vt singuli modi, acquirendi res de Iure gentium, Iuris tyronibus dilucidiùs appareant: formas alias seu tabulas subnectemus præcipuas. 15

Res

Res fiunt nostræ

Occupatione animalium, quorũ alia

☞ Naturaliter fera.
* Natura quidem fera sed arte cicurata. **
† Naturaliter mansueta.

☞ Apes quæ nullius sunt, & examen apum, quod dominus cũ difficultate persequeretur.
* Pauones.
Cerui.
Columbæ, cum reuertendi animum non habent, id est, cum reuertendi consuetudinem habere desierint.
† Gallinæ.
Anseres
Canes, tum quocunque in loco sint hæc animalia domestica & mansueta, non fiunt nostra per occupationem. l. naturalem. ff. eod.

** Ca-

Proprio non tantùm.

**capiuntur in fundo — Sed etiam alieno solo, modò fundi dominus non prohibeat aut cõsuetudo diuersum suadeat. §. feræ. hîc

Ita volauerunt vt capi possunt. — Omnes tamen desinunt esse nostræ, si libertatem naturalem receperint.

Captiuitate (licet alij dicant secundum modum hunc esse) eorũ quæ ab hostibus capimus. sed hæc hodie non in personis in bello captis, sed tantùm in bonis mobilibus locum habet. sublata est etenim seruitus inter Christianos. vt Bart. l. hostes. ff. de ca. Immobilia aũt bona applicãtur fisco, aut duci bellorũ. l. si captiuus. §. expulsis. ff. de capt. & post. reuers.

Inuentione rei (quamuis alijs sit tertius modus) in littore maris, q̃ fortè ibi nata. vt sunt margaritæ, & precioſi lapilli. alioqui si antea alicuius fuerint, veluti ibi repoſi-

tæ res, non fiunt occcupãtis. sed inueniens casu amissas, vel in itinere, vel in fundo alieno, nec restituit eas, furtum cõmittit. l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt.

Procreatione ex nostris animalibus (alijs est quartus modus) §. item ea. hîc. nam quicquid ex nostris nascitur, iure gentium dominio nostro subijcitur. vt sunt fœtus pecorum, lac, pilus, lana, hœdi, vituli, æquuli, succuli. Et fructus, quos bona fide ex alieno fundo, quem existimam⁹ nostrum, percepimus & consumpsimus, vel percepimus tantùm, si sim⁹ fructuarij fundi. Qui gregis fructuarius est in locum mortui animalis aliud reponere debet.

Thesauri inuentione subita & fortuito casu (quem alij faciunt xvj. modum) in loco nostro, sacro, religioso, alieno. sed fortuitò, & adhuc dimidium domino reddere debemus. Item fiscali, publico: sed dimidium restitui debet.

Alioqui magicis artib. acquisit⁹ fit fisci. l. vnic. C. de thesauris. lib. x.

Occupare autem est propriè, vt ait Valla, quod in commune, siue in medium positum

tum erat, ante alios capere. Sed est & locum tenere, aut capere, & vi arripere, vt hic fera.

Perceptio fructuum ex re aliena, à bonæ fidei possessore. §. si quis à non domino. hoc tit. & l. bonæ fidei. ff. eod. 16

Sunt autẽ fructus

Naturales, qui vi & beneficio naturę principaliter, nõ diligentia & opera hominis tantùm proueniunt, vt poma, nuces, lac, pilus, lana, agni, vituli, equuli, fusculi. l. fructus. ff. de vsufruct.

Ciuiles fructus, sunt annuæ pensiones, ex locatione ædium. l. prædiorum. ff. de vsur.

Industriales verò fructus sunt, in quibus producendis principaliter requisita est diligentia culturaq; hominis: & plus quàm natura ipsa: quæ, inquam, diligentia nisi continuò interueniat, natura nihil operatur. l. bonæ fidei. in princ. ff. de acq. rer. dom. vt frumẽtum, oleum, vinum. l. si eius fundi. ff. de rei vend.

Fructus autem in genere à ferendo dicũtur: quos fundus, vel quælibet res fert: vel qui ex qualibet re feruntur. & Bart. hos præter diuisionem suprà dictam l. & ex diuerso. de rei vend. diuidit Naturales in nostro Ingenio, Exercitatione, Labore & scientia partos. Bonæfidei possessor tantùm naturales fructus cõsumptos, ex quibus non factus est locupletior, & industriales facit suos. d. l. bonæfidei. & gloss. in. d. l. ex diuerso.

Vsufructuarius non solùm industriales, sed etiam naturales fructus plenè perceptos à seipso, vel ab alio eius nomine lucratur in vita. §. is verò. & ibi Porcius. nu. 6. hoc tit. Item Colonus qui pro certa pecunia colit agrum ab alio conductum, omnes fructus tam perceptos quàm percipiendos facit suos, secund. gloss. hîc. in verb. colono. Et *Vsufructuarius* in locum arborum non casu aut vi tempestatis, sed sua culpa pereuntium, item pro pecoribus per se extinctis, alia restituere tenetur d. §. in pecudum. cir. fin. & l. arbores. ff. de vsufruct.

All-

Cùm scilicet per flumen publicum, fundo meo aliquid paulatim accedit, quod alteri detraxit vel deiecit: ita vt oculus deprehendere nequeat, quid quolibet temporis momento adiectum detractumúe sit. vt §. prætereà. hoc tit. nam super hoc datur regula. quæ propter alluuionem fluminis publici adijciuntur agris nostris, iure gentium nostra fiunt. l. adeò. §. j. & ij. ff. eod. qui alijs dicitur quintus modus acq. dom.

Secus si per vim aliquam fundi tui partem eodem tempore detraxit.

Si insulam in mari natam casualiter, quod rarò accidat, occupauerimus.

Sed insula in flumine naturaliter nata: illorum est (quò ad dominium non autem quò ad ius seu iurisdictionem) qui prope ripam fluminis prædia habent:

Sic & alueus, quem flumen reliquit: illorum est qui prope ripam prædia habent.

Alueus verò nouus, per quem de nouo fluere flumen cœpit, publicus est.

Si feci vas ex argento tuo, erit tuum: nã repetere potes actione ad exhibendum, vel rei vendic.

Si feci vinum ex tuis vuis, erit meũ: quia reduci nõ potest ad pristinam materiã.

Si feci ex tua & mea lana vestem, erit mea.

Si purpuram tuam vestimento meo intexuero, erit mea. vt. §. si tamen hoc tit. accessio enim cedit vestimento, sed aduersus furripientem tamen datur actio furti, aut cõdictio furtiua. d. §.

Hisce casibus refunditur alteri rei suæ precium.

Si duorum voluntate, vel fortuitò res confundentur eiusdem vel diuersæ materiæ erunt communes. §. si duorum. l. adeo. §. voluntas. ff. eod.

Commixtione materiarũ tamẽ similium, ex qua noua ſpecies nõ producitur, ſed ſingula corpora priſtinam ſuam retinent ſubſtantiam: vt cùm triticum tritico, auena auenæ additur & commiſcetur. §. quod ſi frumẽtum. hoc tit. l. idem Pom. ff. de rei vendic. Et commixtione inquam facta tali vtriuſq; domini conſenſu, res erit communis, & tunc competit actio communi diuidundo. d. l. idem. Si tamen altero dominorum fiat inuito hæc commixtio, aut caſu, res commixta non eſt communis, ſed pro eius repetitione alteri datur actio rei vendicationis. d. l. idem in princ.

Cõmixtione ſeu cõfuſione res noſtræ fiunt iſtis modis

Aedificatione, de qua habetur §. cum in ſuo. hoc tit. & l. adeò. §. cùm in ſuo. ff. eod.

Si in meo ſolo ex lapidibus tuis domum feci, erit mea, ſed duplum pro tuis lapidibus vendicabis.

Si in tuo ſolo ex meis lapidibus domum feci, erit tua, nec aliquid

quid pro meis lapidibus, consequor si scienter alienũ solum ædificaui, secus si bona fide, tunc materiæ precium petam. Aedificium nanque terræ affixum cedit solo, (sub tamen distinctione quã Cantiunc. hîc inter bonæ & malæ fideiædificationem tradit) nec potest dominus materiæ eã repetere ab eo qui bona fide vel in suo, vel ignorans in alieno ædificauerit, nisi diruto rursus ædificio. Sed interim datur ei actio de tigno iniuncto, qua duplum materiæ consequitur: Vel exceptio doli, qua repetit à domino soli precium materiæ & impensas. §. ex diuerso. vers. certè illud. hoc tit. & l. fundo ff. de rei vendic. Aedificans verò scienter in alieno fundo ex propria materia, vel etiam ex aliena, mala tamen fide, nihil repetit. l. si quis sciens. C. de rei vendic.

Plantatione. §. si Titius. hoc tit. &. d. l. adeò. §. fin. ff. eod. Si enim alienam plantam in meo solo posui, mea erit, si radices egerit. Si

meam plantam in tuo solo posui, tua erit, si radices egit. Nam planta radices agens cedit solo. Hinc quoque responsio sumitur ad q. Cuius sit arbor, quæ cùm radices habeat in proprio fundo, rami eius dependeant in alterius fundum? Quòd scilicet sit illius, in cui' fundo plures cõtinentur radices. l. si plures. §. fi ff. arbor. fur. cęsar. quare & fructus eidem debentur. l. vnica. ff. de glande legend. Si verò arbor in confinio agrorum posita æqualiter vtrinque emittit radices, vtrique domino erit communis. d. l. adeo. ff. eod. tit.

Quod diximus de plãta, locum & in frumento sato habet, sed hîc recuperantur impensæ exceptione doli mali, si bona fide satũ est. *Satione* ergo. §. quaratione hîc. succedit quid solo si radices egerit.

Scriptura. §. literæ. hoc tit. & d. l. qua ratione. §. ij. ff. eod. hoc tit.

Si in tua tabula literis etiam aureis scribam, nõ desinit esse tua, sed mihi, si bona fide scripsi, solues impensas. Si in tua tabula pinxi, mea erit,

erit, si illam possedero, sed soluã impensas. Si in tua tabula pinxi, tua erit, si illam possideas, sed solues impensas, si bona fide feci. Ad dominum namque chartæ quod magis est pertinet scriptura Sed scribens per ignorantiam in charta aliena, bona præsertim fide, expensarum repetitionem habet, secund. gl. hic in verb. bona fide. d. §. literæ.

Pictura ergo. §. siquis in aliena. hic, & dicta leg. qua ratione. §. sed ex diuerso. ff. eod. cedit tabulæ, maximè si fuit vilior, nec affixa alijs præstantioribus materijs. d. l. qua ratione & ibi Bart. nu. j. ff. eod. & l. in rem. §. sed & id. ff. de rei vend.

Hic

Species miſcentur, ſed materiæ confunduntur.

Hic ſciendum quod mixtio differat à confuſione

In mixtione manent res in eadem ſubſtantia, ſed in confuſione non.

Mixta ſine voluntate dominorum non fiunt communia, vt hic dicitur: ſed confuſa quidem ſine etiam voluntate. vt §. quod ſi. hoc tit.

21 *Tabula* hic accipitur non ſolùm pro aſſere cui impingitur, verùm etiam pro omni eo, quod picturæ eſt adaptatũ. & hic notanda Maxima. Quòd vilius hic debeat perpetuo cedere precioſiori, veluti tabula colori & arti pingendi, ſeu picturæ.

Tra-


Traditione res nostræ fiunt
Siue aliena
Siue stipendiariæ
Siue tributariæ
Modò ex iusta causa tradantur, veluti
Donatione.
Legato.
Emptione.
Dote.
Stipulatione.
Permutatione.
Contractu innominato


Traditæ autem dicuntur
Siue à domino tradantur.
Siue ab alieno domini voluntate.
Siue tibi tradam.
Siue ex alia iusta causa habere rem patiar.
Si tradam claues mercium vēditarum in horreo reconditarum.
Si rem pro derelicto habeam, quam alius occupauit.

Non

Si tantum rem promisi.

Si venditor tradiderit, qui

- *Non recepit precium rei venditæ.*
- *Non est secutus fidem emptoris.*

Non traditæ verò intelliguntur

Si quid in mare proieci leuandæ nauis causa, & illud fuit per alium occupatum.

Si quid de curru ceciderit, quod ab alio fuit occupatum, ideoque nec fieri apprehendentis. l. ij. §. fi. ad l. Rho. de iact. sed qui id lucrandi animo exceperit furti obstringitur. l. qua ratione. §. fi. hoc tit. l. falsus. §. si iactu. de furt. Imò & nouo iure bonorum omnium publicatione mulctari debet. Authent. nauigia. de furt. c. si quid. xiiij. q. v.

Tra-

Vt tradens sit dominus rei traditæ. l. traditio. ff. eod. quia dominus si non est, dominium, quod non habet, transferre nō potest. l. nemo plus. de reg. iur.

Vt sit idonea persona ad tradendum. l. qua ratione. §. nihil autem ff. eod.

Vt præcedat tit. habilis, iusta causa tradendi subsit quæ trāslationi dominij sufficiat. vt venditio, donatio, &c. vt sup. nuda autem traditione nunquam transfertur. l. nunquam nuda. ff. eod.

Vt accedat voluntas transferentis. d. l. qua ratione. §. hæ quoque. ff. eod. & in animo habeat, transferre dominium in re, quam tradit: idq; ad differentiā commodati & depositi.

Vt sit talis res, quæ in alium licitè transferri queat. §. sacræ. supr. eod. & nō prohibita alienari, quia non sacra, non dotalis. aliàs si sequatur traditio, dominium tamen nō transfertur. l. qua ratione. §. hæ quoq; de acq. rer. eod.

Do-

Dominium ergo acquiritur traditione actuali rei corporalis, accedente causa habili, & voluntate domini tradentis. d. §. per traditionem. & l. traditionib. C. de pact. Incorporalia enim (vt sunt seruitutes) cùm tactum effugiant, traditionem non recipiunt: sed in his patien habetur loco traditionis. l. seruus. de acq. rer. dom.

22 *Is dicitur* tradidisse igitur seruitutem: qui patitur me ire, agere, vti, frui. l. quoties. de seruit.

23 *Emptione*: ad quam scilicet accedit, vel precij solutio, vel fides de eo habita. §. vēditæ. hoc tit. In emptione nanque transfertur dominium soluto precio, ac fide habita de eo; siue dominus ipse, siue alienus eius voluntate, rem venditam tradiderit. d. §. venditę. & d. l. qua ratione. §. interdū ff. eod.

24 *Patientia domini*, seu traditio ficta. §. interdum. hoc tit. & d. l. qua ratione. § interdum. ff. eod. Per domini patiētiam namque sæpe transfertur dominium rei ex alio ti-

lio titulo prius conceſſo alicui. d. l. qua ratione.

Traditione clauium. §. Item ſi quis. hoc tit. Item l. clauibus. ff. de contrah. empt. quoniam traditis clauibus in conſpectu rei à vero domino, res tradita eſſe intelligitur. d. l. clauibus, & gloſſ. hic. in verb. transfert proprietatem. 25

Re denique habita pro derelicto, vt ſunt miſsilia, & id genus alia, quę ea mente abijciuntur, vt quis ea iam nō amplius in numero rerum ſuarum eſſe velit. §. hoc amplius. hic. & toto tit. ff. pro derelicto. Et ſic quidem res pro derelicto habitæ, iure gentium occupantium fiunt. d. §. hoc amplius hoc tit. 26

Tradere, non eſt dare: ſed porrigere, adminiſtrare. vt gloſſ. & Dd. §. ſic itaq; inf. de act. 27

Stipendiariæ, res ſunt quales olim prouinciæ pop. Rom. excepta Italia, & ſi quæ vrbes ius Italicum haberent, vel fœderatæ eſſent. Et ſtipendiarij erant, qui ſtipendia militibus Rom. dabant. Vulgus tamen indoctè ſtipendiarios appellat, eos qui ſtipendia accipiunt. 28

Tributaria, quæ ſoluendo tributo obnoxia ſunt. Itaque ſtipendaria quoq; & tributaria prædia eodem modo alienantur. 29

Missilia à mittendo dicta, vt variarum rerum donaria: quæ scilicet Impp. & Coss. liberalitatis gratia, idq; in perpetuam rei memoriam populo colligenda spargere solebant. & talia vocat Sueton. in August. cap. xxviii. res missiles. quarum immensam liberalitatē prohibuit Zen. l. ij. C. de consulibus. Iustin. nouell. 105. ex Pomp. l. v. pro derelicto. Eiusmodi quoque nostra ætate summos Pontifices spargere videmus in ipsorum creatione & coronatione. licet tamen plerunque missilia accipiantur pro telis, quæ in hostes emittātur. Cel. Rhodog. lib. xiiii. cap. vi.

TITVLVS SECVNDVS.

De rebus corporalibus & incorporalibus.

EX l. j. in fin. Responsi Caii. § quædam. de rer. diuisi. subnectit hîc Imp. Iustin. secundam rerum diuisionē ab earum substantia nempe: præsertim vbi præcedenti tit. summopere mentionem de hisce fecisset.

Res

Differũt autẽ inter se

- Corporales vt fundus, homo vestis, aurum, &c.
  - Quia corporalia tangi possunt : vbi in corporalia nequaquam possint. l. j. §. quædam . ff. de rer. diuis.
- Incorporales, vsus, vsusfructus Hæreditas, Seruitus, Obligatio, Dos, Peculium, Possessio.
  - Corporalia reuera de manu in manum : sed incorporalia, per patientiam domini impropriè quasi traduntur. l. quoties via. ff. de seruit. in fin.
  - Corporalia possidentur : Incorporalia quasi possidentur. l. j. & l. iij. & l. seruus. §. incorporales ff. de acq. rer.

In Corporalibus locum habet prę ſcriptio longi temporis: Secus verò eſt in incorporalibus, quæ non vſucapiuntur: Exceptis tamen ijs, quæ habent cauſam continuam. d. l. ſeruus. & l. ij. C. de ſeruit. & aqua.

1 *Res corporales* quidem ſunt quæ videri aut tangi poſſunt, ſcilicet vt ſubſtantia, idque vt potentia: non tamen ſemper actu. quales ſunt omnes res mobiles, & immobiles. vt homo, imò res quæ in mari iacent, & in montibus reconditæ, cœlo affixæ. Gell. lib. 5. c. 15.

2 *Incorporales* autem ſunt, quæ in ſola animi ſeu intellectus cognitione conſiſtunt: vt ſeruitutes reales, & mixtæ, veluti actiones: ſeruitutes, & ea quæ in iure, hoc eſt ratione & intellectu conſiſtunt. Hæreditas ergo non eſt pecunia, ſed ſucceſsio. l. nihil. de verb. ſignificat. id eſt ius ſucceſsionis. l. bonorum. ij. eod.

Cor-

Corpora autē alia sunt
- Ex discretis cōstantia, vt classis, & exercitus
- Ex coniunctis, vt domus, nauis.
- Vnita atq; cōgenita, vt singula animalia.

Apollodorus in Physica ait esse corpora quæ secātur in tria: vtpotè longitudinem, latitudinem, & altitudinem.

TITVLVS TERTIVS.

De Seruitutibus prædiorum Rusticorum & Vrbanorum.

IMperat. Iust. resumit tractanda iura prædiorum rusticorum, & vrbanorum: de quibus suprà tit. ij. dicere cœperat. dum ex rebus incorporalibus seruitutes fiant, & enascantur.


Seruitus autē
Personalis vt
Vsus*
Habitatio †
Vsusfructus qui
Finitur
Cōstituitur Testamento, Pacto, Stipulatione
In rebus quę vsu non consumuntur. pro his cauetur de vtēdo arbitrio boni viri: de re, finito vsufructu, restituenda.
In rebus quæ vsu consumuntur (vt sunt vinum, oleum, frumentum, vestimentum, pecunia, numerata) quasi vsusfructus cōstituitur. pro his cauetur pro tanto restituendo.
Morte.
Media capitis diminutione.
Maxima capitis diminutione
Cessiōe vsusfruct' pprietario facta.
Cōsolidatione rei.
Cessatiōe p 20. an. 20. inter absentes.

- Vsus, qui*
  - Eisdē modis, quibus vsusfructus,
    - Constituitur.
    - Finitur.
  - Locari, Vēdi, Gratis alij dari, præterq̄ hospiti, vxori, liberis, familiæ, non potest. Cum tamen hæc omnia fructuari faciat.
  - Si in pecoribus consistat,
    - Vti potest stercorib.
    - Vti nō potest, lacte, lana, agnis.
- Habitatio, quæ
  - Separata est, ab vsufructu & vsu.
  - Locari potest.
  - Morte finitur, nō capitis deminutione.


Iter: vel ius eundi.
Actus: vel ius agendi.
Via: vel ius eundi agendi, deambulandiq;.
Aquæductus: per terram tuam.
Aquæhaustus, ex puteo tuo.
Pecoris ad aquam appulsus.
Ius pascendi.
Ius calcis coquendæ.
Ius arenæ fodiendæ.
Ius cloacæ recipiendę.
Paul. de Castr. ff. de seruit. rust. præd. l. j. per gloss. verb. computanda. Cepoll. c. 9. hic de ser. rust. præd.
Rustica: vt
Realis, seu prædialis
Mixta

Vrba-

Vrbana

- Onus vicini sustinere, vel ferre.
- Stillicidium recipere vel habere.
- Altius ædes tollere.
- Luminibus non officere.
- Tignum immittere in cõmunem parietem.
- Altius non tollere.
- Stillicidium non auertere
- Non prospectui officere.
- Aedificij non deprimendi: vel ædificij non destruendi.
- Quæ pactionibus & stipulationibus constituuntur. veluti omnes seruitutes reales constituuntur Testamento, Pacto, Stipulatione.

Seruitus est ius, quo adimitur aliquid libertati, quam dominus in re sua habet, ac conceditur personæ vel rei alienæ. Duplici autem modo colligi potest, vel cum persona seruit personæ, quam ideò personalem vocant: vel cum ad imitationem personarum in rebus constituitur seruitus.

Seruitus personalis est dum res immediatè seruit personæ: vnde personalis appellata etiam est, vt vsus & vsusfructus. & quanquam prædura illa seruitus vitæ & necis, quæ à brutorum conditione nihil distabat, abolita sit optima ratione: ipsa tamen seruitus personalis moderata non discessit ab vsu, & ne potest quidem iudicio oppidò saluo statu reipubl. aboleri: quæ magnas habet cum vetustate similitudines. vt est tit. C. de agricult. & censit. lib. xj.

Seruus realis est ius quoddam prædio inhærens, ipsius vtilitatem respiciens, & alterius libertatem seu ius diminuens. vt Bart. l. j. ff. de seruit.

Vsusfructus, ab vti frui deriuatur, res quę nostra nō est, sed pinde ex ea fructū atq; vtilitatem capimus, ac si nostra esset. l. j. de vsufr. definitur. ab Vlp. quod sit ius in alienis rebus vtendi fruendique, salua rerum substantia. Recidit tamen interdum

in

in dominij nomen, sicut quælibet alia ser uitus. l. iij. ff. si vsusfruct. petat. & stipulatur. l. sed etsi possessori. §. itē si iurauero. de iureiur. Vsusfr. quoq; nomine, sicut & vsus appellatione, interdum proprietas continetur. l. fin. ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu consum. l. species. de aur. & arg. legat. cum similibus. Quasi vsusfructus in ijs censetur quæ vsu consumuntur. l. j. cum seq. aliquot. eod. tit.

Imb. vsusfructus bifariam accipitur
- *Pro fructuum perceptione.* vt Alberic. l. quod si pēdente. ff. de peric. & commod. rei vend.
- *Pro iure percipiendi.*

Item *Vsusfructus causalis*, qui causam dominij habet. commoditas enim ea domini est, vt re sua vtatur fruaturúe. quanuis Alciatus neget se in iure legisse hanc commoditatem propriè vsusfructus nomine appellari.

Formalis qui doctorib. seruitus est: isq; nullo modo ad dominū rei pertinet. quia cum de seruitutum specie sit, seruire illi res sua non potest. l. vti frui. ff. si vsusfr. pet.

§ *Vsusfructus* ergo ex fruendo consistit, id est facto aliquo eius qui fruitur & vtitur, vt ait Vlp. in princ. l. vnic. ff. quando dies vsusfr. leg. Et vsusfructus & fructus, re ipsa nō differunt: nisi quòd compositum istud verbum, vsum quoque in fructibus complectatur. Porrò legare vsumfructum & legare fructum, nihil distant: veluti si simplici verbo dicas, Alimenta, victum: aut duplici, necessaria vitæ ad alendum. Et ideo vsusfructus an fructus legetur, nihil interest. nam fructui & vsus inest, vsui fructus deest: & fructus quidem sine vsu esse nō potest, vsus sine fructu potest l. per seruū. §. j. ff. de vsu & habit. denique vsusfructus & vsus pecuniæ, idē sunt. l. hoc senatus. §. fin. l. si vsus. de vsufr. earrer. & l. si hoc senatusc. eod. qui amitti nō potest nisi morte, capitis diminutione.

6 *Vsus* dicitur quando ius vtendi alicui datur, quòd vti possit prædio, vel domo ad necessitatem. Vsusfructus verò plenior est: quia datur in eo ius & facultas vtendi & fruendi prædio, vel domo. Vsus autem domus & vsus fundi quæ contineat tradunt Iurisconsulti tit. de vsu & habit. Et vsus appellatione anne veniat proprietas differit Bart. l. donationes. ff. de donat.

Ha-

Habitatio, est seruitus, seu ius habitandi 7
in ædibus alicuius, simile vsui. Zas. in §. æquè. Instit. de act.

Vrbana seruitus est, quãdo vrbano prædio debetur, seu ædificijs cohęret, iuxta 8
Azo. in sum. sua. num. j, C. de seru. & aqua. Plat. hic. num. 8.

Vrbanum prædium est omne ædificium 9
siue in ciuitate, siue in villa habitãdi causa factum. l. vrbana prędia ff. de verbor. sig. & ibi Alciat. Et vrbanum prædium materia non locus facit. Vnde quamuis via censeatur rustica seruitus, si tamen p fundum tuum eã mihi debeas, vt ad domũ meam ire, possim, verius est vrbanam seruitutem tunc esse: quoniam vrbano prædio debetur. Obseruamus enim non simpliciter seruitutem ipsam, sed p̃dium cui debetur. Cognoscitur ergo vrbanum prædium ex qualitate eius, cui seruitus debetur. Seruitus enim denominat à prædio dominante, tanquam à dignio-ri, secund. Dd. §. æquè. in f. de act. & Castrens. l. j. ff. communia prædior.

Vrbana seruitus affirmatiua est q̃ verbis af- 10
firmatiuis est cõcepta: vt Ius oneris ferẽdi, altius tollendi, stillicidium auertendi, tignum immitendi, Seruitus proijciendi,

endi, protegendi, & prospectus luminum.

81 *Seruitus oneris ferendi*, est ius, quo prædium vrbanum vicini mei cogitur sustinere onera domus meæ, aliquo pariete siue columna. l. eum debere columnam, & ibi glo. ff. eod. Cepol. c. xxxvij. de seruit. vrb. præd. Et qui debet seruitutem ferendi oneris, facere eam tenetur. d. l. eum debere, & Cepoll. d. c. 37. nu. 4. Nisi tamen ex constitutione seruitutis, aut consuetudine aliter appareat. Aliâs enim suis impensis reficere is tenetur, qui debet seruitutem oneris ferēdi. l. Et si fortè. §. etiam ff. si seruit. vendic.

82 *Seruitus altius tollendi* est ius à prędio vrbano alteri debitum, quo quis tenetur ædificare propter vētos, aspectum, aut vmbram vicino inde prouenientem. l. j. & ibi glo. & Dd. ff. eod. Cepol. c. xxvij. nu ij. de seruit. vrb. præd. Nostra sanè sæpè interest, vt vicinus suam domum altius eleuet. Bart. d. l. j. ff. eod. Cepol. d. c. xxvj. nu. ij.

83 *Seruitus auertendi stillicidium*, est ius quoddam debitum prædio meo, quo possum stillicidium seu aquam piuuialem auertere & deriuare super tectum & aream vicini mei, per text. d. l. j. ff. eod. Cepol. c. xxviii. eod. tit.

Stilli-

Stillicidium autem est dictum quasi stil 14
larum cadium, quòd guttatim cadat, vbi
è tectis guttæ fluunt: flumini opponitur,
quod priuatim accipiendum est pro cursu
vel fluxu aquæ. quicquid Accursius com-
miniscatur. Sed immittendi, inquit Paul.
protegendi, proijciendi, idem fluminum
& stillicidiorum seruitutem impedit. ibi
certè flumen priuatæ aquę accipi oportet.
nam publici non est seruitus. l. iij. in fin. ff.
de seruitut. rustic. præd. Stillicidium suũ
nemo dirigere potest super tectum do-
mus vicinæ depressæ, aut aream vicini,
nisi seruitus sit imposita. d. l. j. ff. eod. Ce-
pol. d. c. xxviij. nu. ij. habens item seruitu-
tem stillicidij acquisitã, altius potest tol-
lere, sed non deprimere ædificium super
quod cadit stillicidiũ. l. seruitutes. §. stil-
licidium ff. eod. Cepol. d. cap. xxviij. nu. v.
Seruitus stillicidij, collapsa domo ex qua
stillicidium cadit, nõ pimitur in effectu,
sed remanet in habitu. nam restituto ędi-
ficio, in ea specie & qualitate restituitur
& seruitus. d. l. seruitus. §. si sublatũ ff eod.
Cepol. d. c. xxviij. nu. vi. Stillicidia supra
domum de iure mõstrat quãta sit proprie
tas loci inferioris. Floria. l. fin. §. vlt. ff. de
seruit. vrb. prædior. Cepol. d. c. xxviii.

Serui-

15 *Seruitus immittendi tignum*, est ius quo tignum licet immittere super parietem vicini, vt in vtroque prædio tam dominante, quàm seruiente requiescat. d. l. j. ff. eod. & l. malum. ff. de verb. signific.

16 *Tigna* solent trabes appellari, quibus summa domus contegitur à tegendo sic dicta. hinc fabri tignarij, murarij omnes, materiarij, albarijq; significantur: ita vt tignarius faber, non solùm is qui dolat, sed etiam qui solaria lignea, id est, qui trabes, cæteraque ad tabulata domus vtilia, & omnis qui ædificat, intelligitur. l. ferri. ff. de verbor. signif. quemadmodum & omne genus materiæ, ex qua ædificia constant, significatur tigni appellatione in xij. Tabul. quinetiam ea, quę in vineis sunt necessaria, continentur: vt puta perticæ, pedamēta. Vlp. l. priore. de tigno iniūct. Vnde non liceat tignum immittere vel iniungere parieti vicini, nisi constituta prius seruitute. l. quemadmodum. §. si protectum. ff. ad legem. Aquil. Tignum ideo missum in parietem, qui non debet seruitutem, propria authoritate potest eximi & tolli, secund. gloss. in d. §. si protectum. Cepoll. c. 3. de seruit. vrb. pred.

17 *Seruitus proijciendi* est ius, quo quis ex prædio suo vrbano potest proijcere aquā in so-

in solum vicini.d.l.j.ff.eod. Cepoll. c.31. de seruit. vrb. præd. Et habens domum iuxta hortum, vel aream, vel pratum sui vicini, ex illa domo citra seruitutem sibi constitutam nihil in solum vicini proijcere potest.l.ij.in verb. proijciendi & ibi Angel.ff.de seruit.vrb.præd.

Seruitus protegendi est ius, quo quis ex prædio suo vrbano supra vicini solum facere potest protectum, vt colligitur in d. l.ij.ff.eod.Cepoll.in c.xxxij. Est autem *protectum*, ea pars ædium, vel id quod ita prouehitur, vt nusquam requiescat, qualia mœniana sunt & suggrundia, author est Iabolenus. Et protectum quidé super solum commune facere non licet. l.si duo.§. Labeo.& ibi Bart. ff.vti possid. Cepoll.c.xxij.num. v. Imò circa protecta & id genus alia, statutis locorum propriè stabitur communiter. l. omnes populi.& ibi Dd.ff.de iustit.&iur. 18

Seruitus prospectus est ius, quod quis habet à vicino prædio liberioris prospectus gratia, non autem vt cœlum videat, sed vt fenestra vel aliquo simili claritas cœli ad eum perueniat, fecund. Azon in sum. sua §. si autem. C.de seruit. & aqua. Cepoll.c. 34.de seruit.vrb.præd. Ita vt seruitutem prospectus habens, minorem habeat com- 19

moditatem in fruendo, quàm is qui habet seruitutem luminum. Cepolla c. 34. num. 1.

20 *Seruitus luminum* est ius, quo vicinus tenetur in ædificando sufficientem lucem admittere ad alterius ædes. l. luminum. ff. eod. Cepoll. cap. 35. de seruit. vrb. præd. Et habens seruitutem luminum videtur & habere prospectum, sed non contrà. Cepoll. d. c. 35. nu. 1. qui quoque habet luminum seruitutem potest ædificare ac altius tollere, sed qui seruitutem habet ne luminibus officiatur, altius ædificare nõ potest. d. l. luminum. & ibi gloss. ff. eod. denique quisquis ædificat, in suo pariete ex iusta causa & pro sua commoditate, fenestram potest facere, etiam si noceat vicino, dummodo sibi ipsi prosit. l. Proculus ait. ff. de dam. infect. Et hactenus quidem de seruit. Vrban. affir.

21 *Seruitutes autem vrbanæ negatiuæ*: sunt q̃ verbis negatiuis enunciantur: vt altius non tollendi, stillicidij non auertendi, ne prospectui vel luminibus officiatur.

22 *Seruitus itaq; altius nõ tollendi*, est ius, quo alicui ædificium suum altius tollere vicino inuito non licet. l. altius. C. de seruit. & aqua. Et debenti seruitutem altius non tollendi, non licet ædificia vltra debitam alti-

altitudinem extruere: sed tamen arbores altiores habere nō prohibetur. l. ædificia. ff. de seruit. vrb. præd.

Seruitus stillicidij non auertendi, est ius, quo alteri suum stillicidium non licet deriuare in suam aream. d. l. j. & ibi gloss. ff. eod. Cepoll. c. 29. de seruit. vrb. præd. Stillicidium fractum vel collapsum is reficere tenetur, ad quem illud pertinet. l. etsi fortè. §. etiam. ff. si seruitus vendicetur. & l. eum debere columnam. ff. de seruit. vrb. præd. Cepolla. c. 29. num. 2. 23

Seruitus ne prospectui officiatur, est ius, quo alteri prospectum meum minus gratiorem & liberum reddere non licet. l. inter seruitutes. ff. de seru. vrb. præd. Cepol. c. 33. de seruit. vrb. præd. 24

Seruitus ne luminib. officiatur, est ius quo alteri lumina mea siue ædificando, siue arbores plantando auferre fas non est. l. lumen. & l. si arborem ff. eod. Cepoll. c. 36. de seruit. vrb. præd. Et seruitus ne luminibus officiatur, si de ea expressè fuerit actum, tam de præsentibus, quàm de futuris intelligitur. l. qui ædificium. ff. eod. Cepoll. d. c. 39. num. 9. In pariete communi denique, pro acquirendo lumine, non licet vni sociorum fenestrā facere. l. eos. ff. eod. Cepoll. c. 36. num. 10. 25

Seruitutũ Realium autem fit constitutio
- *Inter viuos contractibus.*
- *Testamentis, seu vltimis voluntatibus.*
- *Consuetudine.*
- *Præscriptione*, ad quã hæc sunt necessaria
  - Vt quis vtatur iure seruitutis, & non iure libertatis.
  - Bona fides.
  - Vt prę scribens sit verus dominus fundi, cui seruitus est acquirenda.
  - Notitia seu patientia aduersarij.
  - Prohibitio vsus, &c. Cepoll. c. 20. de ser. vrb. præd.

26 Quanto autem tempore omnes seruitutes præscribantur, vid. apud eund. Cepoll. ca. 19. per tot. Zas. in paratit. suis. ff. de seruitut. num. 6. 7. & 8. Hieronym. Schurff.

Schurff. consil. 69. Centur.

Seruitus rustica est ius quod debetur rusticis prædijs. *Rustica* prædia autem sunt non tantùm fundi, sed etiam ædificia, siue in ciuitate siue extrà, ad vsum pecorum aut fructuum colligendorum facta, secundum Alciat. l. vrbana. ff. de verb. signific. Et sic seruitus rustica dicitur ius eundi per fundum nudum vicini, vel aquam per fundum ducendi, in quo non est ædificium. Cæterùm si in fundo dominanti, id est in prædio, cui debetur seruit' sit ædificiũ tunc ista dicet seruitus vrbana. Zas. Et seruitutis species non posse de loco discedere. l. ij. ff. de li. hom. exhibẽd. 27

Seruitus rustica nominata, quæ non ab actu denominatur, sed nomen habet iuris & à iure impositum: vt sunt iter, actus, via, aquæ ductus. 28

Iter est ius seu facultas legitima eundi, ambulandiúe hominis, ab eundo dictum, non autem iumentum à iungendo appellatũ, agendi, vel vehiculum per alterius fundum ducendi. d. l. j. ff. eod. Cepoll. c. j. mum. j. de seruit. rust. præd. Ioan. de Plat. hic num. 3. Modest. in l. inter actum. ff. de seruit. rust. pred. Iter est enim inquit, quo quis pedes vel eques commeare potest. Et sic promittens alicui iter, ius, seu seruitu-

tem eundi, non solùm per se, sed etiam ambulandi cum alio promittit. Bart. l. penult. ff. de seruit. rust. præd. Cepolla d. c. j. nu. iij. Item habens seruitutem itineris, potest ire vel pedes vel eques. l. qui sella. ff. eod. & ibi gloss. Debet tamen hoc casu locus eligi ab habente seruitutē itineris, qui domino fundi seruientis minimè sit nociuus. l. si cui. ff. de seruit. Cepoll. d. c. j. nu. 35. Dein seruitus itineris pro certa parte fundi ac temporis potest constitui. l. j. §. iter. ff. commu. præd. Cepoll. d. c. j. nu. 4. Ac fundus qui debet seruitutē itineris, impetu fluminis occupatus, & intra tempus, quod ad amittendam seruitutem sufficit, alluuione facta restitutus, ipso iure in pristinum statum seruitus quoque restituitur. l. si locus. & ibi gloss. ff. quemad. seruitut. amitt. Cepoll. d. c. j. numer. 21. Denique vtens itinere per fundum vicini, ad illum locum fundi, ad quem est ingressus, est in quasi possessione, & prohibitus eavti, potest intentare Interdictum de itinere actuque priuato contra prohibentem: sicuti notatur. l. j. §. si quis hoc interdict. in versic. quo ad vsque. ff. de itin. actuque priuat. Cepolla. d. c. j. num. 29.

Ad

Ad quasi possessionem itineris requiritur:

Quod intra annum iuerit.
Quod ibi fuerit per xxx. saltem dies.
Quod iuerit iure seruitutis, credens se ire iure suo.
Quod non vsus sit vi, clàm, vel precariò.
Quod vsus sit itinere ad rusticum prædium, non autem ad vrbanum.
Quod habeat vicinum fundum, non interiecto alio qui impediat seruitutem.
Quod sit prohibitus ab alio, vti tali seruitute. Nam tunc locum habèt interdictum de itinere actuque priuato. de quo post. l. j. ff. de itin. act. priu.

Actus est ius eundi pedes & eques etiã cum alio, & iumentum & plaustrum & instrumenta agrorum per terram ducendi, sed non trahendi saxum, vel trabem, nec hastam erectam ferendi. d. §. j. hoc tit. & Ioan de Plat. nu. 4. &. d. l. j. §. actus. & l. inter actum. ff. eod. Ab agendo autem dictus: vnde ius iumentum agẽdi, actus est. Et habens Actum, habet iter, quò ad com 29

moditatem, sed non quòad ipsam seruitutem. Nam iter & actus ratione seruitutis disparatæ sunt species, quæ vni subiecto non simul attribuuntur. l. loci corpus. ff. si seruitus vendicetur. Modus tamen in seruitute actus potest adijci, de genere vehiculi agendo vel non agendo per alterius fundum. l. seruitutes. 3. §. modum. ff. de seruit.

30 *Via* tertia seruitus rustica pinguior cæteris cùm vtrãq; præcedentem sub se continet, est ius eundi pedes & eques, & cum alio ambulandi, & ducendi iumentum, ac plaustrum, trahendi lapides & trabes, & hastam erectam ferendi, dummodo fructus non lædãtur. d. §. j. hoc tit. & ibi Plat. num. 4. & d. l. j. ff. de seruit. rust. præd. Via inquit Paulus, constitui vel latior octo pedibus, vel angustior potest, vt tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire potest: alioqui iter sit, non via. Aliàs licet tamen via discendarum interdum rerum rationem significet. Græcè μέθοδος.

Via

Publica, quam Græci Basilicam appellitant. sed Iurisconſ. aiunt eſſe Prætoriam vel Conſularem, eò quòd ſolum publicum eſt l. ij. §. viam publicam. ff. ne quid in loc. publ.

Priuata ſeu agraria: quæ vel in agris eſt, quibus ſeruitus impoſita eſt, vt ad agrum alterius ducat, vel quæ ad agros ducit, per quam omnibus permeare licet. l. ij. §. priuatum. ff. ne quid in loc. publ.

Via

Vicinalis, quæ ex agris priuatorum collatione facta eſt, ac vel pro publica, vel prò priuata accipitur. de quo vid. Cepoll. in d. c. 3. num. 16. 17. & 18.

Militaris, quam Paulus cõmemorat. l. viæ vicinales. de loco & itinere public.

Abuſiuè autem via pro omni loco per- 31
quẽ habere iter omnibus licet. Et l. ij. ff. de orig. iur.

Via publica nemo quenquam ire prohi- 32
bet: hoc Plautinum prouerbij ſpeciem

habere censet Eras. quo significatur, rerũ communium æqualem omnibus vsum esse: nec cuiquam vertendum vitio, quod ius publicum concedit. Cæterùm viam publicam esse de regalibus, extat relatum c. j. quæ sint regalia. Bart. l. continuus. §. cùm quis. ff. de verbo. oblig. existimat ad ciuitates pertinere. At rectiùs sentit Alciatus, quem adi d. l. quantum ad ius pertinet. Qui tradunt plateas seu vias publicas beneficij feudalis iure censendas, veritatem ipsam profitentur, comminiscuntur quidam nescio quã libertatem. Hinc ego, qui diligenter excusi sacra scrinia sę pius Inferioris Germaniæ dum in Aula agerem, asseuerare possum, pleraſq; vrbes tum municipia nostrę nationis (veluti & mihi nunc constat de nationis Superioris Germaniæ sic satis oppidis) quorũ maior pars etiamnum per omnia reuerenter agnoscit Principem: liberiore conditione fuisse, quàm nonnullæ iam florentiores fuerint vrbes, quæ primùm à beneficio, indulgentiaq́; Caroli Quarti imò & Caroli Quinti hactenus respirant. Itaque
53 *per viam publicam* (vt eò redeamus, vnde digressum erat) vnicuiq; licitum est ducere secum currum vel plaustrum, aut trabes aut lapides. d. l. ij. in princ. ff. ne

quis

quis in loc. publ. Ideo iuseundi per publicam viam non præscribitur. l. ij. ff. de via publica & itinere publ. reficiendo. Cepol. d. c. iij. nu. xx. Quælibet ciuitas hodie ex quadam permissione Romanæ ciuitatis iurisdictionem habet faciendi viã publicam. Bart. d. l. ij. §. j. ff. ne quid in loc. publ. & super hoc. vid. l. bona ciuit. ff. de verb. sig. Item *loca publica*, per principem non recognoscentem superiorem, alienari possunt. l. continuus. §. cùm quis. & ibi gloss. ff. de verbor. oblig. Cepoll. d. c. 3. nu. 22. Ciuitas, vel is qui recognoscit superiorem, publica loca vendere non potest, sine eius licentia. Cepoll. d. c. 3. num. 23. Per publicã viam neque aquam ducere, nec pontes facere, nec aliquid extruere sine permissu principis aut ciuitatis priuatis hominibus licet. l. Quo minus. & ibi Bart. de fluminibus d. l. ij. §. scio tractatum. ff. ne quid in loco public. l. seruitutes. l. 4. §. à principe. ff. de seruit. Deinde *Publica via* non potest occupari per priuatum l. ij. ff. ne quid in loc. publ. Et *via publica* sine autoritate principis aut ciuitatis, ad quam pertinet, claudi non potest. l. seruitutes. §. publico. ff. de seruitut. Postremò *viam publicam quæ intra ciuitatem est*, quisq; iuxta suas ædes reficere tenetur, & aquagia repur-

repurgare. l. ædiles. §. præterea. ff. de via publica. & si quid in ea, &c. sed & si ea fuerit extra ciuitatem, nec soluuntur pro ea vectigalia, *refectio illius fieri debet imposita collecta*, pro quantitate patrimonij. l. per Bythiniam. & ibi Bart. C. de immunit. nemini concedenda. lib. 10. Cepoll. d. c. 3. num. 49. Quare qui viam publicam destruit is potest vel fustibus repelli. l. ædiles curules. ff. de via publ.

Via priuata, quæ & Agraria dicitur: quarum alteris imposita est seruitus ducendi per alterius agrum. Alteræ, quæ ad agros ducunt, per quos omnibus commeare licet. & quibus seruitus imposita est, vt ad agrum alterius ducat. l. ij. §. priuatum. ff. ne quid in loc. public.

34 *Via vicinalis*: quæ vel in vicis est, vel in vicos ducit: seu quæ ex agris priuatorum collatione facta est, ac vel pro publica, vel pro priuata accipitur. De quo vid. Cepol. in d. c. 3. num. 16. 17. & 18. Hanc quoque publicam esse quidam dicunt, vt refert Spiegel. & de hoc vid. Alc. l. quantum ad iur. de verb. signif.

35 *Militaris via* non videtur esse particularis, sed publica declarari apud Paulum l. vlt. de loc. & itiner public.

36 *Aquæductus* seu aquagium, quarta seruitus

uitus ruſtica, eſt ius aquæ ducendæ ex fonte vel flumine perenni, per fundum vel agrum alienũ (d.l.j. §. aquæduct⁹ hoc tit. & ibi Plat. num. 5. d.l.j. §. aquæductus. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. Cepoll. c. 4. num. j. de ſeruit. ruſt. præd.) ad irrigandum agrũ meum, vel alterius, iure ſeruitutis conſtitutæ. Hæc fit per fiſtulas ſubterraneas (quas Romani dicerent cloacas) Quantopere autem curæ fuerit priſcis Romanis ne quis violare ductus aquarum, nec non conceſſam deriuare auderet, cùm ex multis apparere poteſt longè poſt editis Iureconſ. reſponſis: tum ex hoc, quòd circus maximus, ne diebus quidem ludorũ Circenſium, niſi Aedilium, aut Cenſorum permiſſu irrigabatur. Agri verò, quos aqua publica contra legem quis irrigaſſet, publicabantur: cuius rei cauſa ædiles Curules iubebantur, per vicos ſingulos exire, qui in vno quoq; vico habitarent, prædiaúe haberent, binos præficere, quorum arbitratu, aqua in publicũ ſaliret. Aquæductum autem tranſduci per domũ perpeti. vid. l. ſi ego emi. ff. de publ. act. Conceſſo iure ducendi aquam ex fundo alieno in meum fundum ad quemcunque vſum, ſeruitus realis conſtituitur, ſecund. gloſſ. l. ij. ff. eod. Cepol. d. c. 4. nu. 4. In ſeruitute

moditatem in fruendo, quàm is qui habet seruitutem luminum. Cepolla c. 34. num. 1.

20 *Seruitus luminum* est ius, quo vicinus tenetur in ædificando sufficientem lucem admittere ad alterius ædes. l. luminum. ff. eod. Cepoll. cap. 35. de seruit. vrb. præd. Et habens seruitutem luminum videtur & habere prospectum, sed non contrà. Cepoll. d. c. 35. nu. 1. qui quoque habet luminum seruitutem potest ædificare ac altius tollere, sed qui seruitutem habet ne luminibus officiatur, altius ædificare nõ potest. d. l. luminum. & ibi gloss. ff. eod. denique quisquis ædificat, in suo pariete ex iusta causa & pro sua commoditate, fenestram potest facere, etiam si noceat vicino, dummodo sibi ipsi prosit. l. Proculus ait. ff. de dam. infect. Et hactenus quidem de seruit. Vrban. affir.

21 *Seruitutes autem vrbanæ negatiuæ*: sunt q̃ verbis negatiuis enunciantur: vt altius non tollendi, stillicidij non auertendi, ne prospectui vel luminibus officiatur.

22 *Seruitus itaq; altius nõ tollendi*, est ius, quo alicui ædificium suum altius tollere vicino inuito non licet. l. altius. C. de seruit. & aqua. Et debenti seruitutem altius non tollendi, non licet ædificia vltra debitam alti-

altitudinem extruere: sed tamen arbores altiores habere nō prohibetur. l. ædificia. ff. de seruit. vrb. præd.

Seruitus stillicidij non auertendi, est ius, quo alteri suum stillicidium non licet deriuare in suam aream. d. l. j. & ibi gloss. ff. eod. Cepoll. c. 29. de seruit. vrb. præd. Stillicidium fractum vel collapsum is reficere tenetur, ad quem illud pertinet. l. etsi fortè. §. etiam. ff. si seruitus vendicetur. & l. eum debere columnam. ff. de seruit. vrb. præd. Cepolla. c. 29. num. 2. 23

Seruitus ne prospectui officiatur, est ius, quo alteri prospectum meum minus gratiorem & liberum reddere non licet. l. inter seruitutes. ff. de seru. vrb. præd. Cepol. c. 33. de seruit. vrb. præd. 24

Seruitus ne luminib. officiatur, est ius quo alteri lumina mea siue ædificando, siue arbores plantando auferre fas non est. l. lumen. & l. si arborem ff. eod. Cepoll. c. 36. de seruit. vrb. præd. Et seruitus ne luminibus officiatur, si de eà expressè fuerit actum, tam de præsentibus, quàm de futuris intelligitur. l. qui ædificium. ff. eod. Cepoll. d. c. 39. num. 9. In pariete communi denique, pro acquirendo lumine, non licet vni sociorum fenestrā facere. l. eos. ff. eod. Cepoll. c. 36. num. 10. 25

Seruitutũ Realium autem fit constitutio
- *Inter viuos contractibus.*
- *Testamentis, seu vltimis voluntatibus.*
- *Consuetudine.*
- *Præscriptione*, ad quã hæc sunt necessaria
  - Vt quis vtatur iure seruitutis, & non iure libertatis.
  - Bona fides.
  - Vt præscribens sit verus dominus fundi, cui seruitus est acquirenda.
  - Notitia seu patientia aduersarij.
  - Prohibitio vsus, &c. Cepoll. c. 20. de ser. vrb. præd.

26 Quanto autem tempore omnes seruitutes præscribantur, vid. apud eund. Cepoll. ca. 19. per tot. Zas. in paratit. suis. ff. de seruitut. num. 6. 7. & 8. Hieronym. Schurff.

Schurff. consil. 69. Centur.

Seruitus rustica est ius quod debetur rusticis prædijs. *Rustica* prædia autem sunt non tantùm fundi, sed etiam ædificia, siue in ciuitate siue extrà, ad vsum pecorum aut fructuum colligendorum facta, secundum Alciat. l. vrbana. ff. de verb. signific. Et sic seruitus rustica dicitur ius eundi per fundum nudum vicini, vel aquam per fundum ducendi, in quo non est ædificium. Cæterùm si in fundo dominanti, id est in prædio, cui debetur seruit' sit ædificiũ tunc ista dicet seruitus vrbana. Zas. Et seruitutis species non posse de loco discedere. l. ij. ff. de li. hom. exhibẽd. 27

Seruitus rustica nominata, quæ non ab actu denominatur, sed nomen habet iuris & à iure impositum: vt sunt iter, actus, via, aquæ ductus. 28

Iter est ius seu facultas legitima eundi, ambulandiúe hominis, ab eundo dictum, non autem iumentum à iungendo appellatũ, agendi, vel vehiculum per alterius fundum ducendi. d. l. j. ff. eod. Cepoll. c. j. mum. j. de seruit. rust. præd. Ioan. de Plat. hic num. 3. Modest. in l. inter actum. ff. de seruit. rust. prę d. Iter est enim inquit, quo quis pedes vel eques commeare potest. Et sic promittens alicui iter, ius, seu seruitu-

tem eundi, non solùm per se, sed etiam ambulandi cum alio promittit. Bart. l. penult. ff. de seruit. rust. præd. Cepolla d. c. j. nu. iij. Item habens seruitutem itineris, potest ire vel pedes vel eques. l. qui sella. ff. eod. & ibi gloss. Debet tamen hoc casu locus eligi ab habente seruitutē itineris, qui domino fundi seruientis minimè sit nociuus. l. si cui. ff. de seruit. Cepoll. d. c. j. nu. 35. Dein seruitus itineris pro certa parte fundi ac temporis potest constitui. l. j. §. iter. ff. commu. præd. Cepoll. d. c. j. nu. 4. Ac fundus qui debet seruitutē itineris, impetu fluminis occupatus, & intra tempus, quod ad amittendam seruitutem sufficit, alluuione facta restitutus, ipso iure in pristinum statum seruitus quoque restituitur. l. si locus. & ibi gloss. ff. quemad. seruitut. amitt. Cepoll. d. c. j. numer. 21. Denique vtens itinere per fundum vicini, ad illum locum fundi, ad quem est ingressus, est in quasi possessione, & prohibitus eavti, potest intentare Interdictum de itinere actuque priuato contra prohibentem: sicuti notatur. l. j. §. si quis hoc interdict. in versic. quo ad vsque. ff. de itin. actuque priuat. Cepolla. d. c. j. num. 29.

Ad

Ad quasi possessionem itineris requiritur:

Quod intra annum iuerit.
Quod ibi fuerit per xxx. saltem dies.
Quod iuerit iure seruitutis, credens se ire iure suo.
Quod non vsus sit vi, clàm, vel precariò.
Quod vsus sit itinere ad rusticum prædium, non autem ad vrbanum.
Quod habeat vicinum fundum, non interiecto alio qui impediat seruitutem.
Quod sit prohibitus ab alio, vti tali seruitute. NAM tunc locum habèt interdictum de itinere actuque priuato. de quo post. l. j. ff. de itin. act. priu.

Actus est ius eundi pedes & eques etiã cum alio, & iumentum & plaustrum & instrumenta agrorum per terram ducendi, sed non trahendi saxum, vel trabem, nec hastam erectam ferendi. d. §. j. hoc tit. & Ioan de Plat, nu. 4. & d. l. j. §. actus. & l. inter actum. ff. eod. Ab agendo autem dictus: vnde ius iumentum agẽdi, actus est. Et habens Actum, habet iter, quò ad com 29

moditatem, sed non quòad ipsam seruitutem. Nam iter & actus ratione seruitutis disparatæ sunt species, quæ vni subiecto non simul attribuuntur. l. loci corpus. ff. si seruitus vendicetur. Modus tamen in seruitute actus potest adijci, de genere vehiculi agendo vel non agendo per alterius fundum. l. seruitutes. 3. §. modum. ff. de seruit.

30 *Via* tertia seruitus rustica pinguior cæteris cùm vtrãq; præcedentem sub se continet, est ius eundi pedes & eques, & cum alio ambulandi, & ducendi iumentum, ac plaustrum, trahendi lapides & trabes, & hastam erectam ferendi, dummodo fructus non lædãtur. d. §. j. hoc tit. & ibi Plat. num. 4. & d. l. j. ff. de seruit. rust. præd. Via inquit Paulus, constitui vel latior octo pedibus, vel angustior potest, vt tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire potest: alioqui iter sit, non via. Aliàs licet tamen via discendarum interdum rerum rationem significet. Græcè μέθοδον.

Via

Via

Publica, quam Græci Basilicam appellitant. sed Iurisconſ. aiunt eſſe Prætoriam vel Conſularem, eò quòd ſolum publicum eſt l. ij. §. viam publicam. ff. ne quid in loc. publ.

Priuata ſeu agraria: quæ vel in agris eſt, quibus ſeruitus impoſita eſt, vt ad agrum alterius ducat, vel quæ ad agros ducit, per quam omnibus permeare licet. l. ij. §. priuatum. ff. ne quid in loc. publ.

Vicinalis, quæ ex agris priuatorum collatione facta eſt, ac vel pro publica, vel pro priuata accipitur. de quo vid. Cepoll. in d. c. 3. num. 16. 17. & 18.

Militaris, quam Paulus cõmemorat. l. viæ vicinales. de loco & itinere public.

Abuſiuè autem via pro omni loco per quẽ habere iter omnibus licet. Et l. ij. ff. de orig. iur. 31

Via publica nemo quenquam ire prohibet: hoc Plautinum prouerbij ſpeciem 32

habere censet Eras. quo significatur, rerũ communium æqualem omnibus vsum esse: nec cuiquam vertendum vitio, quod ius publicum concedit. Cæterùm viam publicam esse de regalibus, extat relatum c. j. quæ sint regalia. Bart. l. continuns. §. cùm quis. ff. de verbo. oblig. existimat ad ciuitates pertinere. At rectiùs sentit Alciatus, quem adi d. l. quantum ad ius pertinet. Qui tradunt plateas seu vias publicas beneficij feudalis iure censendas, veritatem ipsam profitentur, comminiscuntur quidam nescio quã libertatem. Hinc ego, qui diligenter excusi sacra scrinia sæpius Inferioris Germaniæ dum in Aula agerem, asseuerare possum, pleraſq; vrbes tum municipia nostrę nationis (veluti & mihi nunc constat de nationis Superioris Germaniæ sic satis oppidis) quorũ maior pars etiamnum per omnia reuerenter agnoscit Principem: liberiore conditione fuisse, quàm nonnullæ iam florentiores fuerint vrbes, quæ primùm à beneficio, indulgentiaq; Caroli Quarti imò & Caroli Quinti hactenus respirant. Itaque
53 *per viam publicam* (vt eò redeamus, vnde digressum erat) vnicuiq; licitum est ducere secum currum vel plaustrum, aut trabes aut lapides. d. l. ij. in princ. ff. ne

quis

quis in loc. publ. Ideo iuseundi per publicam viam non præscribitur. l. ij. ff. de via publica & itinere publ. reficiendo. Cepol. d. c. iij. nu. xx. Quælibet ciuitas hodie ex quadam permissione Romanę ciuitatis iurisdictionem habet faciendi viã publicam. Bart. d. l. ij. §. j. ff. ne quid in loc. publ. & super hoc. vid. l. bona ciuit. ff. de verb. sig. Item *loca publica*, per principem non recognoscentem superiorem, alienari possunt. l. continuus. §. cùm quis. & ibi gloss. ff. de verbor. oblig. Cepoll. d. c. 3. nu. 22. Ciuitas, vel is qui recognoscit superiorem, publica loca vendere non potest, sine eius licentia. Cepoll. d. c. 3. num. 23. Per publicã viam neque aquam ducere, nec pontes facere, nec aliquid extruere sine permissu principis aut ciuitatis priuatis hominibus licet. l. Quo minus. & ibi Bart. de fluminibus d. l. ij. §. scio tractatum. ff. ne quid in loco public. l. seruitutes. l. 4. §. à principe. ff. de seruit. Deinde *Publica via* non potest occupari per priuatum l. ij. ff. ne quid in loc. publ. Et *via publica* sine autoritate principis aut ciuitatis, ad quam pertinet, claudi non potest. l. seruitutes. §. publico. ff. de seruitut. Postremò *viam publicam quæ intra ciuitatem est*, quisq; iuxta suas ædes reficere tenetur, & aquagia repur-

repurgare. l. ædiles. §. præterea. ff. de via publica. & si quid in ea, &c. sed & si ea fuerit extra ciuitatem, nec soluuntur pro ea vectigalia, *refectio illius fieri debet imposita collecta*, pro quantitate patrimonij. l. per Bythiniam. & ibi Bart. C. de immunit. nemini concedenda. lib. 10. Cepoll. d. c. 3. num. 49. Quare qui viam publicam destruit is potest vel fustibus repelli. l. ædiles curules. ff. de via publ.

Via priuata, quæ & Agraria dicitur: quarum alteris imposita est seruitus ducendi per alterius agrum. Alteræ, quæ ad agros ducunt, per quos omnibus commeare licet. & quibus seruitus imposita est, vt ad agrum alterius ducat. l. ij. §. priuatum. ff. ne quid in loc. public.

34 *Via vicinalis*: quæ vel in vicis est, vel in vicos ducit: seu quæ ex agris priuatorum collatione facta est, ac vel pro publica, vel pro priuata accipitur. De quo vid. Cepol. in d. c. 3. num. 16. 17. & 18. Hanc quoque publicam esse quidam dicunt, vt refert Spiegel. & de hoc vid. Alc. l. quantum ad iur. de verb. signif.

35 *Militaris via* non videtur esse particularis, sed publica declarari apud Paulum l. vlt. de loc. & itiner public.

36 *Aquæductus* seu aquagium, quarta seruitus

uitus ruſtica, eſt ius aquæ ducendæ ex fonte vel flumine perenni, per fundum vel agrum alienũ (d.l.j. §. aquæduct⁹ hoc tit. & ibi Plat. num. 5. d.l.j. §. aquæductus. ff. de ſeruit. ruſtic. prædd. Cepoll. c. 4. num. j. de ſeruit. ruſt. prædd.) ad irrigandum agrũ meum, vel alterius, iure ſeruitutis conſtitutæ. Hæc fit per fiſtulas ſubterraneas (quas Romani dicerent cloacas) Quantopere autem curæ fuerit priſcis Romanis ne quis violare ductus aquarum, nec non conceſſam deriuare auderet, cùm ex multis apparere poteſt longè poſt editis Iureconſ. reſponſis: tum ex hoc, quòd circus maximus, ne diebus quidem ludorũ Circenſium, niſi Aedilium, aut Cenſorum permiſſu irrigabatur. Agri verò, quos aqua publica contra legem quis irrigaſſet, publicabantur: cuius rei cauſa ædiles Curules iubebantur, per vicos ſingulos exire, qui in vno quoq; vico habitarent, prædia aũe haberent, binos præficere, quorum arbitratu, aqua in publicũ ſaliret. Aquæductum autem tranſduci per domũ perpeti. vid. l. ſi ego emi. ff. de publ. act. Conceſſo iure ducendi aquam ex fundo alieno in meum fundum ad quemcunque vſum, ſeruitus realis conſtituitur, ſecund. gloſſ. l. ij. ff. eod. Cepol. d. c. 4. nu. 4. In ſeruitute

uitute aquæductus, continetur sanè aqua quatenus ea opus est fundo dominanti, cuius quidem partibus omnibus acquiritur. l. ergo. in fin. & l. via const. §. quæcunq;. ff. eod. Item habens seruitutem aquæductus, ab initio aquam per quamcunque partem fundi seruientis ducere potest, sed non ex postfacto. l. fin. & ibi Bart. ff. de aqua quot. Inque cõcessione aquæductus semper subintelligitur sine damno alterius. l. Imperatores. ff. de seruitut. rustic. præd. *Præterea ad præscriptionem aquæductus sunt necessaria, Quasi possessio iure seruitutis*, quæ assiduo actu ducendi aquam acquiritur, *Bona fides, Tempus præscriptionis legitimum.*

87 *Refectio autem aquæductus*, sicut & aliarum seruitutum omnium, excepta seruitute oneris ferendi, regulariter ad eum pertinet, qui sibi seruitutem asserit. l. etsi fortè. §. etiam. ff. si seruit. vendic. Cepoll. d. c. 4. num. 91.

88 *Seruitus rustica innominata* est, quæ non à iure, sed actu vtendi denominatur. Cepoll. d. c. 9. de seru. tales autem sunt Aquæ haustus, pecoris ad aquam appulsus, Ius pascendi, Calcis coquendæ, & Arenæ fodiendæ, per gloss. l. j. ff. de seruitutibus. rust. præd.

Aquæ-

Aquæ hauſtus eſt ius hauriẽdi aquam de puteo vel fonte, vel de alia aqua vicini, ad neceſſarios vſus agri, vel ad laborandum in agro. l. Mela. §. fin. ff. de alimentis & cibar. legat. & fit per animalia. l. ſi prius. §. j. & ij. ff. de aq. plu. arc. Conceſſo itinere ad fontem priuatum, hauſtus quoque aquæ conceditur. l. 3. §. qui habet hauſtum. ff. de ſeruitutibus ruſtic. præd. 39

Aquæductus etiam non ſolùm per ſtipulationes, pactiones & teſtamenta, ſed etiam per ſententiam, præſcriptionem ac conſuetudinem acquiritur. l. ij. & ibi gloſſ. & Dd. C. de ſeruit. & aqua.

Itẽ *Seruitute aquæductus vtendum eſt*, ſecundum conſuetudinem, formam ſtatutorum, conuentiones ſiue pacta, & naturam loci. l. præſes. C. de ſeruitutibus & aqua. Vltimò ſi aqua ex publico ducatur, aquæductus præſcribitur tanto temporis ſpacio, cuius non extat memoria in contrarium. l. j. ff. de aq. pluu. arc. 40

Pecoris ad aquam appulſus, eſt ius appellendi pecoris agri mei per fundum vicini, ad fontem ſiue puteum. l. j. §. in prædijs. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. 41

Pecoris appellatione veniunt iumenta. l. ij. ff. ad. leg. Aquil. itẽ & armenta, vt ſentit 42

Bart.

Bart.l.fin.C.de milit.veſt. lib. x.diſſerit idem l.ſequitur.§.lana. ff. de vſucap. An lana pecoris pars cenſenda ſit. Et quidem pecoribus ad ſtercorandum agrum conſtitutis, vt ibi perpetuò viuant, ſi ſeruitus appellendi pecoris conſtituatur, Realis eſſe cenſetur. d. l.j.§. in præd.& ibi gloſſ. ff.eod. Aſt poſtremùm paria ſunt iuxta l. j.§. hoc autem interdictum. ff. de fonte. Seruitus hauſtus aquæ, pecoris ad aquam appulſus, quò ad actiones pertinet.

43 *Ius paſcẽdi*, eſt ius pecoris paſcendi in fundo alieno agri mei cauſa. d.l.j.§.in prędijs ff.de ſeruit.ruſt.præd. vendito autem fundo, cui debetur ius paſcendi, paſcua quoq; videntur vendita, quę ad vſum fundi deputata ſunt. Bart.l.Seię.§. Tyrannę ſorori.ff.de fundo inſtruct. Cepol.d.c.ix. nu. vij. Ius paſcendi acquiritur vltima voluntate, contractibus, ſententia, vel ſtatuto. Et conſtituto iure paſcendi in fundo alieno ſimpliciter, non expreſſa ſpecie, cum omni pecore cuiuſque generis ibi paſcere poteſt, niſi ex circunſtantijs diuerſum appareat, arg.l.in tradendis in princ.ff.communi.præd.& l.ſeruitus.in pr.ff.de ſeruit. vrb. præd. nec debet quis vti paſcuis pro pecoribus morboſis, ne alia pecora contagione inficiantur. l. Iulianus. in princ. cũ

ibi

ibi not.ff.de act. empti.& vēd.Seruitus iu ris pascendi non amittitur,si quis maiori numero pecudum,quàm par sit, vtatur.l. si cui via.ff.quemad.seruit.amit.denique si is,cui debetur seruitus Iuris pascendi cum certo pecudum genere,& alio vtatur ius suum per hoc amittit. arg.l.si commu nem.§.j.ff.quemad.seruit.amit.

Seruitus coquendæ calcis rustica est. Calx 44
seu cementum enim ad domum extruendam in agro ad recipiendos fructus necessaria est,secund.gloss.in verb. calcis co quendæ.§.inter rusticorum.hoc tit.& Cepoll.c.10.num.x.eod. Et quidem ius calcis coquendæ tantùm pro indigentia fundi dominantis & non vltrà constituitur. l.ergo.§. sed ipse dicit.ff.de seruit.rustic. præd.

Seruit' fodiēdæ arenæ est ius,quo in fundo 45
vicini licitum est arenam fodere, vt inde fiant vasa,vel ædificia rustica.d.§.inter ru sticorum.& Cepol.c.x.num.1.Et quidem seruitus fodiendæ arenæ tantùm ad necessitatem etiam vel rusticorum vel vrbanorum prædiorum præstatur,non autem ad vasa fictilia venalia facienda,secūdum Dd. in d.l.ergo.ff. eod.et idem Cepoll.loco.d. num.4.

TITVLVS QVARTVS.

De Vsufructu.

BI Imperator hactenus de realibus seruitutibus dixerit: tractat hoc capite seu titulo de personalibus seruitutibus quas mixtas alij vocant, quarum tres significat esse species *vsumfructum, vsum, & habitationem*, & olim opera seu ministerium seruorum, sed aboleuit hodie.

1 *Vsusfructus* quidem est ius alienis vtendi fruendi rebus, salua rerum substantia, hoc est, facultas est alienis rebus corporalibus quo ad proprietatem vtendi fruendi, vt substantiam rei nec immutet, nec corrumpat. & differt à proprietate quantum possessio à dominio. constituiturque in rebus ijs solis, quæ vsu non consumuntur, possunt tamen in vsumfructum venire, si pro ijs caueatur.

2 *Seruitutes autem mixtæ sunt*, quæ à re personæ præstantur, & cum persona simul extinguuntur, ideoque etiam personales dicuntur. per text. & gloss. l. j. de seruitut. Vocantur autem mixtæ, quia participant de personis & rebus. Nam vnâ cum persona fi-

sona finiuntur, & vt iura realia vendican tur, sicut affirmat Mynsing. hîc in princ. num. 4.

- *Ius vtendi & fruendi in rebus alienis constituitur*
  - *Inter vivos*
    - *Stipulationibus.* vt idem contingere potest per præscriptionē. l. nec de vsuf. l. 3. ff. eod.
    - *aut alijs firmioribus contractibꝰ.*
  - *vltimis voluntatibus,* scilicet
    - *Testamento, vel Codicillis.* l. vsus fructus pluris. ff. eod.
  - *Sententia iudicis, qua*
    - *In actione familiæ herciscundæ, aut Communi dividundo;* vni proprietas, alteri verò vsusfructus rei attribuitur. d. l. vsusfructus. ff. eod.

Constituitur vsusfructus in

Fundo.

Aedibus.

Seruis.

Iumentis.

Et cæteris rebus, exceptis ijs quæ de sui natura vel vsu consumuntur facilè: quæ dicuntur Quasi vsusfructus: & consistunt in numero, pondere, vel mensura: nam in his vsusfructus impropriè constituitur, nisi præstita cautione, de restituendo precio rei, vel idé in genere: quo numero sunt, vinum, oleum, frumentum, vestimentum: & quibus proxima est pecunia numerata.

Fini-

Finitur autem vsusfructus

Morte naturali vsufructuarij, cùm sit seruitus personalis. l. 3. §. fin. ff. quib. mod. vsusfr. amitt.

Morte ciuili, hoc est maxima & media capitis deminutione: quæ mortalitati comparantur. l. seruitutem. ff. de reg. iur. l. cognitionum. ff. de var. cognit. l. j. ff. quibus mod. vsusfr. amitt.

Modo & tempore simul: nempe si vsufructuarius eo non vtatur fruatur hodie decem annis, inter præsentes, xx. annis inter absentes. l. corruptionem. C. eod. nisi ciuitati legatus sit.

Cedendo extraneo. l. si vsusfructus. ff. de iur. dot.

Consolidatione, hoc est dominij seu proprietatis comparatione: vt si fructuarius rei, in qua habuit vsumfructum, proprietatē quoquo modo nanciscatur, iam extinguitur vsusfructus, & cū proprietate, tanquam sua causa, rursus coniungitur.

Mutatione seu destructa re, vel corrupta, aut interitione consumpta, veluti domo incendio cõsumpta. l. si cui insulę. ff. eod.

Si in prædio rustico constituitur vsusfructus, quicquid in fundo nascitur, & quicquid potest percipi ex natura vel industria hominis, totum acquiritur vsufructuario.

Si est bonæ fidei possessor & fruitur arbitrio boni viri: quia cogi potest vt agrum rectè colat.

Si fructus prædij sunt in venatione, & aucupari & venari potest in prædio. l. vsufructuarium. §. j. ff. eod. & de vsu. l. in venatione.

Si sit sylua grandium arborum, ramos seu pedamenta ad vtilitatem suam cedere potest: dum tamen non faciat fundum deteriorem. ff. eod. l. item si fundi. & l. arbores.

Si arbores vento vel alia occasione ceciderint, nisi fundus ijs egeat, vel domus explicari expressè desideret, vti eis vel comburere poterit: nec

nec tenebitur vsufructuarius alias hoc casu plantare.

Si quid alluuione fundi accrescat, eo etiam fruitur vsufructuarius, licet proprietario accedat.

Si sit fructus seminarius, ad eum pertinet.

Si ager fuerit seminatus, colliget vsufructuarius fructus: & debito tempore debet eum seminare: & sicut inuenit agrum proprietario relinquere: si non melioratum, saltem non deterioratum.

Emolumẽtũ vsufructꝰ secundum qualitatẽ rei attẽdẽdum: quia

Si alia sint instrumenta fundi, ijs vti potest, sed vendere non potest: vt sunt dolia, amphora, aratra, seruui. l. si fundi. §. seminarius ff. eodem.

Si sint lapidifodinæ, aurifodinæ, argentifodinæ, salefodinæ, vt habeatur aurum, argentum, &c. dummodo non noceat agriculturæ aut proprietati: potest vigilare sibi.

Si sint reditus & obuentiones, quæ sũt ex ędificio, vel area, vel cęteris ei adiacentib. in prędio vrbano, o-

mnes pertinent ad fructuarium. Si tamen domus locata fuit antequam acquisiuit vsumfructum, pensio non pertinet ad eum, nisi hoc exprimatur. potest tamen cõductorem compellere ad exemplum emptorum. l. arbores. ff. eodem. nec licet proprietario inuito vsufructuario altius tollere domum, nec in area ędificium ponere, nisi quod ad fructus percipiendos pertinet vel ad custodiam rerum quæ sunt in fundo. ff. eod. l. si cuius. & l. penult.

Si ædes egeant refectione, potest eas inuito proprietario reficere. arare & colere potest. voluptates, tentoria, pauimenta & similia facere potest: sed postea neque tollere neque infringere potest. ff. eod. l. sed siquidem. Non autem ampliare potest domus. l. hactenus. ff. eod. nec inutilem dèponere. nec inchoatam complere. ff. eod. l. fructuarius. & l. vsusfructuarius & l. nouam. Et si vsusfructuarius non vult reficere non compellitur, nisi domus modica refectione indigeat, tunc enim cogitur

tur nisi paratus esset vsumfructū relinquere, nec tunc excusatur à damno quod facto suovel suorum datum est, l. cùm fructuarius. ff. eod. l. eum ad quem. & ibi Bald. C. de vsu & habit.

Si onera sint rei vsufructu legato vsufructarius habebit: quia stipendium tributum soluet vel salarium, vel alimenta ad quæ tenetur prædium, aut tegere domos. Sed si domus rueret, non cogitur ipse vel proprietarius reficere. sed si factum fuit vsufructuarius habebit vsumfructum. ff. eod. l. hactenus. & l. vsufructu legato. & l. si pendentes.

Si colores, picturas, marmora, & alia ornamenta, vel quæ ad ornatum pertinent facere velit vsufructuarius, potest. Et vt in summa dicatur, omnia facere potest, per quæ qualitas rei non mutatur. & ergo altius nō tollet eam, nec diuersoria faciet, nec balnea communia, sed si ista sunt in domo, potest ea locare, vel eis vti. Idem de stabulo equorum, porcorum &c. l. generaliter. ff. eod. Et in rebus mobili-

bus seruabit modum, ne sua incuria vel seuitia eas corrumpat. Ergo naturam animalium & complexionem seruorum considerare debet. ff. eod. l. sed & quædam. de quibus quoque Azo. C. eod.

Vsusfructus sicut finitur sic & quasi vsusfructus

morte

capitis deminutione.

vt ff. de vsu ear. rer. quæ vsu consumuntur. l. in stipulatione. vt fungibilium rerum quasi vsusfructus, non vsusfructus. ff. de vsufruct. ear. rer. &c.

8 *Ius vsusfructus* deniq; quo distet à perceptione fructuum, colligitur ex verbis Iurisconsulti in l. vsufructu. de iure dotium.

TI-

TITVLVS QVINTVS.

De vsu & habitatione.

SEcunda hæc personalis seruitus, scilicet Vsus, est nil aliud quàm ius alienis rebus vtendi, adusum quotidianum, hoc est pro necessitate vsuarij: quod in alium transferri non potest, salua rerum substãtia. l. j. & ibi gloss. in verb. etiam nudus. ff. eod. à quo vsufructuarius excluditur: quia is non tãtùm vtitur rebus alienis, sed etiam fruitur, non solùm pro sua, sed etiam pro aliorum necessitate, & amplius, vt infr. hîc.

Seruitutes autem hæ mixtæ, scilicet vsusfructus, vsus & habitatio: conueniũt duplici ratione, scilicet Generaliter & Specialiter.

Generaliter quidẽ duob' modis: nam

Iisdem modis constituuntur & finiuntur hæ seruitutes. vt. §. j. & gloss. hîc in verb. aliquo. vt conueniunt in re, in qua constituũtur, vt in pecunia. vt ff. de vsufruct. ear. rer. quę vsu consumũtur. l. hæc senatus.

Neutra earum ad hæredes transit.

sit. l. si habitatio. ff. eod. & vt conueniant in fœno etiam & floribus, & alijs quæ de fundo sumuntur. vt l. fundum. ff. eodem. vt denique conueniunt in sylua remota ex qua vsuarius & vsufructuarius ligna sumere possunt, quia vterque vendere potest, in illo casu ne vsus omnino inutilis sit. ff. eodem leg. diuus.

Specialiter quidem inuicem conueniunt: quia

Tam vsusfructus quàm habitatio alteri locari potest. l. cũ antiquitas C. eodem.

Habitator potest easdem personas recipere quas recipit vsufructuarius. l. si habitatio, in princ. vers. sed eas person. ff. eodem.

Vsuarius solùm recipit fructus ad quotidianum vsum sum, vt hic. & l. plenum. ff. eod. §. prætor. sed vsufructuarius fruitur omnibus fructibus ad placitum suum. vt ff. de vsufruct. l. hactenus.

Vsua-

Vsuarius non potest morari in fundo si molestus sit domino, vel operarios suos impediat. nam tunc dominus potest ei prohibere moram, vt hic. & ff. eod. l. si habitatio. Sed vsufructuarius potest liberè morari: quia ipsemet colit. vt ff. de vsufr. l. hactenus.

Vsufructuarius non potest locare, neque vendere, nec ad aliũ transferre: quæ potest vsufructuarius etiam inuito domino, vt hic dicitur.

Differũt autẽ hæ seruitutes: quoniam

Vsuarius non potest habitare in domo cuius habet vsum, nisi cum familia sua l. 4. §. j. de vsu & hab. Et vix potest hospitem suscipere, vt hic & l. ij. §. j. ff. eod. Et qđ dicitur de masculo, debet eodem modo intelligi de muliere, vt scilicet possit habitare cũ marito præsente & futuro. vt ff. eod. l. cæterùm. §. mulieri. Et cum familia sua. vt ff. eod. l. nõ solum. Sed vsufructuarius potest inhabitare domum cum quibuscunque, & quoscunque reci-

recipere. vt. ff. de vsufruct. l. arboribus. §. vsufructus: & alteri domum fruendam concedere. l. arboribus. §. vsufructu. ff. de vsufruct.

Vsuarius tantùm habet in seruo vel iumento vt vtatur opera vel ministero eius. sed nullo modo potest alteri tradere pro precio diurno vt hîc. & ff. eo. l. plenum §. sed si boum, & §. equitij. Potest tamen proprietarius ab vsuario operam serui vel iumenti cõducere. Et vsuarius potest ei illam locare, sed non extraneo. Et ita posset vsuarius suas operas conducere, vt vult hîc gloss. sup. verb. ipse tantùm. §. item is ad quem. sed vsufructuarius hæc omnia facere potest.

Vsuarius in pecorib⁹, vel ouib. nõ potest vti lacte nisi modico, & alijs quæ sunt in fructu, vt agnis vel lana nullo modo vti potest, secundum Placent. licet Io. contrà. qui dicit quòd omnibus his ad suum vsum & suorum possit vti. Sed solùm vtatur pecoribus & ouibus ad impinguandum agrum

grum ſuum. vt. ff. eod. l. plenum. §. ſed ſi pecor. vſufructuarius autem omnibus his vtitur plenè. vt ff. de vſufr. l. vſufructu legato.

Vſusfructus conſtituitur per partem. vt ff. de vſufru. l. vſusfructus qui ab. quia vſusfructus eſt ſeruitus diuidua. Sed aliæ ſeruitutes ſunt indiuiduæ. vt. ff. ad leg. Falc. l. j. §. ſi vſusfructus. & ideo vſus non poteſt conſtitui per partem. ff. eod. l. vſus pars.

Vſuarius non tenetur reficere, neq; colere agrum ſolus. vt ff. eodem. l. ſi domus. Sed hoc tenetur vſufructuarius. vt ff. de vſufruct. l. hactenus.

Vſus pro vtilitate & fructu aliquando accipitur, tam in ſingulari quàm in plurali: quòd ſoleamus aliqua re ideo vti, vt ex ea fructum percipiamus. Hinc ex vſu eſſe, pro vtile eſſe, & iuuare dicimus. vſum pro aſſuetudine quoque accipi, vulgatum verbum probat, Vſus eſt altera natura. Hoc nihil eſt celebratius. Ariſtoteles Eraſmo teſte nihil putat intereſſe inter naturam & vſum, niſi quod intereſt inter ſemper & plerunq;. Perpetuũ enim eſt,

est, quod indidit natura: frequens, quod vsus affixit. Vsus autē absumptio seu abusus sunt contraria.

3 *Vsuarius* nostris est, substantiuè, qui vel vsum capit, vel vsui est: adiectiuè, quod vsu absumitur significat. Gell. de hoc lib. 4. c. j.

Vsus autē alius est
- Proprius, qui est earum rerum quæ non consumuntur.
- Improprius, quiversatur circa illas res, quæ vsu consumi possunt. vt colligitur ex gloss. l. j. ff. eod.

§. *Sed si cui habitatio.*

4 *Habitatio* verò est ius habitandi in aliena domo, vel per se vel alium, salua domus substantia, per text. hic. & d. l. cùm antiquitas. C. eod. Cepoll. c. 6. de seruitut. vrb. præd. Imò est ius alienas inhabitandi ædes, salua etiam interim earum substantia vt Ferrarius hic. Est domus denique & locus, meo iudicio, quem habitamus.

5 Sunt autem diuersa, habitatio & *domicilium*. nam id est domus possessio in ea ciuitate vnde ciuis sis, in qua domo sæpius com-

commorere. vt colligere licet ex I C. ad municip.& de incol.vid.Bart.l.eius.§.Celsus.eod.Porrò domicilium esse constitutum,id est rerum suarum summam ibi esse,frequentiusque à patrefamiliàs incoli, Alciat.exponit.Si quis extra locum domicilij de re aliqua cõuentus fuerit,tunc habet ius reuocandi domum, vel vt iudiciũ agaturvbi res est.In loco autem domicilij cogitur respondere de omnib. suis rebus, vbicunq; sint.l.vlt.C.de præscript. x.vel xx.annor.

Habitare, perpetuum commorari, ad tempus esse,quidam volunt.Habitare autem dicimus, vel in suo,vel in conducto, vel gratuito. Vnde habitasse non dicitur, qui obiter mansit. Hospes verò paulisper hospitari dicitur. Tantum enim interest inter habitatorem & hospitem,quantum inter domicilium habentem, & peregrinantẽ.l.j.in pen.resp.de his qui deiec.dubium tamen non est,eum quoq; habitare, qui ad tempus habitat.ead. l.&l.lex Cornelia.§.domum.de iniur.Bart.l.j. & l.cũ de lanionis §.Sabinus.vbi Alexand.& Iaſ. ff.de fundo instruct. 6

Potest ille qui habet habitationem eam alteri locare, sicut vsufructuarius. vt C. de vsufruct. l. cùm antiquitas. sed differt ab vsufructu. quia habitatio solũ finitur morte: vt ff. eod. l. si habitatio: quia sine alimentis & habitatione viuere non possumus. Et ideo ibi non respicitur fictio iuris, sed solùm factum. vt l. legatum. ff. de cap. deminut.

Conuenit autem ius habitationis cũ vsufructu: & differt vt.

Legatum vtriusq; eũdem habet effectum. vt l. si habitatio. ff. eod. sed differt ab vsufructu, quia locari potest, vt hic dicitur.

Habitatio transferri potest in alium. vt l. 13. C. eod.

Differt verò ius habitationis cũ vsu. nam

Angustior est seruitus vsus quã habitationis: nam cui habitatio data est, non tãtùm in habitandi ius habet, sed etiam alteri locandi, & accommodandi: cui verò vsus concessus fuit, vt ipse solus vtatur oportet.

Con-

Habitatio constituitur in vltima voluntate pactionibus, & stipulationibus sicut vsusfruct. & vsus.

Cõuenit denique habitatio cum vtroque, sic:

Habitatio morte finitur exemplo vsus & vsusfructus, & obid etiam ante aditam hæreditatem non cedit.

Habitatio etiam non transmittitur ad hæredes, vt nec vsusfructus, nec vsus, vt ff. eo. l. si habitatio. §. ad hæredes.

Differt habitatio tamen ab vtroque hoc modo:

Habitatio constituitur solùm in domibus: sed vsusfruct. & vsus etiam constituuntur in alijs rebus. vt C. de vsufruct. l. cùm antiquitas.

Vsus, & vsusfructus non vtendo & capitis deminutione amittitur, habitatio non item.

Vsus, & vsusfructus ex persona æstimantur, habitatio non tam ex persona, quàm etiam ex re ipsa quæ habetur.

7 Finaliter hoc sciendum, vsufructuarius qđ dupliciter sumatur: Pro eo qui habet vsũfructum. Pro re in qua est vsus fructus. l. arborib. §. fin. ff. de vsufruct.

TITVLVS SEXTVS.

De Vsucapionibus & longi temporis possessionibus.

Vsucapio, est acquisitio vel adiectio dominij per continuationem possessionis, temporis lege diffiniti. l. ij. ff. de vsucap. Et inde dicta, quòd per vsum aliquid capit & aufert. Vsus enim per lapsum tẽporis adimit res corporales priori dominio, & trãsfert in alium. Sic pignoricaptionẽ olim dicebãt, quam nunc captionem & ablationem pignorum nuncupamus. Gel. lib. vij. existimat vsucapionem & pignori captionem duplicatis ex integro vocabulis, dici oportere. Interdum tamen extra compositionem, interiecta qualibet voce profertur, vt est apud Paul. l. nunquam. §. vlt. de vsuc.

fuc. Si defunctus, inquit, emit: hæres autem putat eum ex donationis causa possedisse, usu eum capturum, Iulianus ait. Interpretes Usucapionem & Præscriptionem in significatione confundunt, in qua vtique discrimen: rursus in re ipsa sæpè differentiam constituunt, cùm nulla sit. Primùm enim vtriusque verbum iungunt accusatiuo, vt usucapio domum, præscribo domum, vestem, fundum: non animaduertentes, quòd præscribendi significatio magis ad exceptionem pertineat, etiamsi effectus retinendi dominij plerunque sequatur. Deinde usucapionem trahunt ad res mobiles, Præscriptionem ad res immobiles per l. ij. C. in quib. caus. ces. long. temp. præsc. §. in seruorum. cùm tamen Impp. ibi, Præscriptionem, seu exceptionem longi temporis appellant: tractantes solùm de proprietate seruorum, & sic rerum mobilium. Vnde rectè colligimus Præscriptionem non pertinere duntaxat ad res immobiles, sicut nec usucapionem semper ad res mobiles, per l. furtum. l. quare. l. nunquam in usucap. in princ. ff. de usucap. Itaque usucapio refertur genuina significationis vi ad acquisitionem rerum mobilium & immobilium: quod vel indicat rubrica iij. lib.

1

2

3

ff.qui tractat de acquir.rer.dom.Præscriptio autem ad ius excipiendi principaliter pertinet.Vnde tit.de diuersis & tempor.præscript. lib. vj. post reliquas exceptionum species, generaliter subiungitur. Vnde ego autumem (iuxta tenorem etiam mei manuscripti libri) hîc legendum esse in rub.de Vsucap.& long.temp. possessionibus:non autem præscriptionibus.licet vsucapio & præscriptio,sint modi acquirendi dominij. quapropter is qui vsucapiat vel præscribat, priusquam compleat vsucapionem vel præscriptionem, non est dominus,sed quasi dominus. Verùm huius rationem aliàs latius in commétarijs nostris,hic ne in immensum vel plus æquo excrescat pagina, tractabimus Deo Opt. Max. concedente. Itaque figuras, & tropos, seu tabulas accedamus.

4

Domi-

- *Dominia rerum de iure acquiruntur ciuili,*
  - *Singulatim*
    - *Vsucapione.* vt hoc tit.6
    - *Posseßione longi temporis.* ibid.
    - *Præscriptione ue.* ibid.
    - *Donatione.* tit.6. hoc lib.
    - *Legatis.* tit. xx. eod. lib.
    - *Fideicommiss. singul.* tit xxiiij. hoc lib.
  - *Vniuersaliter*
    - *Testamentis* tit. x. lib. ij.
    - *Successione ab intestato.* tit. j. lib. 3.
    - *Bonorum possessione* tit. x. lib. 3.
    - *Arrogatione* tit. xj. lib. 3.
    - *Addictione bonorum libertatis causa.*
    - In quorum modorũ explicatione persistit Imp. vsque ad titul. 14. de oblig.

5 *Possessio est ius insistendi rei* corporali nō prohibitæ possideri. Bart. l. j. num. 6. ff. de acq. possess. putat tamen idem Bart. l. j. de appell. ab effectu non probè definiri: dum Placentinì definitionem inibi improbet. Id quàm considerate fiat Apellus aliorū relinquit iudicio. Alijs est possessio vsus rei à proprietate vel iure separatus. Hinc vsucapio, id est, acquisitio, quæ per vsum hoc est, possessionem fit. Ciuilis possessio semper iusta est; Naturalis quandoque iusta est. vid. Alciat. l. quæstio. de verb. sig. Possessio interdum non solùm apud I C. & in Constitutionibus pro proprietate ipsa, seu prædio capitur, sed etiam apud alios autores. Vnde fuere dictæ possessiones vrbanæ & rusticæ Ciceroni in Philippicis. Sed possessio simpliciter prolata de naturali intelligitur. l. stipulatio ista. §. hi qui sunt. & §. hæc quoq;. ff. de verb. oblig. & possessio in solo & nudo intellectu non consistit: *cùm possessio siue sit Ciuilis* siue *Naturalis*, sine facto non consistat.

6 *Ciuilis* enim *possessio* animo constat, qui facti est.

7 *Naturalis possessio* verò corpore constat.

8 Porrò ciuilem & naturalem possessionem non differre specie, sed vnam duntaxat

taxat esse possessionem, licet sub varia qualitate asseuerat Zasius in l.j.ff. de acq. possess. & in schol. ad. l. ij. ff. de orig.iur. hoc ipsum asseuerat Alciat. d. l. quæstio. in fin.ff.de verb signific.

Præscriptio, est ius quoddam ex tempore congruens, legum autoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens, secundum Panormit.& Ioan.Andr.c.possessor.de reg.iur. in vj.Item est exceptio, qua quis aduersarij intentionem generaliter alioqui verã, eo in casu non procedere, quo de agitur, allegat. Alciat,l.si quis.C.de pact. 9

Præscriptio distinguit in	Fauorabiles.	xvj. quæst.iij. §.præscriptionum : dum scilicet solùm ad priuatorum vtilitatem respicimus. cũ alioq oẽs vsucapiones,& p̃scriptiones,à breuissima vsque ad longissimam,ex eadem causa sint, videlicet publicæ salutis & tranquillitatis.
	Odiosas.	
	Rigorosas.	
	Mixtas.	

Præscriptio longi temporis.

Longissimi, quæ nec titulo nec bona fide opus habet. vt commune ponit Boer. decis. 42. num. 35. quum & iure pontificio isthæc præscriptio ex iuris errore malam fidem diluente procedat. vt Rub. cõsil. 75. habebit autẽ summas vires id præscriptionis genus res etiam restitutioni obnoxias. vt Corn. cons. 38. nu. 10. & cons. 117. lib. j.

Præscriptionum autem species alioqui seu differentiæ sunt

Quadriennij.

Tanti temporis, cuius initij memoria non extiterit. parque priuilegio à principe sciẽter, ac prudenter collato ius habet. Bellon. consil. 55. num. 5. nec illa vsur' tit. alleget, necesse est. Viuius lib. j. opinĩ. ccxlij. opus tamen est, vt is, qui præscribit, capax eiusdem rei sit, quam præscribit. Dida. Couar. libr. j. variar. resolut. c. x.

Centum annorum.

Præscriptio longi temporis est, qua res im- 10
mobiles, inter præsentes quidem x. inter absentes xx. annis præscribuntur. Dicuntur autem *præsentes* quorum domicilia sita sunt in eadem prouincia. Sed absentes vocantur, qui in diuersis terris habitant, licet eorum bona sita sint in vno eodemque loco. l. fin. C. de præscript. long. tempor.

Præscriptio longissimi temporis est, qua p- 11
scribuntur omnes actiones, item pignus à tertio quodam possessum, & res furtiuæ de iure ciuili, spatio xxx. vel xl. annorum. l. omnes. C. de præscript. xxx. vel xl. ann. & §. aliquando. hoc tit.

Præscriptio quadriennij est, qua vel bona 12
vacantia, facta denúciatione contra negligentiã fisci præscribuntur, vel fiscus vendens rem alienam, gaudet priuilegio, ne à domino reivltra quadriennium, quòad precium, possit conueniri. §. res fisci. & §. fin. hoc tit. nostro. Et tot. tit. C. de quadrienn. præscrip.

Præscriptio tanti temporis, cuius initij me- 13
moria non extet est, qua iura & seruitutes causam discontinuam habentes, hoc est, quæ sine hominis facto non consistunt, item pædagia, & alia regalia, præscribuntur. c. super quibusdam. §. præterea. & ibi

ca-

canoniſtæ.extr.de verb.ſignifi.

14 *Præſcriptio centum annorum* eſt quæ ſpecialiter ſoli Romanæ Eccleſiæ conceſſa eſt. Aliæ enim res eccleſiaſticæ,tam iure ciuili, quàm canonico 40. annis præſcribuntur. Auth.quas actiones.C.de SS. Eccleſijs, & tot. tit. in Authent. vt Eccleſ. Rom.100.annor.gaudeat præſcriptione. Hæc tamen centenaria præſcriptio ſublata,& ad 40.annorum præſcriptionem redacta eſt, per Nouell. de tempore actionum quæ ſacris locis competunt. conſt.3. Et nouell.de Eccleſ.canonib.conſtit.131. de quo Cuiac. lib. 5.obſeruat. cap.5.& in ſuo tract.de diuerſ.temp. præſcrip. c.31.

Requiſita ſunt quinque præſcriptionis vnde hi verſus:licet alij imprimis numerent continuam poſſeſſionem & ſic aiant ſex enumeranda eſſe.

Nō vſucapies,niſi ſint tibi talia quinq;
Bona fides,Iuſtꝰ titulꝰ,Res nō vitioſa,
Quòd res tradatur, & tempore continuetur.

15 *Bona fides* eſt ſyncera & illæſa conſcientia,vnumquenque certo excuſans de ignorantia rei alienæ,quam vel tradit alij, vel accipit ab alio. Nemo ſanè conſcientiam ſuam

ſuam, veluti mille teſtes, fallere poteſt, ſi vtcunque aduerſario, vel iudici imponat.

Iuſtus titulus eſt, qui nobis iuſtè ſignificat competere quid. ſicut *titulus verus* dicitur, qui nobis ſignificat verè competere cauſam. *Putatiuus autem titulus*, quem putamus nos habere iuſto quodam errore alieni facti, cùm reuera nō habeamus poſſidendi cauſam. quare arbitror titulos putatiuos potiùs dicendos titulos bonæ fidei, iuxta phraſim Iuriſconſ. Hi enim vocant bonam fidem, quicquid illæſa conſcientia credimus eſſe, cùm non ſit, ſcilicet tolerando errore lapſi. 16

Sic bonæ fidei emptor dicitur is, qui à non domino emit, de quo alibi latius. 17

Res non vitioſa eſt quæ legitima eſt, non inutilis & vndecunque integra, ſeu illibata, aut ſaltem quæ non nulla eſt. Nam vitioſum & nullum æquiparantur. Nam quod vitioſè fit, habetur pro non facto. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. 18

Tradi rem debere conſtat à deponente, commodante, & venditore, qui non eſt mer- 19

mercis ipsius dominus. Et traditio ex legitima causa, seu titulo producit possessionem, & rursus possessio producit vsucapionem, & dominium: quæ sic cohærent, vt intellectu iuris separari non possint, si constare debeat vsucapio. l. traditio in fin. ff. de acq. rer. dom. Falsum est enim Accursij commentum, quòd verba per hanc non referantur ad possessionem. Vnde fit, quod aliàs dicitur titulus possessionis, aliàs titulus vsucapionis. Vlp. l. j. in princ. Pro suo.

20 *Continuatio possessionis, vel continua possessio dicitur*, non solùm quæ penes vnum atque eundem semper est, verùmetiam quæ ab vno ad alium legitimè translata fuerit.

Vsu-

Si alienam rem mobilem ex aliqua causa, quam iustam esse putamus, per triennium possideamus.

Si alienam rem immobilem per x. annos aliqua ex causa quã putamus iustam, possideamus, præsentib. ijs, qui domini sunt.

Si alienam rem immobilem per xx. annos absentibus dominis possederimus, ex causa quam putamus iustam.

Vsucapio aũt locum habet,

Si hæres rem alienam alicui ex iusto titulo traditã, vsucapit.

Si partus ancillæ fructuariæ alienatus sit,

Si rem alienam ab Imperatore vel fisco ex causa, quam iustã putamus, habeamus: nã per quadriennium illam vsucapimus.

Sufficit autem ab initio nos putare habere iustã causam possidendi. nec mala fides posteà superueniens nocet.

Vsu-

Vsucapio locũ non habet in

Re Sacra.
Religiosa.
Libero homine.
Seruo fugitiuo.

Furtiua re, vel vi possessa: siue à fure, siue alioqui eas à fure habet & bona fide possidet. nisi vitium rei fuerit ablatum.

Res autem aliena immobilis non potest esse furtiua, & ideo alienata vsucapi potest.

Rebus fisci
Bonis vacantibus, postquam fisco denunciata sunt.
Re, quam ego me iusto titulo possidere falsò arbitror.

21 Opus est ergo omnino possessione vel quasi ad inducendam vsucapionem, aut præscriptionem. Quarum hæc ad incorporales, illa verò ad corporales pertinere videtur. c. sine possessione. de reg. iur. in 6. & l. sine. ff. de vsucap. dicitur autem possessio à pedum, seu vt alij volunt, à sedium positione, per d. l. j. & ibi Bart. nu. j. ff. de acq. pos. & Zas. num. 3. ff. eod. nam in possessio-

sessione opus est corporali apprehensione siue pedum siue manuum: hæc enim duo præcipua instrumenta sunt acquirendæ possessionis, quorum hoc in rebus mobilibus, illo verò in immobilibus vtimur.

Dum suprà quoque dictum sit duplicem esse possessionem, naturalem & ciuilem contra licet Bartoli sententiam & Azonis. dicta lege prima secundum leg. 2. §. quod vulgò. ff. pro hærede, & l. j. §. dejicitur. ff. de vi & vi armata. l. 3. §. ex contrario ff. de acq. poss. in qua pulchra traditur Regula: Qd impossibile sit, duos eãdem rẽ eadẽ possessionis specie in solidum possidere. Huc pertinet dictum Baldi: Possessio inquit dupliciter consideratur, vno modo prout homo corporaliter est in possessione: & ista est naturalis possessio. Alio modo, prout possessio est in homine, & ista est ciuilis possessio.

Naturalis ergo possessio, secundum Bart. d. l. j. num. 9. est ius insistendi rei non prohibitæ possideri, aptum producere ciuiles effectus respectu alicuius iuris à dominio separati, & respectu naturalium accessionum. Iason & Castrẽs. l. 3. §. ex contrario. ff. eod. reprehendunt Bart. sentientem iura temporalia præscribi ratione na- 22

R tura-

turalis possessionis ipsius fundi, & non ratione quasi naturalis & ciuilis possessionis ipsorum iurium, hoc fundamento: tantum præscribi, quantum possessum, & nō. plus. l. j. §. si quis interdicto. in glos. verb. quo ad vsque .ff. de itinere actuque priu. c. sine possessione. & ibi Dyn. de reg. iur. iu vj. Et hęc tantùm competit vsufructuario, vasallo, Emphyteutæ, & similib. hi enim naturaliter seu corporaliter possidere dicunt, per glos. l. naturaliter. in ver. videtur ff. de acq. possess. Itaque intelligatur respectu fundi, non autem respectu iuris, quod quis in tali fundo habet. illud enim tunc cùm sit incorporale, quasi possidetur naturaliter & ciuiliter, secundū glo. l. ait prętor. §. item ei. super verb. quasi. ff. ex quib. caus. maior. Adde Iaso. in d. l. naturaliter. nu. xvij.

23 *Ciuilis autem possessio* è contrà est, ius insistendi rei corporali non prohibitæ possideri, aptum producere ciuiles effectus respectu veri dominij, iuxta Bart. d. l. j. nu. 8. ff. de acq. poss. & hanc habet domin' feudi, & emphyteuseos, pprietarius & id genus alij, per text. l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. & ibi Alex. ff. eod. Vel definias sic, Ciuilis possessio est, quæ sola animi destinatione & solennitate quadā constat, etiamsi corpus non interueniat.

Possessio iusta illa cēsetur, quæ suam vim ac potestatem habet, posítq; suppeditare conditionem vsucapiendi, scilicet per legitimum titulum, bonāq́ue fidem: deniq; & rem quæ vsucapionem admittat. 24

Possessio vera & propria dicitur, etiam q̄ legis cōmento trāsfertur. l. quod meo. vbi Alex. de acq. possess. l. si is cui. §. Flauius. de solut. Quemadmodū vt creditor quis dicatur, satis est, quòd fidem alterius secutus sit, vel verè, vel legis interpretatione. l. j. C. qui manum. non pos. l. qui in fraud. §. ex omni. ff. qui & à quibus manumit. 25

Possessor accipiendus est, qui in agro vel ciuitate rem posídet, aut ex asse, aut pro parte. Sed & qui vectigalem, vel emphyteuticum agrum posídet, possessor intelligitur. Item qui solùm proprietatem habet, possessor intelligendus est. Eum verò qui tantūm vsumfructum habet, possessorem non esse Vlp. scripsit, vt ait Macer. l. sciendum. ff. qui satisd. cogant. Et possessor absq; titulo non est legitimus contradictor, vt frequēs placitum dicit Gozad. consi. xciij. num. 5. quin & malæ fidei possessor etiam rebus extinctis condictioni obnoxius erit, vt est Accursiana doctrina. §. si tamen. glossa vlti. Instit. de rer. diuis. quam communiter placitam asserit 26

Alexand. l. si quis nec causam. §. vlt. num. 5. ff. si cert. pet. defendit. Gom. in §. sic itaque, à num. 29. Instit. de act. quamuis verius verè contrarium arbitrentur Paul. ac Dec. num. vlt. Curt. iun. & Purpur. num. 4. atque Alciat. num. 3. in d. §. vlt. l. si quis nec causam. ff. si certum pet.

Effectus naturalis possessionis sunt, vt

Naturaliter possidēs (excepto tātùm occupante fundum absentis per violentiā) fructus faciat suos. l. si vsufructuarius. ff. quib. mod. vsusf. amitt. c. hisce consequēter. cum ibi not. Hîc finitur lex, & incipiunt consuetudines regni: In vsibus feudorum, & l. Iulianus. §. possessionem. ff. de act. empt. & vendit.

Naturaliter possidēs, qui turbatur in possessione sua, potest intētare interdictum Vti possidetis, & vnde vi, vt possessionem vel retineat, vel recuperet. l. fin. ff. vti possidet. & l. j. §. deijcitur. ff. de vi & vi arm.

Ef-

Est quòd ad præscriptionem naturalis & ciuilis possessio simul, vel ciuilis sola, naturalis autem non sola sufficit. Et hic tam ad præscriptionem cœptá absoluendam, quàm ad nouam inchoandam sufficiens est, secund. gloss. & Dd. l. si vt certo. §. si duob. ff. commod. & Dyn. d. c. sine possessiõe. nu. 29. & 34.

Impedit præscriptionem tantum naturaliter possidentis. l. ij. iuncta gloss. C. de præscript. 30. vel 40. annor.

Effectus ciuilis possessionis sũt, vt

Per se acquirit fructus. d. §. ex cõtrario. & ibi gloss. in verb. ex contrario.

Ciuiliter possidés potest sua autoritate in continenti expellere affectantem possessionem naturalem. l. qui possessionem. ff. de vi & vi armata.

Pro recuperanda ciuili possessione amissa, datur interdictum vnde vi. l. j. §. siue autem. ff. de vi & vi arm. de quibus effectibus Guido in suis decisionibus latius. q. 356.

Impedientia possessionem:

Interruptio, quæ aliàs vsurpatio vocatur. l. 2. ff. de vsucap. hac enim interueniente, non solùm possessio impeditur, sed etiam præscriptio, vt inquit Bart. l. naturaliter. num. 4. ff. de acq. possess.

Interitus, seu amissio rei siue mobilis, siue immobilis: quæ quot modis fiat vid. Kling. hic numer. 13.

Captiuitas: captus enim ab hostibus, per se neque possidere, neque præscribere potest. l. cùm hæredes. §. in his. ff. de acq. possess. l. homo liber. §. fin. ff. de acq. rer. dom. & Dyn. in d. c. fine possessione. nu. x.

Si res fuerit sacra, sancta, religiosa, & pupillaris: item si liber homo, non potest possideri aliter, nisi mala fide. §. sed aliquando. cum seq. §§. hoc tit. nostro.

Pos-

Possessio autem ciuilis, quæ solo animo retinetur, ad vsucapionem necessaria omnino est. quamobrem vt vsucapio procedat necesse est probetur illam pristinam rei dominium amisisse, vt Accurs. l. j. C. de seru. fugit. quam frequentibus doctorum calculis exceptam esse constat ex Bart. num. 9. Bald. nu. xxii. Salic. nu. xxi. Fulg. nu. 17. Castrens. ac Ias. col. vlt. ad eandem illam l. & ex Panor. in cap. vigilanti, nu. iiij. de prescript. Alex. l. iij. §. ex contrario nu. iiij. ff. de acq. pos. Ias. num. xlix. Rip. ad fin. l. j. ff. eod. ill. tit. Anto. Gomez. in l. xlv. Tauri. nu. 105. Dida. Couar. in c. possessor. part. ij. §. j. nu. 3. Gregor. Lup. in v. part. fol. 70. col. 3. quam tamen absurdã & àveris iuris principijs alienissimam nos alibi ostendimus. Intelliges tamen eum, qui per decem annos naturalem possessionem susque deque habeat, hanc etiam ciuilem amittere, vt cum Socin. consil. 38. pro decis. col. 8. lib. j. communem esse doctorũ opinionẽ recolit Turzan. opin. cxij. 27

Bona fides, de qua paulò antè, requiritur ad præscriptionem, non solùm de iure ciuili sed etiam de iure canonico, id est, vt vsucapiens vel præscribens acquirat rem bona fide, siue conscientia illæsa. l. vnica, Cod. de vsucapione transformanda. & c. 28

fin.extr.de præscript.Et quidem bona fides est credulitas,qua quis credit tradentem esse dominum, vel habere ius distrahendi,licet erret in facto. l.bonæ fidei. ff. de verb.ac rer signifi.Et bona fides regulariter,ac generaliter in rei corporeæ possessore semper præsumitur, quousque contrarium iustis probationibus innotescat. commune dicunt Bald.l.Celsus. nu. 104. ff.de vsucap.Boer.decis. xlij.num. 35. Alciat. reg. iij. præsumpt. v. Porc.& ad eum Iaſ.in princ.num.5.hoc tit.latè Dida.Couar.de sponsa.ij.part. c.iij. §. j. nu.4.& in reg.possessor.ij.part.tit. vj.§.j. viij. nu. ij. de reg.iur. Menochius de recup.poss.remed.xiij.num. 64.pag. 122.

29 *Ac bonæ fidei possessor* dicitur is qui fraude qualibet,& fraudis suspicione caret, vt inquit Dyn.c.possessor. nu. 4. de reg.iur. in vj. Et bonæ fidei possessor fructus iam perceptos vsucapit triennio,vt commune asseuerat Bal.de præscript.par.4.partis 4. princ.q.35.nu.1.

30 *Mala fides* est notitia rei alienæ.c.si virgo.iuncta ibi gloss.34.q.2.

31 *Malæ fidei possessor* est, qui sciens contra leges vel canones aliquid emit,aut venditorem quouis dolo ad venditionem induxit.de quo Dyn.in d.c.possess. num. ij. &

tert.

tert.de reg.iur.in vj.Et malæ fidei posses-
sor censetur,qui à vero rei domino admo
nitus rem illam suam non verò distrahen
tis esse,eam nihilominus emit. commune
pono ex Felin.in c.ij. num.5.ver.fallit.v.
de præscript.Matth.de Afflict.decis.396.
nu.x.Balb.in relect.l.Celsus.part.3.num.
23.ff.de vsuc.& Arius Pinel.qui optimè de
clarat in auth.nisi tricennale.num.14.cũ
seq.C.de bon.matern. *Et superueniente ma-
la fide post traditionem*,non interrumpitur
vsucapio,aut præscriptio. per gloss. super
verb.qui bona fide.§.j.hoc tit. nam de iu-
re ciuili sufficit ab initio & tempore tra
ditionis, vt bona fides accedat ,vt Plat.
hic numer. iiij. in principio. Sed de iu-
re canonico,omni tempore bonam fidem
adesse necesse est,donec præscriptio com-
pleatur. d. c. fin. & ibi gloss. extr.de præ-
script. Etiam cum lapsu longi temporis. 32
l.vbi.ff.de vsucap.c.possessor malę fidei.&
ibi Dyn. num.21.de reg.iur.in 6.

Vt resoluamus hîc insignem quæstio-
nem vtrum mala fides antecessoris noceat
successoris in præscriptione,est quod scia
mus,quòd sint:

Singulares, Qui habent rem tantùm ex titulo particulari vt ex Donato, Empto, Legato, cum similib. de quo Fab. & Port. hic num. 41. & Panorm. c. si diligenti extr. de præscriptionibus. Et hi non vtententes adminiculo temporis sui autoris, possunt etiam prę scribere. authent. malæ fidei. C. de præscrip. long. temp.

Successorum alij

Vniuersales Qui in vniuersum ius, quod defunctus tempore mortis habuit, ex titulo aliquo vniuersali succedunt, & cum defuncto eadem persona esse censentur. per textum & Authen. de iure iur. à morient. præst. in princ. collat. 5.

Vi-

Realia, quæ ipsam rem comitantur, ad quemcunque ea peruenit: vt fit in rebus furto & vi ablatis. Quæ quidem tam vniuersali quàm singulari successori nocent in præscript. longi téporis. l. vitia. C. de acq. possess.

Vitiorũ alia

Quasi realia, in quibus vsucapio potiùs fauore vt pupilli & similium, quàm ratione rei impeditur.

Personalia, quæ continent dolum, & malam fidem, sine furto tamen, secundũ. Angel. in d. §. furtiuæ. num. 2. Et mala fides defuncti indistinctè obest hæredi seu successori vniuersali in vitio personali, præsertim si voluerit præscriptionis continuationem non à seipso, sed à suo authore inchoare. l. Pomponius. §. cùm quis, & gloss. ibi. ff. de acq. possess.

Præscri-

33 *Præscriptio fide bona proceßisse in dubio præ sumitur.* commune censent Bald. l. Celsus part. iij. num. 2. ff. de vsucap. Alciat. de p̃sumpt. regul. iij. præsumpt. v. latè Dida. Couar. de sponsal. ij. part. cap. viij. §. j. nu. 4. vt autem mala fide procedat nec statuto edici potest. commune ponit Viuius lib. j. opin. cclxxvj. in fin. nullo autem modo in ijs admittetur, quæ liberi arbitrij sunt. commune dicit Anto. Gomez de testam. c. 9. num. 27. ver. ij. pro ista parte. nec etiam in illis aliqua omnino præscriptio admittitur, quæ in generalis recognitionis signum principi reponuntur, ac reseruantur. commune asserit Pyrrh. in consuet. Aurel. de præscript. c. 4. Neć item vlla præscriptio vllo modo opponi poterit debitori pignus debiti solutione redimere volenti, vt frequenter placitum ait Rapha. Cuman. l. pignori. ff. de vsucap. quanuis hac in specie præscriptionem xxx. annorum opponi posse dicãt receptum. Angel. §. Actionum. numer. 54. instit. de act. Rip. in rub. num. 14. ff. de pignor. ac magis commune asserat Balb. de præscript. j. part. 5. partis, q. xij. quod nõ multum moratus veriorem atque æquiorem superiorem sententiam existimo, quin & nunquam præscriptio procedere poterit, quo

ad

ad verj domini animo posſesio ciuilis retinetur. commune ponit Salicetus num. 21. Fulgosius. xvij. Iaſ. col. vltim. in. l. j. C. de ſeru. fugit. Iaſ. num. xix. Rip. ad fin. l. j. ff. de acq. poſſeſſ. Anto. Gomez in Tauri. l. ccccv. num. 105. & de contract. cap. vl. nu. 25. col. j. & ij. Didac. Couar. in c. poſſeſſor. part. ij. §. j. num. iij. de reg. iur. tametſi id inſulſum atque abſurdum ſit, vt alibi latius.

Præſcriptio non offenditur mala fide venditoris, cùm non ab eo, ſed ab alio de illo rem bona fide aſſequuto res poſsidetur. commune inquit Balb. de præſcrip. 2. par. iij. part. prin. q. 12. nu. 7. limit. iij. conciliat autem præſcriptio rerum mobilium dominium directum, ac rerum ſoli vtile dũtaxat dominium ritè preſcribenti. vt commune renuncio ex Porc. in princ. num. x. inſtit. de vſucap. & ex ijs, quos latè producit Arius Pinel. in Authent. niſi tricennale. num. 30. C. de bon. matern. oblig. verò non ſolùm ciuilem, ſed etiam naturalem tollit. commune dicit Balb. d. 2. part. iij. q. x. conclu. xxxviij. quamuis verius ſit ciuilem obligationem præſcriptione tolli, naturalem inefficacem reddi, quod etiam receptum affirmat Alciat. in rub. nu. 44. de præſcript. 34

Præ-

35 *Præscriptionem* qui semel bona fide perfecit, quamuis postea rem quã præscripsit, alterius esse nouerit, illã restituere nullo iure tenebitur. vt Bal. Nouel. de præscrip. 2. part. 3. part. princip. quæst. 9. Tiraquell. in tract. cessante caus. limit. xij. nu. 16. Iac. Menoch. de recup. possess. remed. 16. nu. 17.

36 Præterea *ad præscriptionem rerum corporalium* opus est tit. l. diutina. C. eod. & in d. c. si diligent. §. fin. extr. de præscript.

37 *Titulus* autem hoc loco est habilis causa, seu modus ad transferendum dominiũ: vt est donatio causa mortis, legata, item pro emptore, pro soluto. de quo vid. Bart. & Castrens. l. Celsus ff. eod. alioqui titulus pro causa. iuxta quod vulgò loquimur.

38 *Corruptus titulus*, pro non titulo habetur. Item titulus malus non releuat: vt in fure, prædone, raptore, tyranno & similibus, vbi nulla causa saltem iusta adduci potest. l. qui interrogatus, cum l. seq. ff. de petit. hæred. Bart. l. si ager. de rei vendic. facit differentiam inter tit. vniuersalem & tit. singularem. Sed rectiùs indicante Apello distinxisset inter contractum & modum acquirendi dominij.

Ti-

Titulorũ ergo alij

Veri. } de quib. sup. eodem.
Putatiui. } hoc tit.

Falsi, vt per rerum naturam vbi post titulum nil sequitur materiæ vel operis, aut vbi materia seu opus non respõdet titulo ibi vanus & falsus est titulus.

Vniuersales } de quibus etiam a-
Singulares. } libi.

Hæreditarij. de quo l. j. C. si quis ig. rem minor. sin. decr. compar.

Honorarius. de quo Albericus.

Lucratiui: cùm res ad aliquẽ peruenit sine onere, sine grauamine dandi, ex mera liberalitate. l. vni. C. de impon. luc.

Nominati: ad instar contractuum: quia tituli ex contractibus profici scuntur. qui tractantur. lib. 41. Pãdect.

Innominati: qꝫ ex iure naturali, apud oẽs gẽtes æquè recepti, absque certa & solenni formula sunt.

Onerosi: qñ res ad aliquem puenit cum onere aliquid dandi, aut faciendi: cùm is qui rem recipit, onerat & grauatus est aliquid vicissim dare, aut facere: sicut est in omni contractu.

Et

39 Et tandem vt præscriptio suas vires acquirat, rem oportet esse non vitiosam, sed talem, quæ sit in hominum commercio, & præscribi queat. Res enim sacræ, sanctę, religiosæ, publicæ, dotales, item res pupilli, aut furiosi non præscribuntur, nisi longissimi temporis præscriptione. authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. & Plat. hic nu. 36. & 38. Imò nec res furtiuæ, aut res vi ablatę de iure Ciuili vsucapiuntur, siue præscribuntur, nisi purgato vitio, veluti si in veri domini potestatem reuersæ fuerint, tunc enim earum vsucapio procedit. §. furtiuæ. & §. aliquando. & ibi Platea. nu. 22. & 23. hic. Sed de iure cano. quod in hoc casu Iuri Ciuili præfertur, quia concernit peccatum & conscientiam, res furtim aut violenter subreptæ, quò ad ipsum furem, vel violentū possessorem attinet, in æternum præscribi non possunt. c. fin. ext. de præscript. adde Dyn. d. c. possessor. num. xiij. & xiiij. de reg. iur. in vj.

40 Attamen *traditio* siue vera siue ficta, aut quicquid loco traditionis habetur, non solùm in præscriptione, sed in quolibet contractu est necessaria. Solus enim titulus sine traditione non sufficit, secund. gloss. & Bart. d. l. Celsus. ff. eod. & l. clauibus. ff. de con-

de contrah.empt. Excipiuntur tamen certi tit. vt tit. pro legato, pro hærede, & similes. In ijs enim dominium, ipso iure, sine traditione transfertur. l. si non traditam. ff. pro legato. & l. cùm hæredes. ff. de acq. possess.

Demùm tam in vsucapione quàm in p- 41
scriptione requiritur tempus cõtinuum, quod tamen secundum naturam præscriptionis variatur. Nam secundum nouam Imp. constitutionem, abolita veteri, quæ & breuioris temporis spacio, & certo tantùm loco præscriptionem includebat, hodie res mobiles in omnibus terris, Romano Imperio subiectis, triennio elapso vsucapiuntur. Res verò immobiles inter præsentes x. & inter absentes xx. annis præscribi solent. §. j. & l. vnic. §. fin. C. de vsucap. transform. Sed ad iurium incorporalium præscriptionem xxx. vel xl. anni: Ad præscriptionem verò seruitutum habentium causam discontinuam 100. vel circiter anni necessarij sunt. l. omnes. C. de præscrip. xxx. vel xl. annor. c. super quibusdam. §. præterea. & ibi Can. extr. de verbor. sign.

Vsucapio & Præscriptio sunt adinuentæ: ob

Publicam vtilitatem. l. j. ff. eodem.

Odium negligentium hominum, res suas non petentium. d. l. j. ff. eod. & l. fin. C. de præscript. long. temp. Iura enim vigilantibus scripta sunt. l. pupill⁹. §. fin. ff. quæ in fraud. credit. fact. sunt.

Ne dominia rerum semper essent incerta. d. l. j. ff. eodem. & Plat. hic. nu. 18.

Vt finis esset litium. l. fin. ff. pro suo. Lites enim non debent esse immortales. l. properandum. C. de iudic. c. finem litibus. de dol. & contumac.

42 Ergo licet aliquis non habeat titulum verum vel putatiuum, possedit tamen longo tempore sine controuersia, & bona fide, non tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum. Sed aliud est de eo qui possedit mala fide.

Hæc

Hæc probari poterit,
- Si denunciatum est ei rem alienam esse, vt C. de rei vendicat. l. qui fundum.
- Si ipse dixit coram alijs illam rem esse alienam. vt. ff. de supellect. legat. l. Labeo.
- Si inter vicinos suos sit fama de possess. malæ fidei, vt est gloss. l. si tutor. C. de peric. tuto.

Item in Emptione requiritur bona fides duobus temporibus. videlicet
- *Tempore cõtractus.* quia iste cõtractus frequẽter fit. vt ff. de emptore. l. Labeo.
- *Et tempore traditionis.*

In alijs autem contractib⁹ sufficit bona fides tempore traditionis. vt ff. pro solut. l. penultim. In illis autem contractibus in quibus non requiritur traditio, vt in §. interdum. supr. de rerum diuis. requiritur bona fides tempore contractus. fac. §. 4

extraneis. infr. de hæred. qualit.& differ. mala autem fides superueniens post vsucapionem inceptam non nocet.vt C.de vsuc.transform.l.vnica.§.sed si tantum.nisi superuenerit scientia rei alienæ vel furtiuæ. vt l.si ancillam. ff. pro suo. & hoc de iure ciuili: alioqui de iure canonico,cui, vt paulò antè dixi,standum in isto etiam casu (quum agatur de peccato) mala fides semper nocet vsque ad perfectã vsucapionem vel præscriptionem. vt not. cap.fin. extr.de præscript. Si autem sit dubium de bona fide,non nocet.vt not.in d.c.fin.Sed post perfectam vsucapionem vel præscriptionem potest vsucapiens vel præscribens rem retinere.vt c.vigilanti.extra de præscrip.& ibi glos.& Innocent.c.cura pastoralis.extr.de iur.patron.

Locorum alia dicuntur

Plena:quando ab aliquo possidentur.

Semiplena:quando possidentur causa legatorum,vel causa rei seruandæ.vt ff. de acq. possess.l.iij.§.fin.

Vacua vel vacantia: videlicet quando à nemine possidentur. vt C.vnde vi.l.fin. in glos.vel ob absentiã domini, vel ob negligentiã, vel si moriatur sine

ſucceſſore. vt ff. de acq. poſſeſ. l. ſi id quod. vel ſi moriatur cum ſucceſſore. eius à quo res nõ eſt apprehenſa. vt ff. de acq. poſſeſſ. l. cùm hæres.

Poſtremò *res fiſci* non poſſunt vſucapi: tamen ſi aliquis bona fide recipiat rem ex bonis vacantibus nondum fiſco denunciatis ille poteſt talem rem vſucapere. 44

Aut ſunt incorporatæ patrimonio fiſci: quo caſu res mobiles fiſci nõ vſucapiũtur triennio: nec res immobiles præſcribuntur decẽnio vel vicennio. poſſunt tñ p̃ſcribi ſpacio 30. vel 40. an. l. oẽs. C. de præſc. 30.

Res fiſcales

Aut nõ ſunt incorporatæ: ſed ſunt delatæ fiſco, vel quia vectigal non eſt ſolutũ: & tunc p̃ſcribuntur quinquennio. C. de vectigal. l. ij. Vel ex alia cauſa. & tunc aut ſunt denunciatæ fiſco, & præſcribuntur quadriennio. l. intra. ff. de diuerſ. aut non ſunt denunciatæ: & tunc cum titulo præſcribuntur x. vel xx. annis. ff. de vſucap. l. quamuis. ſine titulo verò xxx. vel xl. annis. vt l. in omnibus. ff. de diuerſ.

Nõ fit Rerum Principum: nisi quadraginta annis. vt C. prescript. xxx. vel xl. annorum. l. omnes. Si tamen Imperator seu princeps aliquid sibi reseruaret in signum vniuersalis dominij, cõtra illud nõ curreret præscriptio aliquo tempore, vt contra publicas sanctiones. l. reperit. C. de præscript. xxx. vel xl. annor. Sicut etiam non currit præscriptio contra reseruationes curiæ Apostolicæ. vt glos. verb. nõ obstante. c. vnic. de cleric. ægrot. lib. vj. Et contra alias res principis seu suæ Maiestatis etiam non currit præscriptio, nisi sicut contra res Ecclesiæ. vt l. fin. de sacrosanc. eccles. quia quantum ad hoc gaudet Imperium eodem priuilegio sicut Ecclesia. vt authen. de nõ alien. re b^a eccles. §. vt aũt. in glos. & Angel. l. sicut. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorum.

Præscriptio

Non perficitur in reb. ciuitatis Romanæ, nisi centum annis cucurrerit. Et idem dicunt aliqui in rebus alterius ciuitatis, vel municipij, vbi est respublica. quia Respublica & Ecclesia æquiparantur. vt C. de sacro-

crosan. eccles. l. fin. & ff. ex quib. caus. maio. l. respublica. licet gl. l. si finita. §. si de vectigalib. ff. de dam. infec. videatur dicere, quòd res alterius municipij vel villę pos sunt præscribi x. vel xx. annis.

Rerum Ecclesiæ fit xl. annis. nisi essent Ecclesiæ Romanæ. quia in illis requiruntur centum anni. vt in c. cùm nobis. ext. de præscr. & auth. constitutio quę eccles. Rom. præscrip. cent. annor. dabat. in prin. coll. viij. Quod quidem verũ est in rebus immobilib. sed in re mobili non sacra completur vsucapio triennio. vt in Authent. de ecclesiast. tit. §. pro temporalibus. collat. ix.

Non concurrit contra ea, quæ sunt deputata ad vsum publicũ. vt est via ad S. Iacobum, vel alia publica via. Quia est quædam facultas inducta gratia publicæ vtilitatis, cõ tra quam non præscribitur etiam in centum annis, l. via. & ibi glos. ff. de via publica.

Rerum pupillorum non fit, quamdiu durat pupillaris ætas. vt ff. de acquir. rer. dom. l. bonæfidei. §. nec

intereſt. Poteſt tamen pupillus alteri præſtare cauſam vſucapiendi vel prę̃ſcribẽdi, ſi videlicet rem alteri vendat vel iuſtõ tit. tradat. vt l. ij. §. ſi à pupillo ff. pro emptore.

Non ſit rerum filiorum exiſtentium in poteſtate patris: in quibus pater habet vſumfructum & eſt legitimus adminiſtrator: ſicut eæ nõ poſſunt vſucapi. vt C. de annal. except. l. j. quandiu filius nempe eſt in poteſtate patris: ſed poſtquam eſt ſui iuris, incipit currere vſucapio vel præſcriptio. C. de bonis mater. l. j. ſed illæ res filij, in quibus pater non habet vſumfructum, vt ſunt bona caſtrenſia vel quaſi caſtrenſia, bene poſſunt vſucapi vel præſcribi. vt l. licet. ff. ex quib. cauſ. maior. Et licet in illis rebus in quibus pater habet vſumfructum, non currat præſcriptio vel vſucapio contra filium, ſi tamen pater illas rẽs alienauerit, bene currit præſcriptio vel vſucapio contra commoditatem vel vtilitatem

tem patris. vt l. malè agitur. C. de præscript. xxx. vel xl. annor. vbi dicitur, quòd colonus potest præscribere pensionem, licet nõ præscribat rem conductam.

Non currit in illis rebus, quæ dantur præsidi contra l. repetundarũ. vt ff. ad leg. Iul. repetundarum. l. qui contra.

Deniq; non currit in reb. dotalibus vt nec vsucapio, nisi esset inchoata antequam res fuerũt dotales. vt. ff. de fundo dotal. l. si fundo. quia tales res nõ possunt alienari in præiudicium vxoris. vt inf. qui. alien. non lic. §. j. Et ideo etiam nec possunt vsucapi, vel præscribi. vt ff. de verbor. signifi. l. alienationis verbo.

Impeditúrque ab errore falsæ causæ, id est titulo putatiuo & non vero sicuti à vitio rei: vt si quis possideat illam rem quam putat se emisse & non emit: vel sibi donatam esse, quæ sibi donata non est. vt §. nouissimè. hoc tit.

TITVLVS SEPTIMVS.

De Donationibus.

VBi dictum fuerit suprà qualiter res acquirantur iure ciuili per vsucapionem, & longi temporis prescriptionem, hoc Imp. titulo voluit consequenter tractari qualiter res acquirantur eodem iure per donationem.

1 *Donatio* autem est rei licitæ, seu dominij, nullo iure cogente, ex mera liberalitate atque munificentia facta collatio in alium. secund. Hostiēs. in sum. sua. extrà. de donat. & extruitur hæc definitio, ex l. donari. ff. eod. & l. donari. ff. de reg. iur. & ex §. aliæ autem. hic. dicta quidem à doni datione. l. senatus. §. donatio. ff. de mort. caus. donat. Et hæc simplex dicitur: vnde Godefred. definit. eam sic: est quædam liberalitas in accipientem collata: quæ recipit virtutem & effectum *stipulatione, traditione vel pollicitatione*. vt fac. d. l. donari. de reg. iur.

Do-

Donatio autẽ simplex requirit:

Vt non fiat ob necessitatem, sed ex mera liberalitate. vt.l.j. ff.de donat.& l.hoc iure. & ideo quando donatur sic: Do,vt des: non est donatio propriè, sed contractus innominatus.

Vt non fiat ob causam. vt C. de donat. l.final.

Vt fiat liberè, perfectè, & sine omni repetitione. l. hoc iure. §. si quis seruo.ff.eod. & l.senatus.§. mortis. ff. de mortis causa donationib. ita vt donans nullo vinculo sit ad hoc adstrictus. Et debet hoc intelligi de vinculo inducente actionem vel impediente repetitionem,&nõ de vinculo naturali ad antidora.vt l.hoc iure.ff. de donat.

Vt fiat inter viuos, nulla mentione facta mortis. d.§.aliæ autem. hoc tit.

Insinuatio vt fiat, si summa donationis excesserit 500. *solidos Vngaricos* circiter.d. §.aliæ autem.& l.si quis pro redemptione.C.de donat.

Insi-

Insinuatio autem est actus iudiciarius, in quo donationis redactæ in scripturã eodẽ vel diuerso tempore apud iudicem fit publicatio, & inter acta publica redigitur au ctoritate iudicis, ad fraudes vitandas, & faciliùs probandã veritatem. Bart. & Dd. l. Modestinus. ff. eod. Potest autem insinuatio fieri coram quocunq; iudice etiã incõpetẽte. l. data C. eod. & l. oĩum. C. de test. & Bart. d. l. Modestinus, num. 3. & Gloss. in d. §. aliæ aũt. sup. verb. in insinuatione.

Vt vitentur fraudes. d. l. data. §. j. C. eod. Et vtrũ donatio sit irrita, si summa excedat 500. solidos, nec facta fuerit insinuatio? Dicẽdum, vitiari tãtùm in ea parte, quæ est maior 500. aureis. l. sancimus. §. si quis autem. C. eod. quia vtile per inutile non debet vitiari. c. vtile. & ibi Dyn. nu. ij. de reg. iur. in vj.

Insinuatio verò adhibetur in maioribus summis,

Vt plus sit cautionis & minùs periculi. nam vbi maius est periculum, ibi cautiùs est agendum. l. j. §. sed si quis. ff. de Carb. edict. & c. vbi. de elect. in vj. Et hæc quidẽ insinuatio nõ solùm debet adhiberi in ipsa donatione, sed etiã ex post facto. Bar. d. l. Modest. num. 5. imò & per procuratorem fieri potest insinuatio.

§. il-

§.illud.ver.sancimus. in Authēt. vt fratrum filij.collat.ix.

3 *Et insinuatio quidem in donationib. maioris summæ desiderata* nō opus habet iudicis decreto.vt coē interpretū dogma esse miserunt in literas Rogerius in l.Modestinus ff.de donat.copiosē Tiraquellus de legib. connubial.glos.v.nu.xxxij. Iul. Clar.de donat.q.xv. in fin. Viuius lib.j. opin. 78. vers.& prædictis accedit:quin hæc donationum insinuatio, fieri potest coram quocunque iudice, quamuis illius iurisdictioni nec donator, nec res donata subijciantur,vt frequenter interpretibus placere memoriæ prodiderunt Antonius de Can.in tract.de insinuat.q.xij.&alij quos laudat Iul. Cla.d.q.xv.vers.vlterius. Viuius dicta opin. 78. prope finem. Anton. Gomez in tract.de contract.c.4.nu.6.nec deniq; aliud insinuatio est, q̄ donationis inscriptura corā quocūq; iudice redactio. vt tradū receptū hoc Iun.cōs.lxvij.n.19. lib.2.Iul.Clar.Viu.&Ant.Gom.vbi supr.

4 Itē non solū in expressis donationib.statam summam supergressis exigit insinuatio,sed & in debiti 500. aureos excedentis remissione interueniat necesse ē. cōmune dicunt Alex. Ias. & alij l. creditori.C. de pact.Curt.iun. consil. cxxvj. ad finē. Tiraq.l.si vnquam.vers.donatione.nu.144.

C. de reuoc. donat. Iul. Clar. de don. q. 16. & hanc q. Perusijn praxi agitatã, & hoc-ce modo decisam testatur Angel. l. pacta quæ contra. C. de pact. vt & Vallis oleti Senatus iudicio determinatum quoque fuisse scribit Anton. Gom. de contract. c. iiij. num. ix. intellige tamen id processurum, si deliberato donandi animo remissio fiat, etenim si non eò contrahentium mens tendat, longè secus erit, vt Boer. decis. xiiij. Tiraq. in laudato loco à num. 2. & de retract. lign. §. j. gloss. xviij. num. xv. Dida. Couar. libr. ij. variar. resolut. c. iiij. Ario. Pinel. l. ij. part. j. c. ij. num. xxiiij. & xxv. & num. xxvij. C. de rescind. vendit. Item potest fieri ista donationis insinuatio post ipsam donationem. C. de donat. ant. nupt. l. j.

Et fit ista insinuatio propter duas causas:

Ne donationes extorqueantur per metũ: quia metus cessat in iudicio. vt C. de his qui propt. met. iud. non appella. l. j.

Ne fiant fraudes in donationib⁹: quia donare est perdere. vt l. filius. ff. de donat. Et nemo præsumitur rem suam velle iactare. l. cùm de in-

indebito. ff. de probat. Et nō ſolū requiritur iſta inſinuatio in donatione, ſed etiā in liberatione ſi excedat 500. ſolidos. ff. ad l. Falcid. l. Nerennius. §. fin.

Inſinuatio attamen nō eſt opus in maioribus ſummis: ſcilicet,

In redemptione captiuorum: & in illa quæ fit militibus à magiſtro militum.

In refectione templi, & ædiū incendio conſumptarum. vt C. de donat. l. penult.

In donatione quæ fit Imperatori: vel quam ipſe facit. vt Authen. de non alien. §. ſi minus. coll. ij.

In donatione propter nuptias. vt auten. vt ſponſal. largi. in princ. coll. ix.

In remiſſione vſurarum. vt ff. de donationib. l. Modeſtinus.

De quibus vid. gloſſ. in d. §. aliæ autem. verb. inuenit. & Angel. ibid. num. vj.

Et donatio per nuncium facta, vt valeat, opus eſt, eligatur eam in rem ſpecialiter 5

ter nuncius. vt Corne. consil. cclxiij. lib. 3. Hippo. l. si quis. nu. lxix. ff. de quæst. Guido Pap. decisio. cxxij. num. ij. alioquin dicetur pollicitatio.

Ingratitudinis (quæ scilicet donationi est cõtraria) *sunt notæ*: videlicet

- *Si donatarius intulerit manus donatori*, vel eum alioqui iniuria affecerit..
- *Si graue damnum bonis ipsius donatoris donatarius dederit.*
- *Si insidias vitæ donatarius struxerit donatori suo.*
- *Si donatorem pauperem non aluerit.*
- *Si legi in donando dictæ non paruerit.* de quib. §. sciendũ. in gloss. super. verb. ex causis, hîc. & l. fin. iuncta gloss. in verb. voluerit. C. de reuocãd. donat.

6 *Donatio postquam res promissa est*, perfecta dicitur, vt donator ad tradendum obligetur. iuxt. gloss. l. vlt. §. Lucius. ff. de donat. & vt nec reuocari queat, nec quicquam ex

ex ea immutari posit, iuxt. l. perfecta. C. de donat. quæ sub mod. At non dicetur ita perfecta, quousque res donata tradatur, vt interim nequeat res illa alteri obligari, vt Bart. num. 9. Plat. Rebuff. l. j. C. de iur. fisc. lib. x.

Ingratitudine vt reuocẽtur donationes, est quod concurrant copulatiuè,

Probatio ingratitudinis per testes in Iudicio: plenissima eius probatio: Cognitio causæ, quæ fieri dicitur, vtraq; parte præsente. l. fin. vers. ex his. C. de reuoc. donat. & Ang. hîc. in d. §. aliæ autem. num. vj.

Inofficiosa donatio: facta enim omnium bonorum donatione, ea reuocari possunt vsque ad legitimam. l. j. & ibi Bart. C. de inoffic. donat.

Præsumpta voluntas donatois per superuenientiam liberorum. l. si vnquã. & ibi Bart. C. de reuocand. donat. & l. si totas. C. de inoffic. donat.

7 *Donatio in pium*, sacrumue locum aliquem collata nec in fraudem legis, vt supr. obseruatur, vel vt vitentur aureos quingentos excedens, nec ob iustas ingratitudinis causas à Prælato, ac toto insuper capitulo admissas reuocatur. Rip. lib.ij.resp.quæst.xxviij.num.xx. Iul.Cla. de donat.q.xxj.in fin. Viuius libr.j.opin. lxxix.in fin.

8 *Donatio* item non tantùm ob ingratitudinis causas iure scriptas, sed etiam ob alias similes causas, aut maiores, reuocabitur. Anto.Gomez. de testa.c.xj.num. 25.ver.sed ex his. Iul. Clar. de donat.q. xxj. Viuius lib.j.opin.lxxix. intellige nihil ingrato profuturum pactum, aut stipulationem de non reuocanda donatione, quin postea donatio ob admissum ingrati vitium rescindi possit, vt commune ait Anton. Gomez. de testam. cap. vltim. numer.penultim.in fin. intellige secundò, idem futurum etsi donator se donationem non reuocaturum cõceptis verbis iurauerit, comune inquiunt Corne. cons.ccxxiiij.lib.iiij. Alciat.in c.cùm contingat. nu. 39. de iureiur. Curt. iun. consil. xxxiij.nu.21. quod & summè piũ, ac Reipubl.vtile arbitror, etsi contrarium magis probauerint, ac receptum de-

bla-

blaterauerint Alexand. nu. 23. Aquenſ. col. iiij. Stipulatio hoc modo ff. de verb. oblig. Bauer. de virt. iuram. caſu. xxxviij. Rubeus conſil. lxiiij. num. iij. Bolognet. l. vlti. num. xcvij. & ſeq. C. de pact. intellige tertiò, idem omnino proceſſurum, & ſi huic reuocationi ex ingratitudinis cauſa expreſsim renuncietur, dum tamen & donator, non eius hæres agat, & contra eum, cui donatum eſt, non aduerſus eius ſucceſſorem agatur, quia generaliter id criminis nec ab hærede, nec aduerſus hæredem iure intentabitur. communia effert Antoni. Gomez. de contract. cap. iii. numer. xiiij. ſed & donatoris hæres tunc ſemper admittetur, cùm vel cauſa ingratitudinis donatori morte præuento tempus, & commoditas agendi non fuit. Rip. l. vltim. quæſt. lxj. col. iij. C. de reuoc. donat. Viuius libr. primo opin. lxxix.

Res ergo nostræ fiũt per donationem

Siue sit donatio, causa vel suspicione mortis, & hæc reuocatur, si is qui dedit, conualescat, vel se dedisse pœniteat.

Siue sit donatio inter viuos: sed debet confirmari à iudice, si excedat 500. coronatos. Et hæc est irreuocabilis. nisi ob ingratitudinem.

Siue sit donatio propter nuptias, & hæc ante vel post matrimonium vel illo constante, constitui, aut augeri potest.

9 *Donatio causa mortis*, est collatio seu vltimæ voluntatis dispositio, in qua quis consideratione impendentis mortis aut periculi, rem in donatarium transfert, hac tamen conditione, vt post ipsius obitum res maneat potiùs penes donatariũ, quàm hæredem donantis: vel si is conualuerit, aut periculum euitauerit, malit se habere rem quàm ipsum donatarium. §. j. in hn. huius tit. & l. j. ff. de mortis caus. donat. ita vt hęc fiat plenariè facta mortis mentione. nam in hac donationis specie exprimi debet nominatim causa mortis:

tis: alioqui præsumitur esse donatio inter viuos facta. etiamsi donans in extremis vitæ sit constitutus. l. Seia. §. vltim. ff. de mort. caus. donat. & l. Seia. de dot. præleg. ideo nec reualescēte ægroto reuocari posset: nisi ex alijs coniecturis mortis causa donatū esse, euidēter appareat. iuxt. Ias.

Donatio autem causa mortis fit,

Cùm nullo præsentis periculi metu conterritus, sanus homo, sed sola cogitatione mortalitatis, & metu futuri tantùm periculi vel mortis, donat: quę reuocari non potest: sed effectum tunc suum habet morte non subsecuta.

Cùm quis eminente periculo præsente commotus ita donat, vt statim fiat accipientis, quæ tñ reuocatur ab eo donante cōualescēte, vel periculo superato. l. j. §. item ipse. ff. de donat.

Cùm quis periculo mortis nō sic dat, vt statim fiat accipiētis, sed tum demùm cùm mors fuerit subsequuta: qua specie donatio quidē statim valet, sed dñij translatio suspendit. l. vlt. in fin. ff. commu. p̄dior.

10 *Donatio causa mortis* quò ad sui contexturã cõtractui par habetur, quò advires, & effectavltimæ voluntati cõfertur.commune aiunt Iaſ.n.xj.Rip.nu.xv.l.ij.ff.de leg.li.j.Alci.l.ij.in princ.nu.x.ff.de verb. oblig.Iul.Clar.de donat.q.v. quin ſi abſenti in teſtamento fiat,fideicommiſsi loco erit,ac ſemper valebit, vt frequenter placitum teſtantur Dec.conſil.cxcvj.nu. xj.Socin.Iun.conſil.lxxvij.num. xvij.li. iij.& omnium bonorum tum præſentiũ, tum futurorum rectè fiet. commune ponit Io. Ceph. conſil. xliij.nu.ix.poſt Soc. conſ.ccxxxij.num.j.prope fin.& conſ.235. nu.iij.lib.ij. Item donatio cauſa mortis nunquam facta cenſetur, niſi expreſsim mortis mentio fiat.vt tanquam commune latè aſſeuerant Dida.Coua.in rub.par. iij.nu.xxv.de teſta.Iul.Clar.de don.q.4. verb.cæterùm ſi in donatione.Viui.lib.j. opin.lxxxv.vnde nec ſi ab infirmo aliter fiat, mortis cauſa donatio iudicabitur, Rip.li.iij.reſp.de donat.c.ix.nu. vij. Iul. Clar.d.q.4.quin etiã requiritur vt ſimul in mortis tempus conferatur, vt effatur commune Sigiſmund.conſil.feud. nu.4. Deinde *donatio cauſa mortis* hodierna conſuetudine mero ac nudo pacto pficitur, Porc.§.aliæ autem.nu.vij.hoc tit. Inſtit.

An-

Angel. Aret. col. v. Iaſ. nu. l xj. §. in perſonam infr. de action. Tiraq. l. ſi vnquam. ver. donatione. num. 200. C. de reuoc. donat. Ant. Gomez de contract. c. iiij. num. xvj. Iul. Clar. latè, & qui eum citat. Viui. libr. j. opin. xiiij. ver. ſecund. loc. & opin. lxxxv. in fin. Alioqui ſane *Donatio mortis causa facta*, ſi eam donator validam ſemper futuram, ac ſtabilem promittit, non cauſa mortis donatio, ſed inter viuos cenſetur, vt apertè probat l. vbi ita donatur. ff. de donat. cauſ. mort. quam ad id commendant de materia agẽtes Ferrar. caut. xxx. Boer. deciſ. cccliij. Dec. conſil. cccv. Curt. iun. conſ. lvi. nu. 2. Pariſ. conſ. xvi. numer. xiij. lib. ij. & complures alij, quos laudat Dida. Couar. in rubr. part. ij. nu. xj. & xiij. de teſta. Anton. Gomez de contract. cap. iij. num. 22. Ioan. Ceph. conſi. xliiij. num. xxvj. & ſeq. & qui neminem ea in re reluctari inquit Natta conſi. ciiij. numer. 6. & ſeq. ampliа vt idem iudicari debeat, etſi donatio alioquin inualida futura ſit, vt in fin. illemet text. luculenter probat, & aduertit contra Paul. Alexand. l. quæ dotis. num. xj. ff. ſolut. matri quem ſeq. Anton. Gomez. vbi ſupr. verumq; id proculdubio eſt, etſi cum Paulo hallucinetur Benedict. in c. Raynutius 11

ver.teſtamentum iiij.nu. 25. de teſta.intellige tamẽ dummodo ea promiſsio,vel pactũm de non reuocando ponatur in diſpoſitione principali, non verò in inſtrumenti fine,vbi ſimiles clauſulæ magis ex Notariorum ſtylo & praxi, quã ex donantis voluntate poſitæ cenſentur, vt eleganter ſcripſit Dec.conſ.cccv.num.7. & l.vlt.num.21.C.de pact. & l.nõ omnis, num.11.ff.ſi cert. pet. commẽdat Iacob. à Nigris l.j.§.ſi quis ita.nu.44.ff.de verb. ob.Anton.Gomez & Dida.Couar.vbi ſu prà.quę ſententia etſi elegans,vt d.eſt,videatur, ac receptior certè ſit, tamen non admodum neotericis approbatur, quia ſcimus omnia inſtrumento contenta de conſenſu partium præſumi ſcripta. l. iuris gentium.§.quod ferè.ff.de pact. gloſſ. l.ſciendum.ff. de verb. oblig. quam conſtat eſſe receptam ex Iaſon.illic. num.35. Curt.Senior.conſ.49. num. 75.

12 *Donatio inter viuos* eſt,quæ fit ſine aliqua cogitatione mortis, & ſi ſit perfecta nõ poteſt reuocari: perficitur aut per manifeſtationem voluntatis donatoris.

Et do-

Et Donatio fieri talis poteſt

Stipulatione: hinc dicitur, qd donatio verbis de futuro concepta, dabo, vel donabo, vel promitto me donaturum, aut dare, parit actionem. Rip. de donat. & grat. reuoc. c. 12. num. 2. Gomez. §. in perſonam. nu. 39. Inſtit. de act. Arius Pinel. l. ij. part. ij. c. 3. nu. 30. C. de reſcind. vendit. nec audiendus eſt Alciat. contrariam ſententiam ponens. l. ſi pacto, quo pœnam. col. j. C. de pact. nec Eman. à Coſt. qui nos magis moratur. l. ſi ex cautione. pag. 265. C. de non num. pec.

Nudo pacto. Donatio autem pacto nudo effecta nõ ex ſe, ſed ex conſtitutione. l. ſi quis argentum. C. de donat. condictionem gignit. Porc. §. aliæ. nu. 4. hîc. ac Viuius lib. j. opin. 14. Attamen donatio quæ mero facto conſtat, ſi pacto nudo cõficiatur, obligationem non pariet, at ſi quid mixti ſecum habuerit, ſecuſerit, vt cùm quis donandi animo Romam ſe iturum promittit, pacto nudo nõ

obligabitur, cùm alteri effodiendæ cretæ in suo agro facultatem paciscitur, obligabitur. cõmunia ponit Viuius lib. j. opin. xiiij vers. quarto loco.

Tam in scriptis, quàm sine scriptis. vt l. si quis argentum. C. de donationib.

13 *Et omnes quidem donare possunt qui testamenta facere queunt.* Item filius famil. consentiẽte patre suo. l. tã is ff. de mort. caus. donat. nam alioqui donatio causa mortis à filio famil. fieri nequit absque ipsius patris consensu, vt commune effatum attestatur Rubeus consil. 46. num. iiij. vnde in patrẽ ipsum illam cõferre non poterit filius. vt Ioan. Dilect. de testa. caut. j. num. 4. Corne. consil. 294. libr. j. Ioan. Duran. de art. testand. caut. j. numer. iiij. Iul. Clar. de donat. q. 6. ver. quæro etiam. vbi multos contrarium non de nihilo asserẽtes citat: nec itẽ generaliter ac regula rit. alia alij donare poterit, q̃ quæ pleno iure ipse possidet. Crauet. cons. 84. num. ix. & consil. xcij. numer. j. sed & hæc quæ pleno iure possidet non aliter cuiquam causa mortis quàm consensu patris, vt suprà. Socin. consi. clxxii. lib. 2. & vberius. Iul. Clar. de donat. d. q. quãuis contrariũ

iure probabilius sit, vt alibi luculenter à nobis ostenditur. Non autem sufficiet tacitus patris consensus (si Doctores sequamur) sed expresso opus erit, vt Tiraq. etiam de ll. connubial. gl. vii. num. 9. Sed è conuerso *donatio quæ à patre in liberos eius* ditioni adhuc subiectos collata statim valet, non aliter post eiusdem mortem conferetur, quàm si legitimam ipsorum portionem excesserit: quippe alioquin & ratione legitimæ facta videbitur & magis lègati naturam, quàm donationis induet. cõmune aiunt Ruin. l. in quarta nu. xviii. & xxiii. ff. ad le. Falcid. Socin. consil. xviii. libr. 2. Ioan. Corras. l. filium quem. nu. 106. C. famil. herciſc. Item donatio quæ à parẽtib. vel ab aliis in eos confertur, q ipsis ab intestato alioqui succes-suri sunt, liberalis donatio nec dicit, nec ducit, nec donationis definitionib. regitur, vt volet Bart. nu. 1. Plat. n. 2. l. i. C. de impon. lucrat. descript. libr. x. quem seq. Aretin. consil. xvii. num. 3. Tiraq. cum aliis de contract. lign. glo. 1. numer. xlvii. dicit receptum Arius. Pinel. contrarium euidenter verũ ostendens. l. 1. part. 3. nu. 62. ver. infertur. 29. C. de bon. mat. Postremò *Donatio à patre in filium* nondum suo mancipio, ac potestati exemptum dela-

delata nihil omnino valet regulariter: commune testificantur Ioan.Crot.l.frater à fratre.ff.de condict.indeb.Iul.Clar. de donat.q.viij.& Viuius libr.j.opin.74. producit tamen semper naturalem obligationem, vt commune effatur Ioan. Corras.l.frater à fratre.§.quæsitum. nu. 46.ac si traditio præcesserit,patris morte confirmabitur,viresque summas nanciscetur.commune fatur Ias.in d.l.frater à fratre.num.xlv.

Valebit autem statim,ac prorsus firma erit, si iureiurando munietur. vt receptum pangunt Rip.l.si vnquam.num.35. C. de reuoc.donat.Alciat.consil.xlv.nu.ij.Paris. cons.lxix.num.cxxviij.lib.3.Iul. Clar.vbi supr.q.viij.ver.sed quæro. Viuius d.opin.lxxiiij.Valebit 2. si fiat ob merita,vt commune affirmant Dec.l.si donatione. num.x.C.de collat.Riminal. consil.ccxl. num.iij.Ioan.Cephal.consil.lxj. numer. xiij.Clar.vbi supr.ver. hæc tamen. Viuius laudata opin.ver.secundo fallit.& Arius Pin.l.j.part.iij.num.lxij.vers. infertur.C.de bon.matern.quin & in dubio si nulla donationi causa adijciatur,& filius anteà à patre præclarè meritus fuerit,valebit donatio,& ob merita censebitur facta.Crot.d.l.frater à fratre.num.lxxix.

Viuius

Viuius vbi supr. ver. ampliatur dicta limitatio. etsi minus hæc cõmunis opinio quàm illa, vt dixi, iure subsistat, præsertim si qua expressim sanguinis mentio fiat iuxta præcitatos: opus tamen semper erit, vt benemerita probet filius, nec assertioni patris etiam speciali de illis fides habebitur. Ruinus in consil. xcvj. num. ij. li. v. Cotta. in memorabili b. verb. donatio inter patrem & fil. Iul. Clar. vbi supr. ver. hinc infertur. Viuius dicto loco. vel & in hoc non standum esset, quin & postquã merita filius probauerit, eatenus dunta-xat donatio valebit, quatenus ipsa merebuntur. commune ait Dec. l. petens. nu. xvij. C. de pact. idq; prudentis iudicis arbitrium metietur, vt receptum renunciat Ias. cons. cliiij. num. v. lib. ij. Clarus & Viuius vbi supr. conferetur tamen post patris mortem huiusmodi donatio, atque in legitimam filij portionem imputabitur, si aliter non sit expressum, vt frequenter placitum infit Alex. consil. viij. col. ij. libr. ij. Valebit adhæc ista *donatio, de qua agimus*, nec vnquam posteà conferetur, si sit facta studij causa, vt commune asserunt Ias. l. j. num. xxv. ff. solut. matrim. Segur. l. vnum ex familia. §. sed si. nu. cxxxj. ff. de leg. lib. ij. Iul. Clar. d. q. 8. vers.

ver.3.infertur.Etsi perperam magis commune asserat contrarium Rip.ad l.1.nu.104.quem parum iuuant rationes adductæ à Iul.Clar.vbi sup.& à Viuio d.opin.74. in fin. vt alibi latiùs & opportuniùs ostendetur Deo concedente.

Donari potest omnibus qui accipere possunt legata : non autem Deportatis , Hæreticis: quia his nec legari nec mortis causa donari potest.secun.gl.§.legari,autem.sup.verb.testamenti.inf.de legatis.

Acquiparãtur enim { *Mortis causa donatio &* / *Legata*: d.§.j.hic. & gloss. verb.ferè legatis.

14 *Donatio,atque omnis generaliter lucrosus contractus in liberum illius arbitrium, in quẽ confertur*, rectè referetur. Antonius Gomez. de contract. cap. xx. numer. xix. Item generalis donatio non comprehendit rem donatori debitam ex fideicommisso.vt Boer. decis. xxxiii. Villalob.in suo collect.Omnium bonorum mobilium item,& immobilium,præsentium ac futurorum donatio valet, ac firma omnino est,quia scilicet actiones,&iura non contineantur , vt complures allegans receptum

ceptum asserit Tiraquell. de retract. lig. §.1.gloss.vii.numer.9.ad fin.sed & donatio omnium bonorum simpliciter facta valebit,ac rata prorsus erit.commune ait Iaſ.consil.v.lib.3.quod ob eandem rationem procedet,etiamsi post mortem conferatur,vt commune testantur Alexand. l.vlt.col.1.in fin.C. de pact. Turzan.opi. 83. at donatio omnium bonorum cùm præsentium,tum futurorum nullius vis, ac momẽti radicitus est. Panor. cons. 48. li.2. Bald.nu.19.Curt. iun.n.61.Purp.nu. 247.l.vltim.C.de pact.Guid.Pap.consi. ccxiiii.numer.v.Ioan.Dilect.de art.test. tit.x.caut.2.Iul.Clar.de donat.quæst.16. Viuius libr.prim.opin. 73.ad de relatos à Ioan.Cephal.consil.xliiii.numer.xxiiij. nec iureiurando confirmabitur, receptum testantur Curt. iun. consil. 25. numer.vi.copiosè Iul.Clar.vbi supr. quæst. xx.valebit tamen in pium, sacrumúe locum aliquem collata,vt Dec.numer.8.& 27.Beroius num.81.cap. in præsentia.de probat.idem Dec.l.vltim. numer. xxxi. C.de pact. Antonius Gomez. lxix. Tauri.numer.vii.donantem tamen pius ille facerúe locus necessariò alet. Dec.consil. 488.numer.v.Viuius d. opin..73.valebit item

item isthæc omnium bonorum tum præsentium, tum futurorum donatio, si sibi donator fructus retinuerit, aut rem aliquam seruauerit, de qua testari queat. Boer. decis. cciij. num. xxv. Iul. Clar. ac Viui. vbi supr. quod tamen intelliges, nõ suffecturum, si ea fructuum, vel cuiuspiã alterius rei reseruatio ad vitam expressim fiat: nam & ea in specie donatio penitus corruet. commune affirmant Dida. Couar. libr. iij. resolut. c. xij. num. iij. Iul. Clar. d. quæst. xix. ver. sed pone. Ioan. Cephal. consil. xliij. numer. xv. Ac deinceps valebit huiusmodi donatio cùm precarium interuenerit, vt Tiraquel. de constitut. part. ij. ampliat. xxx. Viuius vbi supra. Et omnium postremò, si huiusmodi donatio stipulationis effusa formulis muniatur. vt Clarus ac Viuius vbi sup. quãuis ea opinio cùm iuri tum bono atq; æquo aduersa sit.

Ad

Ad donationem iustam requiruntur,

Expressa mentio mortis: nã aliàs præsumitur, donatio simplex inter viuos. l. apud Celsum. §. Iulianus. & ibi gloss. ff. de dol. mal. & met. except. & l. Seia. §. fin. ff. eod.

Quinque testes, facta tali donatione extra iudicium. l. fin C. eodem.

Præsentia donantis & donatarij. l. inter mortis. 2. ff. de mort. caus. donat. nam absenti facta vsqueadeò nulla est, vt nil ei, in quem collata est, prosit nãcisci posteà rei donatæ possessionem, vt cõmune ait Capi. decis. 180. n. 9. quod & procedet etiam si donatio in Ecclesiã, aut piã aliquam causam, cõferatur, cuius noïe nemo præsens illã accipiat, cõmune inquiũt Ruin. cons. 13. n. x. & cons. 37 num. 14. lib. 4. Iul. Clar. de donat. q. 12. in fin. sed certè hæc ampliatio, & falsa iure, & minùs recepta est, cùm ea in specie pollicitatio sit, quę causis pijs actionẽ largitur.

item isthæc omnium bonorum tum præsentium, tum futurorum donatio, si sibi donator fructus retinuerit, aut rem aliquam seruauerit, de qua testari queat. Boer. decis. cciij. num. xxv. Iul. Clar. ac Viui. vbi supr. quod tamen intelliges, nõ suffecturum, si ea fructuum, vel cuiuspiã alterius rei reseruatio ad vitam expressim fiat: nam & ea in specie donatio penitus corruet. commune affirmant Dida. Couar. libr. iij. resolut. c. xij. num. iij. Iul. Clar. d. quæst. xix. ver. sed pone. Ioan. Cephal. consil. xliij. numer. xv. Ac deinceps valebit huiusmodi donatio cùm precarium interuenerit, vt Tiraquel. de constitut. part. ij. ampliat. xxx. Viuius vbi supra. Et omnium postremò, si huiusmodi donatio stipulationis effusa formulis muniatur. vt Clarus ac Viuius vbi sup. quãuis ea opinio cùm iuri tum bono atq; æquo aduersa sit.

Ad

Expressa mentio mortis: nã aliàs præsumitur, donatio simplex inter viuos. l. apud Celsum. §. Iulianus. & ibi gloss. ff. de dol. mal. & met. except. & l. Seia. §. fin. ff. eod.

Quinque testes, facta tali donatione extra iudicium. l. fin C. eodem.

Præsentia donantis & donatarij. l. inter mortis. 2. ff. de mort. caus. donat. nam absenti facta vsqueadeò nulla est, vt nil ei, in quem collata est, profit nãcisci posteà rei donatæ possessionem, vt cõmune ait Capi. decis. 180. n. 9. quod & procederet etiam si donatio in Ecclesiã, aut piã aliquam causam, cõferatur, cuius noïe nemo præsens illã accipiat, cõmune inquiũt Ruin. cons. 13. n. x. & cons. 37 num. 14. lib. 4. Iul. Clar. de donat. q. 12. in fin. sed certè hæc ampliatio, & falsa iure, & minùs recepta est, cùm ea in specie pollicitatio sit, quę causis pijs actionẽ largitur.

Ad donationem iustam requiruntur,

15 Et sanè *donatio absentis nomine à Notario stipulata ius ei, in quem confertur, non tribuit*, nisi post eiusdem ab eo acceptionem, qua de causa poterit illam donator reuocare ante huiusmodi acceptionem. vt Alciat. c. cùm contingat. num. xxij. de iure iur. Cagnol. l. quò tutela. §. nec paciscendo. in fine. ff. de reg. iur. Tiraquel. de constit. xxx. limit. num. ix. Alba cons. xxxvj. num. j. Ioan. Ceph. consil. xxxiij. num. z. etsi verius contrarium sit, vt etiam Gozad. consi. lxxxvij. ad fin. Iul. Clar. de donat. q. xiij. ver. primo ergo. Vinius libr. j. opin. lxxvij. Ioan. Ceph. d. consil. xxxiij. nu. v. cum seq. si tamen non solùm anteà reuocauerit, sed & in alium rem ipsam donatam cum effectu contulerit, minor dubitatio esse debebit, vt reuocata iure censeatur, atq; ita Cagnol. l. vlt. nu. lxxij. C. de pact. etsi in hac etiam specie contrarium verè asserant verum, & magis receptum Soc. iun. consil. cxviij. num. xvj. li. ij. & consil. cxxj. num. 8. lib. iij. Dida. Couar. in rub. part. iij. num. j. de testa. Iul. Clar. vbi supr. ver. contrariam. ac Ioan. Cephal. dict. consil. numer. vij. at si is, cui donatum est, ante acceptionem donationis mortem obeat, eam amplius non poterunt agnoscere illius hæredes, vt æqui-

certè

certè videtur, & cõmune atteſtatur Alciat. l. ij. §. ex his. num. ij. ff. de verb. oblig. quamuis ſi quis hanc rem ad viuum reſecarit, proculdubio probaturus ſit contrariam ſententiam Iulij Clari, vbi ſupr. ver. tertius caſus.

Et inter viuos quidem, & à traditione etiam concepta adiectis turpibus, aut impoßibilibus conditionibus, euertitur donatio. vt Emanu. à Coſt. l. cùm tale. §. ſi arbitratu. limit. ij. numer. 2. ff. de condit. & demonſtrat. Attamen præſumpta donatio, cùm quis, verbi gratia, ſcienter ſine cauſa promittit, etiam ex conſuetudine hodierna actionem pariet, vt praxin eſſe affirmat Viuius libr. j. opin. xiiij. ſed neſcio ſanè quomodo hæc introducatur, cùm contrarium validius ſit. vt Bart. Bald. Caſtrenſ. Alex. & Iaſ. l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. ff. de pact. Tiraquel. l. ſi vnquã numer. cxxviij. C. de reuoc. donat. Anto. Gomez. de contract. cap. xj. num. v. ver. item adde. vbi citat Alexãd. l. ſi aliquam rem. col. vlt. ff. de acq. poſſeſſ. Iaſ. d. l. iuriſgentium. §. quinimo. col. vlt. num. 12. 16

Vltimæ voluntates & Legata. secundum Dd. l. fin. C. eod. & Hipolyt. de Marsil. singul. 136. Quę licet inuicem æquiparantur, tamen in multis differunt legata & donationes causa mortis, secund. gloss. in verb. ferè lega. Nam primò differunt: quòd donatio causa mortis potest fieri in singulos annos, & vna ac eadem est: legata autem plura. ff. de donat. caus. mort. l. senatus.

Donationis cognatas sũt

Secundò, in legatis inspicitur vtrum legatarius sit capax legati. §. legatum. inf. de legat. Sed in donatione causa mortis conditio donatoris attenditur. l. senatus. §. si quis. ff. eod.

Tertiò, legatum præstatur ab hærede testatoris. §. legatum. inf. de legat. donatio verò à traditione donantis incipit. Reliquas differentias habet glos. hîc vsque ad numerum octauum.

17 Attamen *donatio consensum, & vires sumit, si non ab expressa nostra vltima voluntate aut legato, consensúue expresso, saltem à tacita illius præsentia, cui fit,* vt assentit etiam Cagnol. l. semper qui non prohibet. nu.

v. ff.

v.ff.de reg.iur.Vigl.in princ.nu.11.&12. Instit.quib.non est permissum. Dida.Couar.in rub.par.iij.num.13.de testa.

Si donator conualescat, aut periculum effugiat. l.2.& ibi gloss.in ver. accipientis.ff.eod.veluti si donator ob infirmitatem qua laborat, vel ob periculum quod timebat, quid fortè per insidiosa loca iturus donarit.l. aut per. ff. eod.superato enim mortis periculo donatio euanescet, & inutilis fiet.l. non omnis,& ibi Dd. si cert. pet. Secus verò esset,si sola mortalitatis cogitatione donatum sit: ea enim specie tametsi donans postea in aduersam incidat valetudinem,& ex ea conualescat, donatio tamen non reuocabitur.vt Castrens. volet.d. l. non omnis.per tot.l.sed si seruus.ff.de donat. inter vir.& vxor.

Donatio reuocari potest

Deinde *si is cui donatum sit, prior id est, ante donatorẽ decesserit*: quia donatio non transmittitur ad hęredes donatarij,etiam si inter partes,ita conuentum esset. Iason & Zas.d.l.non omnis.Bald.& Salic. l.2.C.de iur.dot.

Si donatorem pœniteat donationis, quia sola pœnitentia reuocatur donatio. vt hîc. & d.l. Seia. & l. qui mortis. ff. de mort. cauſ. donat.

Si donator rem alienet voluntariè, iam eum pœnituit donationis ad inſtar legati. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de lega. 3. Iaſ. d.l. non omnis. num. 4.

18 Et quidem licebit prædictis caſibus donationem mortis cauſa reuocare: & competeret eo nomine ei, qui donauit, vel rei vendicatio, ſiquidem non voluit rei dominium ſtatim transferri in accipientem: vel ſi voluit, dabitur ei vendicatio vtilis, aut condictio ob cauſam, vel ſine cauſa. quæ probantur d. l. non omnis. & tot. tit. de condict. ob cauſ. & tit. de cond. ſine cauſ. & d. l. qui mortis. l. ſi alienum & l. ſi mortis cauſa. eod. tit. Item donatio ob pactam fidem non ſeruatam reuocatur, & ab heredibus, & contra hæredes reſcindi poteſt, vt communè teſtificatur Curt. iun. conſil. cxxvi. nu. xiiii. Iul. Cla. de donat. ad fin. Viuius lib. i. opin. lxxix.
19 verſic. declaratur ij. loco. Item *donatio ſub clauſula ſi donator caſu aliquo teſtamentum reuocarit, inutilis eſt*, nec à iureiurando,

do vires mutuatur, vt Alex. consil. clvj. lib. v. sicut verbis generalibus donatio, & assentatorijs concepta, nempe non solùm eam rem, quam petis, sed & meas res omnes alias, ac quicquid tibi videbitur promitto, donatorem non obligat. vt Viuius etiam lib. ij. opin. ccxlij. nec quoq; sic donatio ob merita hodierna consuetudine ac modo procedendi, quę remuneratoria dicitur, nudo pacto perficiatur, ex Iason. sententia. l. iurisgentium. §. quinimo. nu. xix & seq. ff. de pact. sed vid. Iul. Clar. de donat. quęst. xiiij. versic. quæro an disp. donatioq; ob merita in personas aut solidi non capaces, aut omnino incapaces collata nullius est momenti, qua fine supergreditur merita, vt Alex. l. si donatione. nu. iiij. C. de collat. Iaſ. & Dec. l. petens. C. de pact. Chaſſan. in cõsuetud. Burgund. rub. vij. §. v. nu. xlix. Tiraquel. l. si. vnquam. verb. donatione. nu. 71. & seq. C. de reuoc. donat. & idem atteſtãtur Soc. consi. xij. nu. ix. lib. j. Bertrand. consil. clxiij. nu. ij. lib. v. ſtabiturque ea in re iusto iudicis arbitrio, vt frequenter placitum effantur Iaſ. consil. cliiij. nu. v. lib. ij. Loazes in alleg. alien. pro Marchione pag. 193. num. 3.

20 *Et donatio fieri* potest per verba de futuro, ad instar stipulationis. vt ff. de verb. obligat. l. v. §. stipulatio. & per verba de præsenti. & tunc potest fieri nudo pacto. vt C. de donat. l. si quis argentum. §. fin.

Comparatur inter se vendere quasi & donare: vt

Quia sicut venditor tenetur tradere aliquid secúdum rem vel æstimationem: Sic donator tenetur tradere rem donatam. l

Et si donatio incepit à traditione, non tenetur donator de euictione rei. vt ff. de donat. l. Arist.

Sed si incepit à nudo pacto tunc tenetur. vt C. de iur. dot. l. j. & C. de euict. l. ij.

21 *Et donatio causa mortis inter coniuges nullius est momenti*, comune ait Dida. Cou. in rub. part. iij. nu. ij. de testa. donationemq; causa mortis nequit illa mulier absque cognatorum authoritate concinnare, cui facultas contrahendi absq; illorum consensu adempta est. commune dicit Iasl. ij. ff. de leg. lib. j. etsi veriùs contrariam opinionem veriorem censeat Alciat. l. ij. ff. de verb. oblig. Item donatio causa mortis non exigit hereditatis aditionem, vt confirmetur, sed morte ipsa donantis perfectum robur nanciscitur. Rubeus. cons. xj. nu. vj. latè Dida. Couar. in rub. part.

part. iij. num. xxij. de testa. Iul. Clar. de donat. quæst. v. vers. scias tamen. Reuocatur aũt tacita etiam voluntate, vt cõmune inquiũt Alc. l. nõ oĩs. ff. si. cer. pet. Did. Cou. d. part. 3. nu. 18. & ipsa donantis conualescẽtia, cùm donatio instanti mortis periculo facta est, aliàs enim secus, vt Alciat. & Couar. d. loco. nu. xxiii. si tamen *donator absque hærede decesserit, etsi donatio ob mutatam donantis voluntatem reuocata sit, sustinebitur*, quemadmodum frequenter placitum inquiunt, contrarium de iure verò verius affirmantes Dida. Couar. d. part. iii. nu. xxiiii. Iul. Clar. ad fin. tract de donat. vers. in hoc tamen. Deniq; donatio causa mortis conditionibus impossibilibus, aut turpibus non vitiatur, commune fantur Rip. l. ii. nu. vi. ff. de leg. lib. i. Vigl. in. §. impossibilis. nu. ii. Instit. de hæred. instit. Eman. à. Cost. l. cùm tale. §. si arbitratu. limit. ij. num. 2. ff. de cond. & demonstr. Anton. Gomez. de contrac. c. 4. nu. 17. ver. vij. infero.

22

Donatio ob causam seu sponsalia largitas, est donatio qua sponsus sponsæ, per verba de futuro, vel è contrà, sponsa sponso donat aliquid purè, & non respectu dotis, vt per ipsum donatarium, nisi matrimonio non ósecuto, ac impedito, nõ repetatur,

ſecund. gloſſ. hîc. in §. eſt & aliud. in ver. exæquentur. & Angel. nu. 3. adde l. cùm veterũ. C. de donat. ante nupt. dicta Græcè ἀντιφερνὰ, quaſi contrà, vel mutua donatio. Et vulgò hanc donationem propter nuptias dotem viri nuncupamus, cùm æqualis ferè ſit in iure doti mulieris.

Et hæc donatio ob cauſam, id eſt, ſponſalia largitas reuocatur,

Matrimonio non ſubſecuto propter caſum aliquem, & tunc interueniente oſculo reuocatur in totũ quod ſponſa donauit: Sin verò ſponſus donauit, tantùm dimidia pars repetitur, l. ſi à ſponſo. & ibi Angel. C. de donat. ant nupt.

Aut eſt defectus in parte donatarij, quò minùs conſummetur matrimonium, & tunc ſi non acceſsit oſculum, cogitur omnia reſtituere q̃ accepit. Angel. d. l. cùm veterum. C. de donat. ant. nup. de quo vid. Bald.

Donatio propter nuptias, eſt remuneratio quædam facta vxori à marito, propter ipſius dotem, vt ſoluto matrimonio meliùs ſit ei proſpectum. Authent. permiſſa & ibi Dd. C. de donat. ante nupt. vel eſt, quam facit ſpõſus, vel aliquis eius nomine ſponſę, vel alteri nomine ſponſæ. Magna eſt autem cognatio dotis & donationis propter nuptias. *Dos*

Maritus lucratur fructus dotis matrimonio adhuc durante: Soluto autem matrimonio, de iure ciuili dos ad vxorem, vel ad eum qui dedit reuertitur. L. ij. ff. solut. matrim. & l. dos à patre. C. eod. vel ad eius hæredes.

Dos & donatio propter nuptias in hoc tamen differunt:

Sed vxor non consequitur fructus donationis propter nuptias: nam hi conceduntur marito propter onera matrimonij, secundum Bald. in d. authent. permissa. debet autem esse in dote & donatione æqualitas. Authent. æqualitas. C. de pact. convent. Et æquitas suggerit vt ibi sint dotis & donationis emolumenta, vbi sunt matrimonij onera. vt. ff. de iur. dot. l. dotis fructus. & l. plerunq; §. seruire. Hinc pars q̃ nihil attulit, nihil accipit, & quæ minùs dedit quàm promisit, tantum consequitur quantum ab ea allatum est. Authent. Sed quę nihil. C. iam. d. tit. Et hæc redit ad maritum vel eius hæredes.

Licet dos & donatio propter nuptias conueniant:

Quia sicut dos non potest alienari à marito etiam consentiente vxore, vt infrà titul. prox. §. j. licet possit renunciari alteri hypothecæ, vt C. ad Velleianum l. etiam. &. l. iubemus. & authen. siue à me. sic donatio propter nuptias non potest alienari.

Quia sicut dos redit ad mulierem soluto matrimonio, sic donatio propter nuptias ad virum, & consulitur mulieri ex donatione si res dotales non existant. vt in authent. de æqualit. dot. §. j. collat. vij.

Quia sicut maritus efficitur dominus dotis, sic vxor efficitur domina donationis propter nuptias.

24 *Dos est quod datur à muliere marito.* l. si rem æstimatam. ff. de iure dot. vel ab eius patre, vel extraneo. vt in §. accedit. l. vnica. C. de rei vx. act. Bart. vult dotem esse, proprium patrimoniũ mulieris: quẽ vid. in rub. ff. fol. mat. dos est proprium patrimonium mulieris. l. iij. §. ergo etiam. ff. de minorib. vt Azo in summ. & Bart. in rub. fol. mat. quod propterea datur marito à parente vel ab extraneo, vt onera matrimonij

monij sustineat. l. j. l. dotis fructus. & l. res in dotem. ff. de iure dot. quasi mulieris thesaurus, ad vitæ necessitatem conseruandus. Et dos non est ius vniuersale, vt cum Barto. Iason & alij cauillantur, quorum sententia non potest vllo colore defendi: subscribendum itaque Baldo & ijs qui rectè sequuntur eum. Dn. Zasius dotem esse ius incorporale haud negat, id est quandam qualitatem legalem, quoddam ius, quod intellectu colligitur, quod versatur circa corpora dotalia. & ex eo censeri incipit ex quo nuptiæ celebratæ sunt, etsi nec matrimonium adhuc copula consummatum fuerit, nec vxor ad viri domum deducta sit, locumq; statutis inde faciet, quæ ipsius partem aliquam mortua absque liberis vxore marito addicũt, receptum effantur Corne. l. non sine. C. de bon. quæ lib. & cons. 84. lib. 3. Bal. Nouell. de dot. part. vj. priuil. 38. Roland. in tract. de lucro dot. quæst. 16. num. 9. Viu. lib. j. opin. 399. tametsi contrarium receptum asserant Socinus. l. cum fuerit. ff. de cond. & demonst. Dec. cons. 67. col. vlti. Felin. in rubr. col. xi. & seq. de sponsal. Rip. in rub. num. 68. ff. sõlut. matrim. & ante eos sibi aduersus Corne. consil. 248. lib. 2. è quorum scriptis posteriorem opinio-

onem frequentiùs Doctorib. probari, prorem veriùs efferri ducimus.

15 *Et maritus vbi dotem, vel dotis partem ex alicuius statuti constitutione lucrifacit, dotem vel dotis partem solutam, non verò duntaxat promissam lucrabitur*. vt vult Beroius decis. xxij. nu. 7. 9. & 13. & qui id dogma argumentis illi contrarijs tutari nititur Viuius li. j. opin. 319. col. ij. & seq. mihi tñ contrarium verius & non minus receptũ videtur cum Alex. & Iaſ. l. ſi donaturus. §. j. ff. de cond. ob cauſ. Soc. conſ. 32. in pſenti conſulatione. col. penul. li. 3. & qui communem concluſionem aſſeuerant Curt. iun. conſ. 119. præſupponitur. paulò antè fin. Tiraq. in fin. de retract. conuent. nu. 33. & ſequent. vbi ampliat idem fore tametſi ſtatutum de dote data, aut de dante dotem expreſsim meminerit. quod etiã abſq; dubio probari debet. nec requiritur præterea, vt huiuſmodi ſtatutis locus ſit, vlla copula, aut vxoris in viri domũ deductio, vt vult Roland. à Valle in tract. de lucro dot. q. 17. nu. 9. vnde longè minùs ambigi poterit, cùm vel per vnam noctem vir atq; vxor ſimul concubuerint. vt receptiſsimum affirmant Viuius vbi ſup. poſt Tiraq. in tract. res inter alios acta. limitat. 44. & l. ſi vnquam. ver. donatione

tione largitus. C. de reuoc. donat. quin & cùm post matrimonium de præsentibus absq; copula contractum vxor religionẽ profitebitur, maritus dotem, dotisúe partem ex eius generis statuto lucrifaciet. vt Iaſ. conſ. 135. col. j. li. ij. & qui eum laudat Viuius d. opin. col. iiij. non tamen maritus nominetenus ac putatiu⁹ huiusce statuti prærogatiuis fruetur, vt receptum affirmat Roland. d. tract. q. 98. n. 1. 6. & 13. sed in ijs q. *attendetur de dote lucranda statutum*, quod in mariti domicilio viguerit, non verò quod in ipsius vxoris vel patria vel domicilio conditum florebit. vt Iaſ. lect. j. nu. 24. & lect. ij. nu. 60. l. cunctos populos. C. de sum. trinit. Soc. iun. consilio xiiij. lib. j. Curt. iun. conſ. cxxix. Viui. d. opin. col. penult. vbi quàm plurima ad materiam vtilia congerit. & hæc sententia profectò mihi verior & receptior videtur, quicquid in contrariũ scribat Purpur. d. l. cunctos populos. nu. 120. memineris autem porrò, quòd eiusmodi emolumentum liberi prioris matrimonij superstites non remorabuntur, nec impediẽt, si vel de illis statutũ expressim meminit, vel meminisse coniecturis asseq; possum⁹, vt receptũ interpretũ dogma esse prodiderunt Boerius decisione cxiij. 26

num.

num.4. Beroius in famil. q. 119. nu. j. Pariſ. conſ. 12. col. 4. lib. 3. Obſeruabis hac in re denique quòd maritus ſecundò nuptæ ac liberis prioris matrimonij præditæ nõ maiorem dotis partẽ lucrifaciet, q̃ ad vnũ ex illis liberis peruenerit, tametſi certam dotis partem illi ſtatutum aliquod diſertè addicat. commune ait Bertrand. l. hac edictali. num. 20. de ſecund. nupt. ſubduceturtamen & legitimi illius filij portionis ratio, vt vult Aymon. Crauet. conſil. 193. num. 12.

27 *Si quippiam pater reliquerit filiæ dotis gratia, ac poſteà viuus eandem filiam collocauerit, & dotauerit, non ideo impedietur poſteà filia illud relictum petere, quatenus excurrit, ac ſupergreditur dotem ſibi præſtitam,* vt fuit famigerata ſententia Old. quem referunt Bald. & Ang. l. Lucius. j. ff. de leg. libr. 2. Alex. num. v. Iaſ. num. 19. l. huiuſmodi. §. cùm pater. ff. d. leg. lib. j. Are. l. continuus. §. cùm ita. col. ij. ff. de verbor. oblig. Alexand. conſ. vij. nu. x. li. j. Iaſ. l. filia. num. 3. C. de leg. Soc. conſ. cx. n. 3. li. 3. Bened. in c. Raynutius. ver. dotem. num. 14. de teſta. Dec. con. 81. nu. 6. Pariſ. conſ. 61. n. 38. li. 2. etſi nil ampliùs filiam poſſe petere aſſeruerit Dynus, quem laudant, ac ſummopere probant Cuman. nu. vii. Paul. nu. iiij. Imol.

iiii. Imol. ad fin. d. l. Lucius. rurſ. Imol. d. §. cùm pater. col. ii. Campeſ. de dote. pär. i. q. 36. Hippol. l. vna. nu. 27. C. de rap. vir. ſed certè quicquid ſit, ſuperior ſententia & vera omnino eſt, & indiſtinctè recepta, ſeu pater pro filia maritanda, ſeu pro dote filiæ reliquerit. labunturque maximè qui Bart. eam diſtinctionem d. l. Lucius aſſcribunt, inter quos primas obtinet Paul. conſil. ccxiiij. libr. j. & qui falsò, ac perperam frequenter placitam illam ſcripſit Palat. Ruu. in repetit. c. 3. notab. §. 12. num. 8. vt aduertit Dida. Couar. ex aliorum mente. c. officij. num. x. de teſta.

Certa, quæ ſecundum patrimonium promittentis, & conditionem eius cui promiſſa eſt, accipienda. l. ſi cum ea. C. de dot. promiſſ. l. cùm poſt. §. gener. ff. de iur. dot. Et dotem ſi pater, ac filius accepiſſe ſimul confiteantur, præſumetur pars dimidiata ad filium peruenisſe, & alteram dimidiatam patrem accepiſſe, vt Crauet. conſ. xij. Viuius libr. ij. opin. clxix. & opin. ccxv.

Per præceptionem legata: quæ eſt ante captionem. l. fundus. ff. famil. herciſc. Et dotis nomine legatũ non anteà debetur, quàm matri-

moniũ ſubſequatur. vt ait. Corn. conſil. ccxix. lib. iiij. Nouell. de dot. parte 6. priuileg. 50. Dida. Couar. c. 3. nu. 2. de teſta. quicquid dicat commune cõtrarium Imol. l. Titio centum. §. genero. n. 7. & nu. 10. ff. de condit. & demõſtrat.

Promiſſa. eſt Zaſio inueſtigatio vtiliſſima: quem vid. tit. ſolut. matrim. licet diſceptẽt Doctores an hæc dos promiſſa, dicatur dos: quaſi ſit ibi determinatio diminuens, & an in ſtatuto veniat nomine dotis ea, quæ necdum tradita eſt, ſed promiſſa. Et dotis promiſſor pater, ſi decedens filiæ quippiam leget, compenſandi animo legare videbitur. Alex. num. 3. Iaſ. nu. 8. l. huiuſmodi. §. cùm pater. ff. d. leg. lib. j. Iaſ. l. vlt. nu. 2. C. de lega. Soc. reg. ccxxxij. Campeſ. de dote, par. 3. q. c. Pariſ. conſ. 95. nu. 38. li. ij. Item dotis vel à patre, vel ab extraneo promiſſæ, ac nõ ſolutæ nomine poteſt maritus vxorem domo pellere, vt Did. Couar. de ſponſa. ij. par. c. 7. nu. ij.

Dos ferè dicitur, vel

Profectitia, quæ à patre vel parente profiſciſcitur, qui filiam pro rerum ſuarum viribus dotare compelluntur. Et dotis profectitiæ actio in ſolidum emancipatæ filiæ quæritur. vt Rip. l. ij. §. quod ſi in. n. 14. ff. ſolut. mat. & dotis ab auo, vel matre

tre ꝓfectæ iudicium inire ac peragere filia fam. & absq; patris cõsensu potest. vt Ias. l. quod locum. nu. xj. de collat.

Aduentitia: est quam nemo ex paternis bonis, sed quispiã extraneus alicũde dedit. Et dotis huius fructus q̃rebantur mariti patri, q & dotẽ penes se habebat, & ex ea filiũ, ac nurũ alebat, vt Alex. l. si cum dot. §. trãsgrediamur. n. 9. ff. solut. mat. Io. Crot. in ij. repet. l. si constante. nu. 117. ff. illoeod. tit. Arius Pinel. l. j. part. j. nu. liij. C. de bon. matern.

Magna, quæ non valeat, adeò vt collatio circa nullam versetur ꝑem ex patris impersuasibilitate: sic enim legẽdum idem, & quidẽ rectè monet Al. nõ aũt illã ꝑtem, vt vulgata habet trãslatio. in Authent. collat. vij. paulò ante finem.

Lucrosa, quæ honestis rationibus acquiritur: & dotis causa quoad mulierẽ lucrosa cẽsetur, quò ad maritũ sem ꝑ in onerosis ponit, vt Ias. §. itẽ si quis. n. 30. instit. de act. ꝓlixè insignis Pinel. l. j. par. 3. pagi. 125. C. de bon. mat. ac Did. Cou. desponſ. ij. part. c. viii. §. vi. num. 12.

Parua, quæ si amissa sit, ex hæreditatis rata portione resarciri filiæ valeat. Et dos si ob statutum aliquod filiabus à succes sione exclusis assignari propinquorũ

consensu debet, non minor portione illarum legitima assignari poterit. vt Grammat. decis. cj. num. xx. & Viuius libr. j. opin. 313. licet contrarium mihi magis ac magis arrideret: quia frustra statutum alioqui conditum esset, frustra eius & propositum, & intentio habebitur. sed ea de re alibi.

Dos denique legitimè restituta mulieri aut patri soluto matrimonio, non plus dicitur dos, sed nominabitur patrimonium mulieris: sicut hæreditas adita, postquam est adita, non plus dicitur hæreditas, sed patrimonium hæredis. l. sed si plures. §. filiæ. ff. de vulga. Dos autem nõdum restituta, quanuis matrimonium sit solutũ, rectè dicetur dos. per text. l. j. §. taceat. C. de rei vxor. act.

28 *Dotis autem actio filiæ non patri competit*, quando illius restituendæ filiæ ipsi stipulatio interposita est, tametsi & dos profectitia sit, & eius tã administratio, quã vsusfructus penes patrem futurus sit, cõmune dicit Curt. iun. cons. clij. num. j. & numer. 3. & dotis aduentitiæ vsusfructus matrimonio soluto ipsimet filiæ, non eius patri quæretur, vt Ias. nu. 17. Rip. nu. x. l. ij. §. quod si in patris. ff. sol. matrim.

nec

nec dotis restitutio de nihilo facta constante matrimonio non obstabit, quin maritus posteà, atque eius hæredes teneãtur. vt Ioan. Coras. l. qui liberos. nu. 114. ff. de rit. nupt.

Attamen *dotis repetendæ actio*, si maritus ad pauperiẽ vergat, vel foro cedat, & constante adhuc matrimonio competit. Ludou. Gomez. §. fuerat. nu. 41. Instit. de act. amplia autem, etsi paupertas illa non ipsius negligentiæ, aut culpæ, sed fortunę adscribi debeat, commune fatur Palat. Ruu. in rep. c. §. 24. in princ. de donat. inter vir. & vx. Excipe cùm dos soluto matrimonio restituenda extraneo erit, quia tunc agi non poterit. vt ait Gomez. vbi sup. aliàs aũt matrimonio constante nũquam dotis actio nascitur, vt commune infit. Ioan. Coras. l. qui liberos. num. 41. ff. de rit. nupt. quod verum erit, etiamsi vxor à viro sæuienti foras expellatur, vt Alexand. cons. lxxviij. lib. ij. Viuius libr. j. opin. 222. quin nec alicui etiam cum iuramento cedi poterit, vt Socin. iun. cons. 55. num. 11. libr. 2. vt dotis lucra non iure communi, non domicilij vxoris statutis, sed consuetudinibus, ac statutis maritalis domicilij reguntur, vt Ias. l. arrogator. n. 44. ff. de adopt. & l. j. lect. j. nu. 24. & lect 29

ii.num.60. C. de sum. trinit. Curt. iun. consil.cxxix.nu. 6. atq; illa maritus non confert vnquam, vt Florian.l.filia.§.si filius.col.4. ff. famil. hercis. Bald. Nouel. de dot.par.vj.special.37. Campes.de dot. etiam parte.v.q.vij. Deniq; dotem redditurus ob matrimonium impedimento antea existenti solutum maritus non habet priuilegium, ne conueniatur solùm, quatenus facere potest, sed & totam dotem cogitur refundere, & nullam temporis dilationem impetrat. Bald. Nouel. de dote part.ij.nu.28. Did. Couar. de sponsi. ij.part.c.vj.§.viij. & num.xxiiij. & nu.vl.

Dotis seu donationis priuilegium propter nuptias.

Commisso adulterio à marito, vxor ciuiliter contra eum agens, lucratur donationem propter nuptias, secund. Panormit.c.plerunq;.ext.de donat.inter vir. & vx. & §. quia verò plurimas. in Auth. Vt liceat matri vel auiæ.

Pactum de lucranda dote, in fauorem mulieris, etiam ad donationem propter nuptias extenditur. c. fin. §. sane.extr.eod.

Marito vergente ad inopiam, vxor donationem propter nuptias à creditoribus reuocare potest. l. vbi. & ibi Auth.donationē quoq;.C.de iu. dot. Tamen

Tamen maritus expensas in exigendis dotis nominibus positas de quantitate ipsa nominum exacta corradet, vt cõmune ait cum Plumb. Corn. l. j. C. de bõ. mat. Ioan. Crot. l. frater à fratre. nu. 123. ff. de condict. indeb. quamuis contraria opinio verior ac receptior sit, vt vult Pinel. d. l. j. par. ii. nu. 7. C. de bon. mater. 30

Tributa verò atque onera pro rebus debita soluet absque dubio maritus ex ipsis bonorum dotaliũ fructibus: id enim verè receptissimũ affirmat idem Pinel. illa ead. parte ii. nu. 72. ver. primò igitur amplia. Et maritus interim dum matrimonium constat dotis dominus censetur, nõ vxor. vt Salic. l. in reb. n. 5. C. de rei vendicat. Alex. consi. cvj. li. 5. Bal. Nouel. de dote, part. viij. priuil. viij. nu. j. & l. j. nu. 227. ff. solut. matrim. & Arius Pinel. l. i. part. 3. nu. xiii. C. de bon. mater. Eius autem bona etsi pro dote ipsa tacitæ hypothecæ subiiciantur, tamen pro vxoris alimentis non tacitè obligata dicuntur, cõmune dicit. Rom. consil. cccclxiii. vti dotis causa quæ tacitæ adiungitur hypothecę non euanescit ob sequutam illius expressionẽ, vt commune ait Boer. decis. 332. poteritq; debitori cedi, vt idem Boer. 335. nu. 3. Itaque demum dos si infra dimidium mi-

nor dicta dataue est, tam viro quam mulieri ipsi subuenietur ex remedio. l. ij. C. de rescind. vend. vt idem Arius contrarium in vxore meritò probans ad eandem l. part. j. c. iiij. nu. 33.

Et ne epilogi loco huius tit. obliuiscamur addere resolutiones insignium quæstionum vulgatarum: Quod dare dotem tam nuptæ filiæ, quàm nubenti teneatur pater, vt Alexand. consil. 169. num. 2. li. 7. Iaſ. §. fuerat. nu. 97. Instit. de action. Arius Pinel. l. ij. part. j. c. 4. nu. vlt. C. de rescind. vend. quod procedit etsi sine patris consensu nubat. vt Dida. Couar. de sponsal. ij. part. c. iij. §. 8. nu. 7. & quamuis ante 25. annum nubat, quando digno nubat, vt prodit Curt. iun. in authent. res q. num. 25. C. communia de leg. si tamen pater inops fuerit, cogetur ad id mater dives, vt ait Coraſ. l. qui liberos. lect. ij. nu. 112. ff. de rit. nupt. & hæc atque illa bona alioquin alienari prohibita ad huiusmodi officium rectè alienabit, vt Boer. decis. cxxix. num. 4. & seq. Viuius libr. j. opin. ccxj. nec me fugit Alexan. sibi aduersum consil. lxj. num. 4. libr. vij. receptam opinionem dixisse, vt pater nuptam filiam dotare non cogatur, quod etsi mihi non admodum improbetur, tamen minus re-

31

cep-

ceptum & praxi insolens existimo, si tamen filia indigno nupta fuerit, dotem illi dare pater non obstringetur, quamuis eam expresim filiæ promiserit, vt Rip. l.j.num.59.ff.solut.matrim.Paris.consil. xxix.num.65.lib.3.Sed dotem nepti non aliàs tenebitur auus dare, quàm si filius pauper sit, vt Socin.senior.consil. xxxiij. col.vlt.lib.3.Socin.iun.consil.lxxix.nu. xv.lib.3.Et dotem sorori consanguineæ fratres necessariò dabunt, vt Palat.in repet.c.per vestras.col.371.§.27.num.1.de donat.inter vir.& vx.ac Pinel.l.j.part.3. num.cj.C.de bon.mater. Anton. Gom. l.xl.Turi.num.75. Potest ergo donatio propter nuptias seu dos, præcedere & sequi matrimonium.

TITVLVS OCTAVVS.

Quibus alienare licet vel non.

SVprà quum dictũ fuerat qualiter dominia rerum acquirũtur iure gentium & ciuili: & quod effectus dominij esset rẽ posse alienare. vt ff. de re iudic. l. fructus rei. idcirco Imperat. hoc tit. tractat duo paradoxa: vt non dominus alienet, & dominus non alienet. iuxt. Theophil.

1 *Alienare dicitur, qui ius aliquod dominij transfert.* vnde qui rem vendit, antequam tradat, nullum ius dominij transfert, neque alienasse dicitur. Traditionibus enim dominia rerum transferuntur. Alioqui Alienationis verbum latè patet. nam ad directi & vtilis dominij translationem, ad vsucapionem, ad pignoris nexum refertur: idq; siue à lege, siue in contractu, testamentoúe prohibita sit. Pro-

2 priè tamen *Alienatio est, cùm directa dominia transferuntur.* vt Alciat. de verbor. significic. Verùm alienatione prohibita, intelligitur prohibita omnis alienatio siue iuris directi, siue vtilis, siue alterius cuiuslibet, per l. fin. C. de reb. alien. non alien. & Iason. §. item si quis in fraud. Instit. de action. Item generali significatione alienationis, venit pignoris obligatio in prohibitione legali: in iudiciali enim, quòd ea strictior sit, locum non habet. l. in quorum. ff. de pig.

Alienatio fit ergo
- *Iuris & dominij rei translatione in alium obtenta actione.*
- *Vsucapione.*
- *Nexu pignoris.*
- *Vsufructus concessione.*
- *Alterius seruitutis cõstitutione*
- *Vel debitæ remissione.*

Ita

Ita vt propriè tamen & strictè tantùm ea *dicatur alienatio, qua dominium transfertur vel amittitur*. l. j. C. de fund. dot. Et im propriè latiùsque, vt iam. d. est per schema, comprehendens seruitutem, & hypothecam. vt Salic. l. vlti. nu. j. C. de reb. alien. vel non. Soc. cons. lxxv. num. 2. libr. j. Afflict. c. j. §. aut si libellario. nu. 30. quib. mod. feud. amit. Rip. l. vlt. q. xlij. ad fin. C. de reuoc. donat. Beroius c. nulli. n. 21. de reb. eccles. non alien. 3

Alienationis prohibitio compromissum impedit. vt Deci. cons. 39. num. 4. & cons. 44. & 475. Afflict. lib. iij. cõst. Neap. rub. v. num. 52. latè Tiraquel. de iur. marit. gl. v. nu. 202. Blanc. de compromiss. 4. part. num. 28. Paris. cons. lxxxv. n. xv. li. 3. quin & transactionem vetat, vt commune referre haud verebor ex Ias. l. vlt. num. 122. q. x. C. de iur. emphyteu. Tiraquel. vbi suprà glos. v. num. 205. q. xx. & copiosiùs de retract. lign. glos. xiiij. à num. lx. Et alienationis prohibitio, quæ vel alicuius contemplatione fit, vel quocunq; modo alicui vtilis est, valet, ac firma est, vt commune ait Curt. iun. cons. cxxj. num. 2. 4

Alienari autem res restitutioni subiectæ ob possidentis delictũ nequeunt. Ias. in authent. res quæ. num. xx. C. communia de legat.

Marito, etsi enim dominus dotis is est, vt sup.d. est,& vt vult Bal. l.doce ancillam.C.de rei vendic. Tamen fundum aut rem dotalem, præsertim immobilem & inæstimatam,etiam cum consensu, & iuramento suę coniugis distrahere aut obligare alteri nequit secund. Bart. l. j. num. 18.ff. solut. matrim.*Secus verò si res dotalis esset mobilis consistens, in numero, pondere, mensura.*

Item si est æstimata, aut maritus est soluendo: tunc enim alienatio licita est: per eundem Bart.d.loc.

Item nec ex parte personæ alienantis aliquando est licita: propter delictum. vt l. Manichæos.C.de hæreticis & Manich.

Alienatio (etiam propriarum rerum) non est licita:

Pupillo vel minori, ob defectum consilij: nam is nec naturalem possessionem rei mobilis vel immobilis in alium sine tutoris auctoritate trãsferre potest. per text. hic .§. nunc admon.& l.non omnis.§. fin. ff.si cert.pet.Qui etiam si solutionem sine tutoris auctoritate accipere possit, vt ea fiat locupletior: non tamen soluere potest sine consen

su

ſu d. tutoris.

Adulto: quod verum eſt in alienatione rerum immobilium, etiam confirmata iuramento adulti, aut conſenſu tutoris. Secus autem eſt in mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. de quo Ioan. Fab. in d. §. nunc admon. num. 1. 2. & 3. & Angel. ibid. num. 4.

Ei propter quem eſt alienatio. & ſic arma non poſſunt vendi infidelibus. vt. c. ita quorundam. extr. de Iudæis.

Subiecto, propter defectum ſuperioris. c. hoc conſultiſsimo. de reb. Eccleſ. non alien. lib. 6.

Reiquoque ligitioſæ, pendente adhuc lite, alienatio fieri non poteſt. de quo habetur eod. tit. de litigoſ. C. vel rei ſacræ. vt ſupr. de rer. diuiſ. §. ſacræ.

Dominium aut probatio ab eo exigi haud debet qui vel cum vēditore, vel cum illius hærede agit. vt ait. Matthe. de Afflict. deciſ. xl. *alias vel communi opinione vel fama probabitur*, vt volet Chaſſa. in conſuet. Burgund. rubric. 1. §. 2. gloſſ. et la preuuc. nu. xv. non tamen inde probatur, quòd rem ſibi traditam vacante poſſeſsione, ac precium à ſe numeratum quis oſtendat, niſi & venditorem fuiſſe dominum commō-

5

ſtret.

ſtret. Turzan. opin. cxvj. *Et dominium ſine poſſeſſione quæri nil vetat.* vt Aret. numer. j. Iaſ. num. 8. in rubr. ff. de acq. poſſeſſ. Aret. rurſ. l. certi condictio. §. ſi nummos. nu. 36. ff. ſi cert. pet. Alex. l. venditor. nu. 9. ff. de pact. Anton. Gomez. de contract. c. vltim. numer. 29. pagin. 119. col. ij. in fin. Item dominium & in incorporeis cenſetur. vt Alex. nu. 4. & nu. 6. Socin. num. j. Rip. xxvj. Berengar. cap. ij. numer. 12. l. naturaliter. §. nil commune. ff. de acquir. poſſeſſion. Roderic. Soare. in maioratus quæſt. clxxxix.

6 *Dominium prætereà quibus caſibus ſine traditione transferatur, non ſolùm vtile, ſed & rectum transferri intelligitur.* vt Aret. l. j. colum. vltim. ff. de leg. libr. prim. col. j. Iaſ. & l. vltim. numer. xxvj. C. de ſacroſanct. eccleſ. & l. j. col. j. in fin. C. communia de legat. Gom. §. ſic itaq; . numer. xxvj. Inſtitut. de action. Dominium quoque etſi nuda traditione non transferatur tranſferetur tamen, cùm vel inutilis contractus præceſſit, vt eſt gloſſ. opinio. l. contractum. ver. vel id. C. de fid. inſtrumen. recepta iuxt. Salic. illic. num. 11. Neguſ. de pignor. iiij. part. num. xxxix. verume- nimuero non transfertur à ſimplici tra-

ditio-

ditione, si nec re ipsa, nec spe, titulus, aut causa subsit. commune dicit Anton. Gomez. l. xlv. Tauri. numer. xxx. Et *dominij translatio contra venditionis naturam est.* vt Alexand. numer. 3. Iaſ. numer. j. l. vlti. ff. de condict. ſine cauſ. Socin. l. certi condictio num. 22. ff. ſi cert. pet. quod tamen perquam ridiculum eſſe obſeruat meritò cum multis Arius Pinel. in rub. ij. part. c. iij. numer. xv. C. de reſcind. vendit. vbi etiam numer. xvj. multos ſubſannat, qui ſaltem de venditionis natura illud non eſſe receptum ſcripſerunt. Denique dominium vtile qua à iure prætorio, qua à ciuili manat, non verò à natura proficiſci etiam docet Iaſ. l. ex hoc iure. num. xl. ff. de iuſtit. & iur.

Id, quod Iure gentium acquiritur: quod quidem ſine poſſeſſione acquiri non poſſit. l. frater ad SC. Trebellian. l. j. de bon. poſſeſſ. §. j. Inſtit. de acquiſitione. per adrogat. & titul. prox. ſequen. cum ſimilib. Dominia autem iure gentium primò diſtincta non fuerunt: vt commune fantur Galiaul. in rubrica numero clxviij. ff. de verborum obligat. Iaſon l. j. numero 43. ff.

Dominium ergo diuiditur, in

43.ff.de acq. posseſſ. Arius Pinel. in rub.part.j.cap.1.numer.11. C. de reſcind.vendit.

Id,quod iure ciuili acquiritur.quod maximè ſine poſſeſſione poſſit acquiri. l.à Titio.in fin. ff.de furt.l. cùm heredes in princip.de acq.poſſeſſ. Dominia etiam iure ciuili atque etiam Principum conſtitutionibus quæſita princeps, vel ex plena poteſtate nequit auferre, vt commuue ponit inſignis Pinel.in rubr. part.j.cap.2.nu.ix.C.de reſcind.vendit. ea tamen vel ex iuris gentium contractu parta auferre poterit,ſi publica vtilitas ita exigat,vel iuſta cauſa ſubſit. vt Alex.conſi.361.nu.x.lib. 2.quem alicubi retulit Turzan.ac poſt eũ Viuius.lib.1.opin.ccxliii.

7 *Et dominus ſimpliciter appellatur in iure ciuili is,qui quoquo tempore vſucepit.* l. ſi finita. §. Iulianus.de damno infect. Eraſmo conditionis nomen dominus eſt,nõ honoris:tyrannicum, non magnificum: Barbaricum, non Romanum. Et leonem,ait,cui mancipia ſint, dominum rectè dixeris.Et deducitur à domo domini ap-

ni appellatio, οἰκεῖον proprium Græci vocant, & à domo deriuant.

Dominus autem fit is cui traditur ex causa

- *Emptionis.*
- *Donationis.*
- *Dotis.*
- *Mutui.*
- *Legati.*
- *Hæreditatis.*
- *Solutionis.*
- *Transactionis.*
- *Sententiæ.*
- *Alienationis vel similibus.*

l. traditionib. C. de pact. l. nũquam nuda. de acq. rer. domi.

Attamen alienationis prohibitio nihil vetat, quin veneant bona mobilia, quæ à seruante seruari nequeant. vt Aretin. c. prælatorum. num. x. de accusat. sicuti Alienari prohibita non proscribuntur proscriptis bonis omnibus. vt Gramm. decis. cv. num. 31. Iul. Clar. in pract. §. vltim. q. lxxviij. versic. item quæro. sed alienata in fraudem, & ante delictum admissum, posteà proscribuntur, secus si & post susceptum crimen absq; fraude alienentur. vt Iul. Clar. d. q. lxxviij. vers. solet etiam. cum seq. 8

Creditores seu exactores, ratione pignoris conuentionalis. & si hoc pacti sunt licet nō sint domini. nā si actum & denunciatum sit de illius venditione, iuxta conuentionem vendi debet. Quod si venditionis nulla facta est mentio, vna denunciatione precedente, & elapsō biennio, pignus alienari poterit. Sin verò inter partes expressē conuenerit, ne pignoris distractio fiat, facta trina denunciatione cum lapsu biennij, aut minori etiam temporis spacio, per iudicem fiet condemnatio siue adiudicatio, vt pignus alienetur, & distrahatur. §. contrà autem. & gloss. hîc in verb. certus modus. & Bart. l. si conuenerit. ff. de pignor. act. & Cepoll. caut. 23.

Res alienas distrahere possunt autem:

Iudex vel officialis, qui non est dominus rei, & tamen per sententiam suam dominium rei transfert ad alium. §. fin. infr. de officio iudicis. & l. 2. ff. si ex noxal. cauſſ. agat. &c.

Imperator vel princeps. §. j. supr. de vsucap.

Prælatus Ecclesiæ. Authent. hoc ius

ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles.

Tutor vel curator. l. interdum. §. qui tutelam. ff. de furt.

Procurator seu administraor habens liberam administrationem. §. per traditionem. supr. de rer. diuis. & §. nihil. eodem.

Alluuio seu fluuius, l. ergo. §. alluuio. ff. de acq. rer. dom.

Seruus habens peculij administrationem. l. fin. ff. de pignor. act. l. si cùm venerit. eod.

Creditor non tantũ is dicitur, qui dedit pecuniam mutuò vel crediderit: sed etiam (licet impropriè) *cui quoquo modo debetur*, i. is cui ex aliqua causa debetur quid. l. creditorũ cum l. seq. ff. de verb. signif. Creditor actiua est contractus pars, & ideo dignior debitore, qui censetur passiua. Gloss. & Dd. l. j. in princ. de verbor. oblig. vnde & qui mutuò accipit, quodam modo creditoris seruus efficitur. gloss. l. fideicommissa. §. si rem. de leg. iij. Attamen creditor nec dicitur is, cui à legato, nec is, cui à delicto debetur, vt asserit cõmune Ripa in rub. nu. 92. ff. si cert. pet. Quamuis creditor vt quis dicatur, satis sit, vt fidem alterius secutus sit, vel verè, vel legis in- 9

terpretatione. l. qui in fraudem. §. ex omni. qui & à quib. manum. hinc creditoris est quod debetur, non debitoris. Nam Iabolenus de iur. fisc. id bonorum cuiusque esse dicit, quod æri alieno supereſt.

10 *Iudex dicitur quasi ius dicens populo, siue quòd iure disceptet. Iure autem disceptare,* est iudicare. Et iudex est, qui iurisdictione propria, aut sibi delegata & commissa, ius habet super causas litigiorum cognoscendi. Et qui ex propria iurisdictione illud habet, dicitur iudex ordinarius: qui verò ex delegata, dicitur delegatus, extra ordinarius. Interdum impropriè ponitur. l. penult. ff. de arbitr. dicitur & iudex animatum ius. mesodicus autem Græcè quasi mediarius Latinè, à medio & iure composito vocabulo. Quoniam qui medium consequitur, is ius suum obtinere videtur. vid. Bud. l. ius ciuile. de iustit. & iur.

11 *Imperator, Pater patriæ, Augustus, Pontifex maximus, à Senatu Populoque Roman. appellabatur:* hic delectum faciebat, milites cõscribebat, pecunias colligebat, hostibus bellum indicebat, &c. Alciat. de Magistr. Rom. veteres scriptores honorificentissimè locutos esse de Imperatorib. satis indicat Tertullianus in de corona Militis,

&

& ad Scapulam. Quin & ætate Diui Hieronymi obseruatum est, tantam etiam-num Imperatorum autoritatem fuisse Romæ, vt illorum literis, Orientis atq; Occidentis Episcopi Romam contraherent, ac non potiùs Rom. Pontificis: præsertim, cùm Constantinus iam Sylueſtro cessisset Imperium. At pòst iam profectioribus rebus Christianis parciùs loquuntur posteriores scriptores. Pighius, mirus adsertor potestatis Papalis, cõtendit Imperiũ nostrũ, quod autoritate Ecclesiastica cœpit in Carolo magno, magis legitimum esse, quàm illud vetus, quod cœpit in Iulio: atque proinde pendere ex Rom. Pontificis iudicio: non contrà. At moribus nostris receptum est iam olim, Imperatorem verum fieri, qui Septemuirorum Germaniæ, quos Electores vocamus, suffragijs Cæsar, hoc est Romanorũ Rex designatus est. vt latiùs apud Liguriũ lib. ij.

Prælatus Ecclesiæ dignitatis nomen. vt Panormit. c. quamuis. de verbor. significatione. 12

Tutor est defensor pupilli, qui ante omnia personæ attribuitur pupillari, vt eum alat. l. dum plures. §. cùm tutor. ff. de administrat tutor. & tit. C. de alimentis pupill. 13

præstan. Deinde ne res pupillares neglectæ pessum eant, aut vitientur, ad tutoris officium pertinet. l. propter litem. §. licet datus. de excus. tutor. E diuersò *Curator* imprimis constituitur, vt rebus minoris sedulò prospiciat: deinde, vt personis opera sua adsit, iuxta l. diuus Marcus. ff. de offic. præsid. cum similib. Vnde fit, vt appellatione tutoris aliquando contineatur curator. vt l. ij. ff. de tut. & curat. dat. ab his. & l. pater. §. conditionum verba. ff. de condit. & demonstrat. nihilominus etiam tutorem eum appellamus, qui magis negligit, quàm pupillum tuetur. vid. Alc. in comment. ad l. inde tabernacula. de verbor. significat.

14 *Procurator qui aliena negocia, mãdato domini administrat. Procurator itaque Cæsaris,* (quem alij dicunt generalem) *qui res Imperatorias procurabat*: de quo est tit. libr. j. ff. vbi Vlpian. ait: Quæ acta & gesta sunt à procuratore Cæsaris, sic ab eo comprobari, ac si à Cęsare gesta essent. Et *diuiditur procurator in Defensorem & Procuratorem.*

15 *Defensor, est rei conuenti. Procurator, a-*
16 *ctoris.* Tametsi defensor etiam appelletur ipsius actoris procurator, qui specificum mandatum non habet. l. seruum quoq;. §. ait prætor. de procurat.

Allu-

Alluuiones sunt vel fluminum, vel maris, 17
vel pluuiæ, aut dimersiones, aut translationes locorum. Eluuiones fossæ, pluuia factæ. Et per alluuionem, vt ait Iustin. §. prætereà. supr. his Instit. de rer diuis. lib. 2. hoc. id videtur adijci, quod ita paulatim adijcitur, vt intelligi nõ possit, quantum quoquo temporis momento adijciatur.

Seruus apud Romanos erat, in quem ius bel 18
li exercere victores noluerunt: sic dictus quòd seruaretur, nec occideretur. Hic mos à Lacedæmonijs manauit, Plinio teste. Solebant autẽ hos, capta ciuitate, sub hasta vẽdere: quod ius in Auenticis exercuit in Gallia Iul. Cæs. in Sclasis Alpinis populis. Vnde definitur *seruus*, qui dominio alieno contra naturam, iuris constitutione subijcitur, ita vt serui appellatione etiam ancilla contineatur, sed non è conuerso sub ancillæ appellatione seruus. l. seruus. de lega. iij.

Et super hæc solent hi versus recitari:

Princeps, Augusta, Iudex, aut Officialis.

Tutor, Curator, Procurator, Eluuius q̃,

Creditor, Exactor, Prælatus, Seruus: habentur

Hi numero bis sex alienantes aliena.

19 *Princeps, hic accipitur pro Imperatore: aliàs, apud Hispanos maximè, dicitur Regum primogenitus princeps, regnum mortuo patre adepturus.* Et princeps est lex animata in terris. Auth. de consulib. sub fin. & Authent. quib. mod. natur. effic. legit. solutusque legibus traditur, hoc est, nulla iuris positiui solennitate arctatur. Verùm illis, quę ex iure diuino & naturali placuerunt, ligatur. Bald. l. fin. C. de leg. Magistratus verò municipales suis legibus, quę vulgò statuta vocantur, ligari, rectè censuit Bartolus, quòd & ipsi de populo sint, & tantùm electione temporaria eliguntur decuriones. Salomonius pulchrè tractat principis cùm prerogatiuam tum potestatem, in Commentar.

20 *Augusta*: mulieres esse & Augustas dictas, præter historiam Vlpian. indicat, quum. l. princeps. ff. de legib. aiat: Augusta licet legibus soluta non est.

21 *Officialis substantiuè minister magistratus dicitur. Adiectiuè, quod ad officium pertinet, vel quod de officio tractat. Et officialis alius à Vicario est Pontificij iuris peritis.* Apud Bartolū de officialib. haud scitu indigna legere licet. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori,

tori.ff.de oper.nou.nunciat.Bartol. quoque Rex, princeps, Episcopus, venit nomine officialis, sed perpetui, cui interim quoad principis, maiorisue nutum, magistratus constitutus est, adæquatur per text. vt ait, notabilem, l. iurisperitis. in princ.de excus.tut.Zasius adnot. l. principalib.ff.si cert. pet. varia esse officialiũ genera.Sunt enim,ait, *Rectores prouinciarum,Præsides,Gubernatores:Prodomini,siue, vt vulgò vocantur,Vicedomini, Administratores sine Iurisdictione & cum Iurisdictione, Aulici, quos Palatinos vocant, Sunt & alia multa genera.*

Sicut habemus de Offic. in ff. & in C, hi officiales sunt aliquando perpetui,aliquando administrant ad tempus. de quibus loquitur l.periculum.ff.si cert. pet.

Exactor, vulgo habetur pro collectore. & 22
hic dum est pullicus non debet res vendere gratiosè, nec in subhastationibus fraudem committere.l.si quis. & ibi Bal. C.de rescind.vendit. hinc *Exactor gabellarum*, vel collectarum, dolo exigens, & prætextu officij,dicitur furtum commit tere.l.etiam.& ibi Bald.C.de furt.Et *exactor publicus* tenetur in foro conscientiæ ad lucrum, quod facit de cambio pecuniarum.l.j.& ibi.Bart.C.de aur.publ.lib.

x. *Exactor communis* tenetur satisfacere communi de suo, quatenus fuit negligẽs in exigendo: sed repetit ab his, quos exigere debuit. l. misi. & ibi Bart. C. de exact. trib. lib. xj. & Bart. l. 4. §. si actor. de re iud. Sed Bart. aliter, loquitur l. munerum §. mista. ff. de mun. & honoribus.

23 *Exactor denique collectarum Papæ* in certa Diœcesi dicitur negociorum gestor Camerę Apostolicæ, & potest substituere plures, scilicet vnum post alium, non omnes simul. Rota in decis. cclxix. Si collector. in nouis. Item debet probare de potestate sua per literas, sed substitutus eius potest probare per testes. Rota in decision. cclxx. Dixerunt &c. in nouis. Et sic collectarum exactor debet seruare statuta, & consuetudines loci exigendo, etiã si habeat mandatum à superiore de compellendo debitores. Bald. l. j. C. si propter pub. pen.

24 Item circa §. *Contrà autem creditor pignus.* venit notandum, Quòd modus alienationis pignoris habeatur. l. fin. C. de iur. domin. impetrand. & ibi per Dd. Nã triplex est pignus scilicet *Conuentionale, promanãs ex cõuentione, creditoris & debitoris, Iudiciale, & Prætorii vel Cõtumacionale.*

25 *De pignore Conuentionali,* quod scilicet ca-

capitur ex conuentione creditoris & debitoris, sic distinguendum est. quia vel actum est inter eos qualiter istud pignus debeat alienari, vel non est actum. Si primum, in alienatione seruanda est forma conuentionis. Si secundum, tunc creditor debet debitori denunciare per se, vel per sententiam interlocutoriam iudicis, vt pignus luat, id est, liberet siue redimat. quod si non fecerit, debet creditor expectare per biennium à tempore denunciationis vel protestationis, si debitum sit liquidum, vel à tempore sententiæ debitum liquidantis, quãdo debitum non est liquidum. Et tunc potest pignus alienare, videlicet vẽdere si reperiat emptorem. quod si non reperiat emptorem, tunc vel debitor est præsens, vel non est præsens. Si sit præsens, debet sibi denunciare vt prius. Et si tunc pignus non luat, poterit ipsum vendere. Sed si non est præsens, datur à iudice triplex tempus. primum ad inquirendum debitorem, & sibi nunciandum, vt pignus suum redimat. secundum tempus, quo debitor potest venire & pignus suum luere, si fuerit inuentus. Sed si non fuerit iuuentus, datur tertium tempus, infra quod si non venerit, potest pignus adiudicari ipsi creditori.

tori. *Debet tamen pignus æstimari*, & si plus valeat quàm debitum, hoc restituetur debitori vel alteri creditori eius cum fideiussione. Et si minùs valeat, manet creditori salua actio cõtra debitorẽ de residuo. habet tñ debitor post istã adiudicationẽ adhuc biennũ quo potest pignꝰ luere soluẽdo damnũ & interesse: & hoc habet ex vrbanitate. Dicit tñ Angelus, qꝫ istud intelligiẽ de creditore fœneratore. l. debitorib. ff. de re iudic. Sed si creditor nõ sit fœnerator, & non sit actũ inter creditorẽ & debitorẽ, tũc statim quãdo debitor est in mora, potest creditor post denunciationẽ etiam extraiudicialem pignus vendere. vt. ff. de pignoratitia act. l. si cũ venerit. Et si actũ sit inter eos quod pignus nõ debet alienare, nihilominus tamen post trinam denunciationem poterit creditor pignus alienare. sed non debent istæ denunciationes sub vno prætextu fieri, vt dicendo tribus vicibus. solue mihi. Sed inter vnam & aliam ad minus debẽt mediare tres dies. vt d. l. si cũ venerit. Et post hoc creditor expectabit biennio de iure. sed per statuta & cõsuetudines locorũ aliter fit, vt in gl. d. l. fin. C. de iu. dom. imp.

26 *Sed pignus iudiciale* est, quod capitur in causam iudicati. Et istud potest alienari iux-

iuxta tempus datum iudicatis, quod cõmuniter est quadrimestre, id est, quatuor mensium, vt in c. quod ad consultationem. extr. de senten. & re iudic.

At pignus prætorium est, quod capitur in contumaciam partis non comparentis. Et ideo vocatur etiam pignus *Contumaciale*. Et istud alienatur arbitrio iudicis, vt l. cum proponas. C. de bonis. autor. iudic. possid. Et ita tenet Dyn. l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect. 27

Ergo pignus conuentione datum atque acceptum, non antè vendi poterit, quàm post moram à debitore admissam biennium præterlabatur. vt etiam Alexand. volet. num. 6. & num. 27. Iaf. num. 5. & seq. & l. debitoribus. ff. de re iudic. at prætorium pignus ob rei non comparentis contumaciam captum tunc venditur, vt supr. vt confirmat Neguzant. de pignoribus. vj. part. j. membr. numer. 8. nihil autem vetat quin pactio & valeat, & iusta habeatur, vt pignus iusto precio emptũ sit, vel simpliciter, vt distrahatur, nisi intra certum, statutũq; tempus debito satisfaciat. communia ꝓpdunt Tiraq. de retr. conuent. in fin. nu. 136. & nu. 138. Arius Pinel. in rub. par. ij. c. j. numer. 26. C. de rescind. vendit. 28

Interim pignus liberare debitor inuito creditore 29

ditore potest, si aliud æquè idoneum offerat, vt est Accur. opin. l. si Titio. ff. de pignorib. sic vulgo & intellecta, & magis cõmuniter probata. vt apparet ex Cremensi singul. liij. Deci. l. plus cautionis. nu. iij. ff. de reg. iur. & l. ij. §. mutui. datio. lect. j. colum. vlt. ff. si cert. pet. & l. si pater. C. de collat. Neguzant. de pignor. j. memb. iii. part. nu. xxj. Sed contrarium tamen Emanuel Soarez sentit pro se allegando l. si rem. §. omnis. ff. de pig. act. & text, iuncta cõmuni interpret. l. si mandato meo. §. j. ff. mandati. arguendo de fideiussorib. ad pignora. vt fac. Iul. Clar. l. qui autem §. j. ff. de constit. pec. affirmant autem id in terminis Aretin. col. vlt. Ias. limit. xj. Rip. nu. 21. Purpur. nu. 101. in d. §. mutui datio. Cagnol. d. l. plus cautionis. nu. vj. nec glo. autoritas accuratè perpensa quic quam obesse videtur.

30 *Et si quis acceperit pignus minùs idoneum, vel pignus operosum iam aliàs acceptum cum alio vilissimi precij pignore commutauerit, nõ opem vllam illi feret.* l. ij. C. de rescindend. vendit. vt frequenter placitum disertis literis prodit Arius Pinel. ad illam eandem l. part. ij. cap. j. num. 20.

31 Et pignus si tanto obligetur precio, vt nulla solutionis spes sit, potiùs alienatũ, quàm

quam pignoratum censebitur. vt Socin. et qui eum laudat Fanens. de pignor. iij. part. membr. iij. nu. 10. quin & cùm pro summa ipsius valorem æquante pignoratur, alienati loco habetur, acsi alioquin alienare prohibitum sit, eam ob causam pœnis alienationi impositis locus fiet. Anton. Gomez. de testa. c. vlt. nu. 39. col. iij. Vnde autem pignus sit dictum, dicemus alibi. vt in indice reperias.

Condicere autem est rem suam in iudicio petere personam pulsando vel inquietando, dicendo ipsam sibi obligatam esse ad dandum aliquid vel faciendum: vnde dicitur indebiti condictio. Et tractum est à veteri obseruatione: quia olim erant in vsu solennia verba quę oportebat actorem cùm litigabant coram iudice condicere id est simul dicere quum litigaret: vt si caderent à syllaba, caderent à tota causa. Et quia in personalibus actionib. hoc obseruabatur, ideo personales actiones dicebantur condictiones. Dein priuata solennitas in dissuetudinem abijt, & tamẽ nomẽ mansit, vt personales actiones adhuc dicantur condictiones, quamuis non sit necesse hanc solẽnitatem obseruare & hæc verba condicere. 32

Licitatio est venditio proposita. sicut cùm 33

ali-

aliqua res publicè venalis exponitur, & vnus offert decem & alter xv. quum proclamatum est qui plus offert eam habebit: ille qui plus offert dicitur alterum vincere licitatione. vnde cùm alterum sic intendit superare plus offerendo in quacunq; negociatione, licitatio est, & q licitatione vincet rē feret. C. de sacrosc. eccles. authen. qui res: & hoc modo intelligi debet, quòd alienatio debet fieri cum licitatione, vt scilicet tradatur plus offerenti.

Debitor soluens pupillo potest habere

Plenam securitatem: vt dum soluit pupillo sine auctoritate tutoris. nam ipso iure non liberatur. sed habet exceptionem doli mali, per quam liberatur. vt hîc in tex. si pecuniam saluam habeat pupillus. Sed si malè consumpta est vel pupillo ablata, tunc neq; ipso iure, neq; per exceptionē doli mali, liberatur. vt hîc. ff. de solut. l. in pupillo. Sed potest pupillus vel alius nomine eius, & non extraneo nomine adhuc istam solutionem petere. vt ff. de solut. l. filius.

Pleniorem: vt si debitor soluat cum auctoritate tutoris: quia ipso

ipso iure liberatur: et quia legitimè factum est, non reuocatur. vt C. ad Trebel. l. sancimus. Si tamen pupillus pecuniam solutam non habeat, sed perdita est, restituitur, vt C. si aduers. sol. l. j.

Plenissimam: vt cùm debitor soluat cũ decreto iudicis: et tollitur restitutionis remedium. vt ff. de minorib. l. ait prætor. §. quia tamen. Et dicitur istud decretum Iudicis præceptum, quòd iudex dicit Præcipio, vel Volo vt soluas. ff. de minorib. l. ait prætor. §. permittitur. Et debet istud decretum iudicis fieri sine sportulis & expensis pupilli, vel debitoris. vt C. de fruct. & lit. expen. l. finali.

Debitor propriè is dicitur, cui nulla cõ petit exceptio: strictè autẽ accipitur, vt is sit, à quo inuito exigere possumus, hoc est extorquere. vt Accursius l. debitor. ff. de verbor. signific. 34

De bitorũ alius est
- *Verus, qui verè & iustè debet*: & opponitur putatiuo.
- *Putatiuus, qui putat se debitorẽ.*

vide l. qui se debere. de condict. cau. da. vbi rectè Zasi. licet huius intellectum nec Bar. assecutus est

Hæreditarius: qui ante aditam hæreditatem dedit damnum, vel aliquam rem

de hæredidate subripuit, vt Paulus & Caius ff. de petit. hæred.

Actionis naturalis: qui licet minùs propriè debere dicatur, per abusionem tamẽ intelligi potest debitor, & qui ob hoc pecuniam recipit debitum sibi recepisse. Vlp. l. fideiussor. §. fideiussor accipi potest. ff. de fideiusso.

35 *Securitas* apud Iurisconſ. eſt ſocordia, vel deſidia: vt *ſecurus* ipſis ſit diſſolutus, & ſine vlla cura, ſupinus, ſocors, deſes. Budæ. l. plurimùm. de iuris & fact. ignorãt. Et ſecuritas, pro ſaluo conductu, vocabulum eſt non Latinum, quo tamen interpretes vtuntur ex vernacula locutione ſumptum. vid. Bartol. in appar. l. j. ad leg. Iul. maieſtat.

36 *Plenum* pro eo, cui nihil deeſt, hoc eſt, integro & iuſto. l. fideicommiſſa. §. quanquam. de lega. iij.

37 *Locupletior dicitur factus pupillus*, quando non eſt pauperior. vt. ff. de ſolut. l. in pupillo.

Et

Et hoc fit quadrupliciter: scilicet
- *Si pecuniam saluam habeat.*
- *Si habeat rem emptam pro pecunia.* vt l. eum 4. C. de vsuc. pro empto.
- *Si cõsumpsit rem quam pro sua propria pecunia fuisset empturus.*
- *Si dolo consumpsit pecuniam.* vt. l. j. §. an in pupillum. ff. depositi.

Pecunia non solùm est numerata pecunia, verùm etiam omnis omnino pecunia, hoc est, omne corpus, vt Nebris. & res. vt Paul. l. pecuniæ. ff. de verb. signific. imò & patrimonium. 38

Et pupill' soluit creditori suo
- Quia aut facit cũ tutore. Et tum aut res, quæ soluitur, non potuit alienari sine decreto iudicis. Et si non potuit solutio non tenet. Et potest res soluta repeti. vt ff. de rebus eor. l. si pupillus.
- Vel potuit. & si autem potuerit alienari sine decreto iudicis tunc tenet solutio facta à pupillo cum tutore, vel ab adulto cum curatore si habeat curatorem. vel sine curatore si non habeat. & hoc si debitum sit

ciuile & naturale. Si enim debitum esset naturale tantùm, posset repeti quod solutum est. vt ff. de condict. indeb. l. interdum.

Aut sine tutore, & tum non tenet solutio: quia nõ transfertur dominium, nisi res soluta fuerit consumpta. vt. ff. si cert. pet. l. non omnis. §. final.

39 *Pecuniam accepisse* dicemus, etiam eum, qui aliquid pro pecunia accepit. Vlpia. in fin. l. j. de calumniat. Et pecuniam antiqui à pecore deduxerunt: quòd vniuersa eorum facultas in pecorum fructu esset. Pecunia enim, & signatum æs, ad vsum comparanda necessaria: quæ moneta, & nomisma, non reperitur introducta ab Homero: qui ne minimarum quidem rerum exquisitas mẽtiones, Camerario teste, omisit: & permutationem rerum diligenter perscripsit. Qua ratione & peculium dictum, quod quis sua industria acquirit. Alciat. de verborum significatione.

TITVLVS NONVS.

Per quas personas cuique acquiritur.

Dictum

DIctum quia est suprà qualiter res nobis acquiritur iure gentium & ciuili, ea gratia hic Iustin. agit de causa instrumentali dominiorum. Et quia non acquiritur res solùm per nosmetipsos, sed etiam per alios, idcirco hoc tit. tractat. Imper. Qualiter res cuique acquirantur etiam per alios: veluti & infr. tractat per quas personas nobis obligatio acquiratur. Quos, inquam, acquirendi modos idem Imp. quibus acquiritur dominium seu possessio (veluti omne quod acquiritur, aut dominium est, aut possessio, aut obligatio) enumerat.

Per quas personas autem cuiq; acquiratur videas.

Per suam personam cuique. vt l. acquiritur. ff. de acq. rer. dom. quæ principalis est acquisitio.

Per liberos nostros: quos in potestate habemus. quò ad profectitia & aduentitia bona. vt l. cùm oportet. C. de bon. quæ liber. (non autem quoad Castrense peculiũ quod sibi acquirunt, vel quasi castr.) ita vt nobis parentibus ab ijs in totum acquiratur, Proprietas ad filios tamen posteà rediens, Pos-

ignoranti, rei proprietas etiam acquiritur. l. si procurator. ff. de acquir. rer. dom. l. si me in. §. sed si. de acquir. possessione.

Per procuratorem vel coràm, vel per epistolam constitutum, tam possessio quàm dominium constituenti acquiritur. d. l. si procur. ff. de acq.

Denique per eum qui filium emancipat olim tertiam illius bonorum partem quò ad proprietatem. *Hodie tamen dimidiam,* quò ad vsum fructum acquirit.

Acquisitum autem propriè id Iureconsultis dicitur, cuius rei dominium translatum est: ideo & acquirere hoc tit. suam emphasim habet, sicut fermè in vniuerso iure, quod non modo assequi, sed etiam dominotenus nanciscì significat. Et acquisita res dicitur Hostiensi, vel empta, vel quouis tit. lucratiuo habita. aliàs acquiri dicitur ei, ad quem commodum pertinet. l. si extraneus. in fin. ff. de iur. dot. Et acquirere hoc est nãciscì dominium rerum, potest homo donec viuit. l. si creditoris. in fin. ff. de separat. 1

Persona tam hominem quàm qualitatẽ hominis & conditionem significat. hinc *personalis actio*, quę in personam fit. Vlp. haud 2

ineleganter accipit Personas. l. fundi. de act.empt.pro figuris eminentibus in ędificijs,è quarum rostris aquæ salire solent. Extat epistola Ant. Codri Vrcei ad Ioã. Garzonem Iurisconſ. celebrem, qua super huius vocabuli propria significatione,quàm eleganter differit, lectu profectò digna. Seneca personam vocat, cùm præ se fert aliquis, quod non est. Cæterũ *persona in criminibus dupliciter consideratur: et eius qui fecit, & eius qui passus est*: vt ex Iureconſ. Placentinus, vt omnia,exactè declarat lib. vj. Personę item appellatione,teste Alberico, ciuitas, municipium, castrum,collegium,vniuersitas,& quodlibet corpus continetur. Et *personæ dignio-*
res quæ sint,quæq; haberi debeant,iusto iudicis arbitrio statuitur. vt Dec.c.sedes numer.vij.de restitut.spoliat.

3 *Liberi,nedum filij,sed & nepotes,pronepotes,& deinceps nati dicuntur.* Vlp. de pollicit.l. inter liberos nepotem quoque contineri,Diuus Pius rescripsit. Paulus: Liberi vocantur vsque ad trinepotem.l.Iurisconsultus.§.parentes.ff.degradib.affinit.Calistratus,Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæteriqúe qui ex his descendunt, continentur. hos enim omnes liberorum appellatione Lex xij.

tab.

tab. comprehendit. *Liberos habere* autem 4
qui dicantur ostendit Alexan. Neapolit.
c. xv. lib. j.

Potestatis verbo plura significantur, ex 5
quibus hæc quinque connumerat Paulus
ff. de verbor. signifi. quamuis sint & alię.

Potestates appellamus

Cùm simpliciter sic magistratus appellamus: quod tamen antiquiores de maioribus magistratibus, hoc est merum imperium habentibus intelligebant. Hos Græci Dynastas vocant, nos Principes potentes.

Dum dicimus Episcopos Ecclesiæ etiam fundos in potestate habere. id est, in cura & administratione.

Cùm Tutorem in pupilli caput dicimus potestatem habere, hoc est, auctoritatem. vt supr. de tut. in princip.

Dum sua potestate quis fecisse dicatur, quod propria autoritate fecit. 5
Authent. vt defuncti, seu funera eor. paulò post princip. Sed & in edicto prætoris potestatem sui facere non intelligitur, qui sui copiam, vt conueniatur, non facit, quales sunt absentes, qui latitant.

Cùm denique illud quoque in potestate

state consistere existimemus, quod in actu non sit, sed esse possit. vt attestat. Alciat.

6 *Profectitia bona in dubio esse præsumuntur, id est, à patre profecta, quæ filius habet.* gl. & Dd. hoc tit. §. quod autem. in ver. prospera. Item presumuntur esse patris, licet filius ea possideat. l. ij. & ibi Bald. C. de pat. pot. & per Bal. in auth. ex testament. in vj. col. in vers. xj. capitulum. C. de col. & Bart. l. cùm oportet. in princ. in ij. col. in vers. quæro quid iuris. C. de bon. quæ liber. Et bona profectitia ex primo marito, debentur tamen filijs primi matrimonij etiamsi ipsi soli non sint hæredes. Paul. de Castr. consil. clxxj.

7 *Aduentitia bona sunt, quæ accessione quadam, & præter spem nobis contingunt:* & dicuntur etiam acquisita ex labore, & industria filij. l. cùm oportet. in princ. & ibi Car. C. de bon. quæ liber. j. col. vers. iuxta illud. *Et bona aduentitia* non computantur in legitimam. Bart. & Dd. l. in quantum. ad l. Falci. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testa. & Alex. consil. lx. vtrum ephyteusis. iij. parte. Hinc fit quòd bona aduentitia filij possunt per patrem dari in dotem filiæ. Bald. l. fin. §. ipsum. C. de bon. quæ lib. licet tamen idem Bal. videtur tenere contrarium. in ead. l. §. in

seruis

seruis. Imò quod & *bona aduentitia* filij 8
possint alienari per patrem, de consensu filij. Ang. in authent. de nupt. §. sed quid sancitum est. in vers. item ex hac glos. col. iiij. Attamen bona aduentitia filij non possunt alienari per eum in prejudicium patris. Castrens. in consil. cxxv. & l. fin. §. filiis autem. C. de bon. quæ liber. Interim alienatio confirmatur morte patris vt ibi. quamuis in hoc vlt. contrarium tenet Bald. in d. §. filiis autem. & ibi Cast. qui dicit, quòd de hoc vidit magnā quæstionem, & quòd in consulendo non audetur recedere ab authoritate Baldi. Et vt hoc addamus, etiam quòd nec talis alienatio firmatur iutamento. secundum Bald. d. §. filijs autem. de quo vid. Ioan. de Imol. c. cùm contingat in xcv. col. de iureiur. Item quòd sicut filius non potest alienare aduentitia, ita non potest iura aduentitia, aut actiones remittere. glos. & Angel. illam notat & commendat, l. & hæredi. §. filia famil. ff. de pact.

Bonorum appellatio ære alieno deducto ex 9
sermonis proprietate intelligenda est: ex mente tamen disponentis, aliter quandoque accipitur, cùm aliàs aliquid absurdum induceretur. l. si quis seruum. §. fin. de leg. ij.

Proprietatem Caius appellat id, quod est do 10
minium directum, leg. fin. de superficiebus.

Habet namq; ſuperficiarius & vſum fructum & proprietatem, ſcilicet, ipſius dominij vtilis: Directum verò dominium non habet.

11 *Poſſeſſio non à pedibus, vt vulgo legitur.* l. j. de acq. poſſ. ſed à dictione Pos: vnde fit inpos, & cõpos, & potis, itẽq; à ſedib. dicta eſt. Hinc capere ſedes, mutare ſedes, occupare ſedes, & ſimilia apud veteres exempla. Et poſſeſſio an vnam ſpeciem habeat, an potiùs plures, magna ſcribentium diſcordia eſt, vt memoriæ prodidit. Bald. c. cæterùm. col. iij. ad fin. de iudic. certum tamen eſt eam diſceptationem verborum tenus conſiſtere, quia vtriuſque ſectæ autores diſtincta vtriuſque poſſeſſionis effecta agnoſcant, ac probent, vt animaduertit Alcia. l. j. numer. 22. ff. de acquir. poſſeſſ. ſenſit Butrigar. relatus à Salicet. l. licet. num. 9. in fin. C. eod. & certum deinde quoq; eſt longè receptius ac frequentius interpretum dogma eſſe, *vt duas poſſeſſionis ſpecies conſtituamus, quarum altera naturalis, altera ciuilis ſit.* vt conſtat ex Alb. col. iij. Paul. col. iiij. Alexan. numer. 13. & numer. 53. Aret. numer. 18. Iaſ. numer. 53. Crot. numer. 39. Aemil. Ferrar. col. iij. in d. l. j. ff. de acquir. poſſeſſ. Dyn. in reg. ſine poſſeſſione. de reg. iur. lib. vj. aſſerit tuti-

&

& receptius Salic. d. l. licet. numer. 9. ad fin. C. de acq. poſſ. & qui id accuratè tutantur Rub. num. 19. & num. 29. Bereng. num. 68. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ. Anton. Gomez. l. xv. Tauri. numer. 19. Rebuf. in iij. tom ad leg. Gallic. tit. de mat. poſſeſſ. in princip. Confirmatur autem in primis hæc opinio ex multis iuris locis, in quibus nõ fruſtra vel coniunctim vel diſiunctim naturalis & ciuilis poſſeſsionis mentio fit. confirmatur deinde ex alijs iuris authoritatibus, vbi naturalis poſſeſsio, p corporea ponitur, & è cõtrariò, quaſi illa vt ſpecies à iuſta ac legitima poſſeſsione differat. ex alijs itẽ, in quib. naturalis poſſeſsio perſonis iuris incapacibus aſcribit & ijs in caſib⁹ cõceditur, in quib. tit. im, pbatur. Præterea ex alijs legũ cõſtitutionib⁹, in quib. is poſsidere negatur, qui alibi poſsidere naturaliter dicit, vt de depoſiti cuſtode, de colono, de commodati ſuſceptore nuſquam non videre licet: qui autem ſolos iuris effectus hîc atque illic hocce diſcrimen conſtituere vociferantur, non admodum certè animaduertere videntur, id duntaxat accommodari poſſe iuſtæ poſsidendi cauſæ, bonæ vel malæ fidei, perſonæ iuris capaci, vel ſecus, nonverò &

referri

referri posse ad solam animi retentionem. Si quis tamen in contraria profectos nosse, ac percurrere velit, adeat Cumanum num.x.Ias.num.54. Socin. colũ. vlt.Rip.nu.27.& nu.30.Ruin.n. 14.Zas. nu.15.atq; Alciat.d. l. j. ff.de acq.posses. Cuman.rursus leg.sed.si nolit.ff.eod.tit. Zas.l.ij.pag.v.ver.deiecit.ff. de orig.iur. Coras.d.§.nihil commune.nu.14.Franc. Connan.lib.ij.cap.x.

14 *Vsusfructus est ius in corpore quod perit cũ corpore*.l.j.ff.de vsufr.Et est pars dominij pleni,quod dicitur ex proprietate, & vsufructu.l.iiij.& ibi Bartol. ff. eod. tit. & Bartol.l. iiij. de seruit.in princ.in ij. col. in ver. item quia vsusfructus. & in Spec. de procur.§.ratione quoque constituentis.ver.&nota.& seq. Aliàs *vsusfructus appellatione venit omnis commoditas* rei. l. vsufructu.l.item si fundi.ff.de vsufr.Flor. in d. rubr. post Cyn.in rubr. C. eod. tit. Bart.Cep.in d.tit.de vsufr.Item simplex vsus,quatenus persona indiget.Fl.vbi suprà.glos.l.& puto.§.j. aliàs est l. Iulianus. in ver.communicari.ff.famil.heriscs.Item venit dominium.Flor.vbi supr.& l.Proculus.eod.tit.vbi dicit dominium videri concessum,cõcesso vsufructu castri. Item proprietas in casu. d. l,Proculus. Et

vsus-

Vsusfructus in actione personali dicitur interesse. Bal. l. j. ij. col. in ver. quæro quid. C. de bon. matern. Tamen semper est quod æstimetur minùs quàm proprietas. vt Ang. in authent. de nupt. §. si verò solùm. l. si quis in tantam C. vnde vi. vbi Alexand. 15

Vsusfructus alius ẽ Casualis, qui cohæret dominio: alius Formalis, qui apud aliũ est per modum seruitutis. Per Dd. & Bald. l. vsufructu. j. col. in versic. quartò præmitte. ff. solut. matrim. l. si fundi. de condictio. indeb. post gloss. in ver. fundi. ff. de vsufru. & Bartol. Cep. de seruit. rustic. c. de vsufru. & not. l. si ita stipulatus. §. Titius. vbi Alex. de verb. oblig.

Vsusfructus aduentitiorum bonorum verò confertur fratribus, quia fuisset quæsitus patri, si vixisset. Salic. & Alexan. l. vt nemini. C. de collat. Cyn. & Rapha. l. si emancipati. eod. tit. & Bart. l. potest. vlti. col. ff. de collat. dot. & Alex. l. si emancipati. de colla. 16

Vsusfructus & proprietas per quæ verba denotentur, & per quæ non, Maria. Socin. in consil. x. ij. col. versic. circa secundam quæstionem. in j. volum. 17

Vsus-

18 *Vsusfructus autem si alicui cum onere vel rei non alienandæ, vel seruitutis constituendæ legetur, & proprietas simul legata censebitur.* vt placitum ait Arius Pinel. ex immensa doctorum congerie: contrarium ipse tamen sentiens. l. j. part. iij. nu. 41. C. de bon. matern.

19 *Vsucapio est adiectio vel acquisitio dominij per continuationem temporis l. diffiniti.* l. iij. ff. de vsucap. Et vsucapio sine possessione non procedit. Specul. de pri. & secũd. decret. §. iam de effectu. ver. sed nunquid iste. & Card. in Clem. j. viij. no. de sequest. possess. vbi etiam dicit requiri titulum bonæ fidei. addo text. l. sine possessione. ff. de vsucap. & in reg. sine possessione. de reg. iur. lib. vj.

20 *Seruus venit appellatione rerum* l. omnia §. cùm ita. & ibi Bald. de leg. ij. Et an possideat aliquid, cùm à domino possideatur. in Specul. de acto. ver sic. item excipitur contra actorem. & seq. & vers. monachus. quòd non. *Seruus acquirit sanè domino.* in Spec. de instrum. §. nunc autem. ver. item opponere. nam per se non possidet vel ciuiliter vel naturaliter, sed detinet tantùm, vt asinus sellam. l. quod seruus. ff. de acq. possess. & ibi Dd. l. stipulatio ista. §. hic quoq; ff. de verbor. oblig.

Ex re

Ex re patris, seu ex re nostra, hoc est ex sub- 21
stantia patris, seu nostra, vel etiam nomi
ne & intuitu patris, vel nostro. vt si dona-
re volēs patri, filio familias donarit. l. pro-
fectitia. de iur. dot. loquitur etenim hîc
de peculio profectitio.

Liber homo, est cui opponas seruum. Vlpi. 22
l. j. de his qui deiec. §. hæc in factum. vers-
sic. sed cùm. quia in libero homine, in-
quit, nulla corporis æstimatio fieri po-
test, sed quinquaginta aureorum conde-
mnatio fit. Et *liberæ personæ* Vlpiano sunt,
quæ nullius sunt. l. j. de interdict.

Bonæ fidei possessor esse videtur, qui rem pos 23
sidet non suam, quam tamen suam iam putat:
& eum qui vendidit, ius vendendi habu-
isse, puta procuratorem, ac tuorem fuisse.
Contrà verò malæfidei possessorem esse
dicimus, qui nec rem suam possidet, & eā
scit suam non esse. Itaque bonæ fidei pos-
sessor vsucapit: malæfidei non item. *Bonæ*
fidei homo, qui non habet in se dolum. l.
iij. C. de peric. & commod. rei vend. & cui
tutò res creditur, vel qui rem sibi creditā
fideliter seruat.

Dominium dicitur ius in re: sed obligatio di 24
citur ius ad rem. Bald. l. error. C. ad leg. Fal
cid. & dominium, id est, proprietas, pro

ut separata est ab vsufructu. l. naturaliter. de acquir. possess.

Dominium est duplex: scilicet,
- *Operans in reivendicatione.* Quod debet plenè probari.
- *Cooperans in seruitutibus.* Quo sufficit probari præsumptiuè.

25 Vnde in seruitutibus probata contestatione seruitutis, probatur dominium rei cui seruitus debetur. Bald. l. cùm res. in fin. C. de probat.

26 *Monachi* qui dicantur, & qui *fratres*, item quo distent, pulchrè explicat Abb. c. causam quæ. de Iud. & *Monachorum*, hoc est solitariorum initia vnde sumpserint diuus Hieronymus in vita Pauli Eremitæ demonstrat. Retinent id nominis etiam qui in frequentibus locis conspiciuntur. vt & tutorem vocamus, qui pupillum negligit. Et nõ dubitandum sic *Monachum*, à iure seruo æquiparari nullum habentem rerum dominium: & pro mor tuo, quantum ad prophana negocia haberi. lege Deo nobis. Codice de Episcopis & clericis. & §. illud quoque in Authentico de monachis. Si tamen monachus negociatur permissu Abbatis, æquiparatur

ratur filiofamilias. secund. gloss. fin. & Doct. l. si longius. §. si filius familias. ff. de iudic. & Dd. c. ex parte. de accus. & per Bald. in authent. habita. C. ne filius pro patre.

Tutor facit de re pupilli quod debet, licet suo nomine, ad commodum pupilli facere presumatur, l. Lucius. §. tutorem. & ibi Bart. C. de administrat. tut. & l. Titium. §. altero. eod. tit. j. col. versic. prefectus. eod. tit. Et tutor potest emere cum pacto de retrouendendo, & sine decreto. 27

Curator quibus personis, & rebus, & ad quid dandus sit, vid. in Spec. de actore. item apud eund. tit. de curat. §. ij. & iiij. & de singulis circa singulos & in Specu. de his qui ali. no. inter. ad fin. 28

Procurator est, cui per mandatum causa per mittitur. Cognitor est, cui sine mandato causam suam agendam præsens, præsente iudice, litigator iniungit. procurator autem inuitus nũ solet dari. Inuitũ accipere debemus, Vlp. ait, non eum tantùm qui contradicit, verùm quoq; eum qui consensisse non probatur. 29

Emancipare (crassè & populariter) est extra panem suum & potestatem dimittere. Itẽque *Emancipatio* est patriæ potestatis relaxatio, hoc est actus iuris ciuilis per quẽ qui filius est pro non filio habetur: vnde 30

legitimus dicitur. l. actus. de reg. iur. id est, sola legis fictione inductus.

Castrense: quod filiusfamilias acquirit in castris ratione militiæ. vt ff. de castrensi peculio. l. si fortè. Et quod à parentibus, vel cognatis, in militia degenti datum est, vel quod ipse filiusfamilias aliunde acquisiuit: quod tamen nisi militaret, acquisiturus non fuisset. l. castrense. ff. de castrensi peculio.

Quasi castrense: quod functione aliqua, operáue, etiam ex priuatis personis, filiusfamilias assequitur, vel magistri artium, medici, clerici, aduocati, procuratores, notarij, actuarij, et id genus reliqui acquirunt. vt. l. fin. C. de inoffic. testan. l. fin. ver. memorabilibus. C. de inoffic. testa. Et ꝙ acquiritur de publico ex publico munere, est quasi castrens. vt l. cũ oportet C. de bonis quæ lib. Etiam quod Aduocati à suis clientulis acquirunt: quia accedit loco salarij publici. vt gloss. l. fori. C. de aduoc. diu. iud. & fac. l. velut. C. de assessor. licet Spec. in tit. de act. versic. quasi Castrẽsi con-

Peculium est ergo aut

si contrarium dicat. In his bonis parentes nullum ius habēt: & nequidem collatio cum fratribus locum habet. l.iiij. ff.de castrens.pecul.l.vlt.de collat.bonor.l.certum.C.famil.herciſc.

Profectitium: quod proficiſcitur à patre, vel domino, quod conceditur filio vel ſeruo (quod paganicum aliàs nominatur) id eſt filius familias acquirit ex re, vel propter rem patris, ſeu occaſione patris. vt ff.de incēd. ruin.naufrag.l.j.&l.Pollidius.§.ij.niſi filius fuiſſet talem rem acquiſiturus.vt ff.de iur.dot.l.j.§.ſi pater. Bart.tamen l.cùm oportet.C.de bon.quæ liber.dicit quòd ſi filius ex centum denarijs patris lucretur alios cèntum, tunc iſtud lucrum mediatum eſt profectititium, & mediatum aduentitium.

Aduentittium: quod filius acquirit aliunde, vt per induſtriam, fortunam, labores ſuos, ex rebus ſeu hæreditate matris, fratris, amici, viciniue, vel ab extraneo. quod & ſeruo contingere poteſt.

Dicendum eſt ergo quòd Caſtrenſia & 31
quaſi caſtrenſia pertinent filio. ſed profectitiū pertinet patri. & aduentitium pertinet patri quo ad vſumfructum, & filio quantum ad proprietatem.

32 *Et mediatim aduentitium.* d. est in *profectitio.* Ex quo patet, quòd si aliquis tradidit negociatori quingentos daleros vt emeret vina, & negociator emit vina quæ vendidit octingentis daleris, non debet iste, qui tradidit quingẽtos daleros, istud lucrum habere solus, sed negociator habebit medietatem, ob nempe suos labores & sudores &c. Si igitur filio detur aliquid occasione patris, dicitur profectitium, sed si sibi detur propter merita sua, licet donator cognoscat patrem, est aduentitium. ita distinguit text. in simili l. *socium.* ff. pro soc. & ibi per Bart. Ex quo patet, quòd si ambasiatoribus principis vel ciuitatis dentur aliqua clenodia, illa pertinent ambasiatoribus. quia præsumuntur data propter merita sua.

Sunt tamen casus alioqui in quib. pater nõ habet vsumfructum in Aduentitijs: vt

Si pater vsumfructum remisit. d. l. cùm oportet. §. sin autem res. C. de bon. quæ lib.

Si filio aliquid donatum sit eo pacto, vt pater vsumfructum non habeat. in auctent. vt liceat matri & auiæ. in princ. collat. viij.

Si filius cum patre succedat in hæreditate fratris vel sororis.

ris. vt in auctent. de hęred. ab intesta. ve nientib. §. si verò. collat. ix.

Si seruus datus sit filio, vt per eum statim manumittatur. vt C. de bon. quæ lib. l. fin.

In hæreditate quam pater prohibuit filio adire. vt C. de bon. quæ liber l. fin. §. j. & ij.

Si pater diuertat se illegitimè, ita vt bona adiudicentur filio. vt in auctẽ. vt nulli iudic. §. quia verò. coll. ix.

Si pater cõtraxit incestas nuptias. vt in auctent. de incestuos. nupt. in princ. collat. iij.

Si tamen sit dubium, an peculium sit aduentitium vel profectitium. tunc opinio plurimorum fert, quòd præsumitur esse profectitium. sicut quando est dubium an vxor acquisiuit ex rebus suis, an ex rebus mariti. vt C. de donat. inter vir. & vxo. l. etiam. Sed melius videtur dicendum, quòd inspicietur, an filius sit dilues & diligens, & pater non: vel è contrà. & præsumitur istud acquisitum esse ex re diuitis & diligentis. Et ita dicetur aduẽtitium vel profectitium. vt C. arbitrium tutelæ. l. si defunctus. 33

Peculium dicitur, quasi pusilla pecunia: siue patrimonium pusillum, nempe à 34

pecore, quod dominus olim permittere solebat seruo, vel parens filio. l. depositi. §. vlt. ff. de pecul. Itaque totum ex voluntate domini, vel patris pendebat peculium: qui potuit pro arbitrio suo augere, minuere aut prorsus adimere, modò tamẽ id non fieret in fraudem alicuius. l. non statim. & l. peculium nascitur. cum l. seq. & l. summa cum, ff. eodem titul. Verùm lata significatione pro patrimonio omni accipitur. Vlp. l. cogi. ad Trebell. quia pleriq; ὑποκορισικῶς id est, diminutiua forma, patrimonium suum, peculium dicunt. Ea quoq; pecunia, quam quis repositam in subitos casus habet, Peculium dicitur d. l. cogi.

Quadruplex ius hic considerandum:

Antiquissimum, quo pater habuit omnia, quæ acquirebantur per filium, exceptis Castrensibus & quasi castrensibus.

Antiquum, quo omnia pertinebant ad patrem, exceptis ijs quæ filio proueniebant à matre, vel ex linea materna.

Ius, quo pater habebat tertiam partem pleno iure pro emancipatione filij.

Ius, quo pater habet vsumfructum in aduẽtitijs, & filius dominium. quo etiam pater pro tertia parte habet

bet meditatem vsusfructus in emancipatione.

Antiquum ius est post centum annos obser 35
vatum vel constitutum. Archid. xvj. q. vij. si plures. in c. j. & ibi Bar. Ioan. Andr. & Dd. de iur patron. in vj. Alex. consil. lviij 4. parte. & per Socin. consil. lxxxviij. incip. In causa. ver. præterea.

Et sic *Antiquissimum: quod anteriùs adin-* 36
uentum, quasi primò & à mundi creatione.

Ius autem est, quod vel natura, vel ciuitas, 37
aut populus, vel gens, vel consuetudo iubet. *Ius* autem pluribus modis dici, Paulus tradit in vulgata l. ius pluribus. de iust. & iur.

In adeunda hæreditate per seruum, requiruntur

Iussus domini. vt §. item vobis hic.

Vt iussus ille præcedat. vt ff. de acquir. hæred. l. si quis mihi. §. Iussum.

Voluntas serui. C. de hær. instituend. l. cùm proponas.

Sed in fideicommissaria restitutione 38
seruo facienda non oportet vt iussus domini præcedat: sed sufficit suus consensus ante vel post. vt ff. ad Trebell. l. seruo. inuito. Ratio autem diuersitatis est. quia in aditione hæreditatis actiones directæ

transeunt ad hæredem,& non possunt esse in suspenso,sed in restitutione fideicõmissaria solùm transeunt actiones vtiles ad fideicommissarium,quæ possunt esse in suspenso. In legatis autem seruo relictis,non requiritur iussus,sed immediatè transeunt ad dominum:quia non continent aliquod onus, sed solùm emolumentum.vt ff.manda.l.si hæreditatem. Denique *in possessione acquirenda per seruum* non requiruntur d. tria. sed sufficit domini voluntas, vel serui.vt ff. de donat. caus. mort. l.fin. Et statim quando seruus incipit possidere,dominus incipit vsucapere, siue sciat, siue ignoret. in rebus nempe peculiaribus. vt ff. pro solu.l. ij.Secus in dominicis,quia requiritur sententia domini.vt ibi dicitur. Et non solùm vsucapit dominus per seruum, sed etiam acquirit longi temporis possessionem.vt dicit.§.ité vobis hic.in text.nost. cuius effectus est præscriptio. vt ff. de vsucap.liiij.

39 *Iussus pro imperio*,apud idoneos scriptores rarò reperitur,præterquam in ablatiuo iussu.nostri iussus,cum obliquis,vt iussum,& iusionem vsurpant.vt iussus prętoris excusat.l.si quis eum.ff.si cert.pet. Et *iussus* actum præcedit. *Ratibabitio* se-

sequitur. *Autoritas* in ipso actu interuenire debet. *Mandatum* ad futura: *Autoritas* ad præsentia: *Ratihabitio* ad præterita refertur: Consensus autem ferè ad hæc omnia. Vigl. supr. de hæredit. institut. Hinc iussum pro nomine accipimus. leg. sed & si quis. §. si duos fructuarios. ff. de vsufruct. 40 41

Iussus autem præsumitur per longam possessionem. Angel. leg. si quis mihi bona. §. iussum. de acquir. hæredit. l. si quis in aliena. in princ. eodem tit. & in l. si filij. & ibi Bald. C. de petit. hæredit. & Doctores & Ioannes de Por. l. sciendum de verborum obligat. Franciscus de Padua leg. j. iij. regu. C. qui admit. Et *iussus* finitur morte iubentis re integra. leg. qui in aliena. §. is qui. & leg. si per epistolam. & ibi Bartol. & Doctores. ff. de acqui. hæred. & per Felin. in c. eâ te. de rescriptis. nisi quando iubet exequi sententiam suam, quia talis iussus non finitur morte iubentis. in authent. vt nulli iudic. §. si verò præcepta. coll. 9. Bart. l. fundus in fin. ff. de acq. possess. Ang. d. l. si per epistolam. Item nisi iussus emanauerit sine causa: quia tunc finitur cum iurisdictione iubentis, lege j. Codice de postul. leg. fin. Cod. depositi. 42

Item

Item nisi emanauerit super eo, quod iubens teneatur facere proprio nomine: quia nunquam finitur morte iubentis. d. l. fundi. secund. Ang. & d. l. si per epist.

43 *Voluntas est facultas seu vis animi, qua bonum expetimus, malum auersamur, duce ratione.* nam mutæ animãtes duce natura, quę sensus extimulat. Papinian. voluntatem (inquit) potiùs quàm verba spectari placuit in conuentionibus contrahentium.

In hæreditate adeunda per liberum hominẽ à me bona fide possessum, vt mihi illa hæreditas acquiratur, requiritur,

- *Vt institutus sit mei contemplatione.*
- *Vt sciat conditionem suam.*
- *Vt iussus meus præcedat.*
- *Vt volens adeat.*
- *Vt velit mihi acquirere.*
- *Vt possideam eum bona fide.*

44 Et dicitur notanter *vt debeat scire conditionem suam*, quia ignarus suæ conditionis nemini acquirit. non sibi. vt ff. de acq. hæred. l. qui putat. §. qui bona fide. quòd non intendit se obligare hæreditati. vt C. si quis sibi vel alteri. l. multum interest. Non etiam mihi, si iussus non præcedat. vt ff. de acq. hæred. l. si quis mihi. §. iussum. Nec etiam si iussus interueniat. vt ff. de acq. hæred. l. sexta. §. Celsus. quia seruili necessitate præsumitur adijsse. vt

ff. de

ff.de negoc.gest.l.atqui.§.si libero. Si autem sciat conditionem suam.tunc vel volens adit,vel nolens.Si volens,non acquirit mihi sed sibi. restituit tamen mihi p condictionem sine causa,si mei institutus contemplatione.sed si nolens adeat iussu meo,acquirit mihi,si mei contemplatione sit institutus. sin minùs, nihil acquirit.vt ff.de acq.rer.dom.l.homo liber.in princ. Dicunt tamen aliqui, quòd ignarus suæ conditionis acquirit sibi.vt ff. de acquir. hæreditat. l. qui putat. §. adeò. si non mei contemplatione sit institutus. vt ff.de acq. possess.l.qui in aliena.

Possessio verò, est, aut
- *Naturalis*. vt vsufructuarius habet naturalem possessionem.ff. de acquir. possess.l.naturalis.quæ sufficit ad interdictum Vnde vi.
- *Ciuilis*. & vsufructuarius non posidet ciuiliter. vt hic §. Idem placet.dicitur.

Possessio naturalis est cùm aliquis sic posſidet,quòd est in re vel eius parte,vel saltem cùm res est in conspectu eius,vt eam videat vel partem eius.Sed *possidere ciuiliter* dicitur quis,cùm nec est in re, nec res in conspectu eius.scilicet possessionem solo animo habet & rem de iure retinet, id est,quòd sit talis persona in quam cadere 41

possit

posit possessio huiusmodi. & sic laici quandoque possident decimas & spiritualia de facto, sed non de iure. vt not. Bart. Brix. xiiij. quæsti. j. in gloss. magna, & sic non possident ciuiliter. sicut Ioan. And. habet in reg. sine possessione. libr. vj. & allegat iura.

Singulatim autem acquirendi rerum dominia de Iure ciuili, alij modi esse tote Legata, vel fideicommissa singularia. attamen hæc quũ magnam habeant cognationem cum testamentis: ideo eorum futuri sumus memores in materia testamentaria.

46 *Legata* sunt donationes testamento relicta. *Fideicommissa* verò, quæ fidei hæredis alteri restituenda demandantur.

Modi autem vniuersaliter de iure ciuili acquirendi dominia, per transitionem quidem quandam ad secundum membrum diuisionis tit. 1. li. 1.

Aditio hæreditatis. quæ alicui contigit, vel ex testamento, vel ab intestato: velut infrà de hæredit. instit. tit. xiiij. huius.

Bonorum possessionis agnitio. vt infr. de bonor. possess. titul. x. lib. tertio.

Arrogatio. vt infr. de acquisit per adrogat. titul. xj. lib. 3.

Ad-

Addictio bonorum: seu libertatū conseruandarum. vt infrà. de eo cui libertat. cauſ. tit. xij. libr. iij. j. lib. huius.

Adire hæreditatem, & bonorum poſſeſſionem imprimis ſciendum eſt, Paulū æquiparare. tametſi *Aditio hæreditatis*, quia illi è ciuili iure origo, perpetua eſt. l. licet. C. de iur. delib. Bonorum verò poſſeſſio, quia à prætore cauſam habet, temporaria eſt. Nam prætoris officium anguſtiore clauditur tempore. Hinc filius ſine patris iuſſu poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem: adire autem hæreditatem non poteſt, niſi ſcrutata patris voluntate, quum facilè peti poſſit, non excluſa ſpacio temporis. Et adeundæ hæreditatis facultas ius cenſetur, vt ait Aretin. l. iij. col. ij. ff. de acquir. hæredit. affirmant ibid. Iaſ. num. 10. & idem Iaſ. l. cùm filiofamiliàs. numer. 110. ff. de leg. libr. primo & l. licet. col. ij. C. de iur. deliber. Deci. numero iij. poſt alios in l. iij. C. de inſtitutionibus & ſubſtitut. & ſi Cuman. Riminald. & alij ad l. precia rerum. ff. ad legem Falcidiam non leuiter ea in re hallucinentur. Et bonorum poſſeſſio 47

non

non est mixti imperij, ac delegari potest, vt Curt. iun. l. j. nu. 32. ff. de iurisd. om. iud. Sicut bonorum possessio, seu quæcũque à iure pretorio profecta successio iam hodie (nam olim secus erat) non agnita ad hæredes ex sanguinis, vel iuris deliberandi vi transmittitur. vt aiunt Corn. Ias. Iacobin. de sanct. Geor. Phil. & Lancel. Deci. l. emancipata C. qui admit. Anton. Gomez. de testa. c. j. numer. xiiij. & c. 9. numer. xlv. quamuis contrarium dixerint commune Alexand. d. l. emancipata. & consil. xx. libr. j. & Ioan. Dilect. de art. testan. tit. xj. caut. xiiij. Deniq; hoc addendum quòd bonorum possessio ante aditam hereditatem accepta iudicium testantis rescindit, nõ verò ipsum testamentum. vt ait Alexand. l. j. numer. 2. C. de bon. possess. contr. tab. lib. Ias. l. vt liberis. num. 15. C. de colla. Emanu. à Cost. l. Gallus. §. & quid si tantum. part. iij. nu. 124. ff. de liber & posth



Ita

Ita vt meritò sint { Hæredes, qui iure ciuili / Bonorum possessores, qui iure prætorio } succedunt.

Hæreditatũ autẽ duplex sit conditio: vel { *à testato seu ex testamẽto* / *ab intestato,* } deferuntur. vt l. de hæred. pe tit. l. 1. lege obuenire de verbor. sig. { *quæ propriè legitimæ dicuntur*

Et sic bonorum possessio duplici iure competit. *Ex testamento* scriptis scilicet hæredib. secundum testamentum. & *ab intestato. & hæc quatuor habet capita: vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, vnde vir & vxor.* de quib. Iust. l. qui se patris. C. vnde li. nos inf. tit. de bonor. possess.

TITVLVS DECIMVS.

De Testamentis.

VBi Iustin. Imp. destinarit explanare duas species iam d. successionis ab intestato scilicet, & ex testamento: à digniori & firmiori auspicatur hoc caput, nempè de testamento. iuxt. l. quandiu. de regul. iur

Et declarat imprimis quid testa. & qualia illa olim condita testam. fuerint.

Testamentum olim fiebat

In pace, calatis, id est, vocatis bis in anno comitijs, id est populi congregatione, vt testi esset.

In bello, quod procinctum dicebatur, ex eo quòd procinct⁹ dicitur accinctus ad confligendũ paratus. vtpote cũ viri ad prælium faciendum vocabantur.

Per familiæ, id est hæreditatis emancipationem: cui per æs & libram adhibitio fieret: ad imaginariam venditionem. vt Anto. Augustin. emend. libr. 2. c. 8. Plut. de seru. nu. vend.

Ex iure prætorio. per testium subscriptionem. de quib. Gell. lib. 15. cap. 27.

Testamentum hodie fit vel

Inter paganos & horum testamentum est duplex: *Solenne, in scriptis, siue in charta, siue in tabula scribatur.* Sed requiritur hoc casu septem testium subsignatio. Et *Nũcupatiuũ.* vt. §. j. & §. fin. hoc tit. Plat. hîc. n. 3. Porc.

num

num.x. Kling.num.v. Et ad vtrunque requiruntur septem testes.

Inter eos qui castra sequuntur.

Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri voluit. 1 Vigli. putat ex Cuiac. hoc loco testamentum à sola testatione, vti donationem à dono venire. l. senatus. §. donatio. de mortis caus. donat. Quod autem text. habeat Testamentum esse testationem mentis aio Theophilum sequens etymologiam, esse magis q̃ definitionem. vt etiam Valer. libr. 6. c. 37. taxat hanc. licet Conna. lib. 9. c. j. tamen defendere videatur. de quo etiam plenè videas apud Gell. lib. 6. cap. xij. & Vlp. in frag. tit. xx. sed dicemus ergo sic interpretari testamentum vt lapidem, quasi pedem lædentem: & possessionem quasi pedum positionem, nempe, per allusionem. vt. l. j. ff. de acquir. possess.

Paganicum testamentum, est quod domi fit extra militiam, in quo habitis certis solennitatibus, seruatur iuris communis dispositio. 2 dicitur autem Paganicum à pagano, hoc est ab eo, qui non militiæ, sed rei familiari deditus est.

Castrense testamentum quod fit in castris à milite omissis testamentorum solennitatibus. 3

4 *Solenne testamentum, est vltima voluntas quam testator coram principe vel iudice, vel coram septem testibus specialiter ad id rogatis proponit in scriptis, siue propria manu, siue in secreto per alium factis, cum certa quadam solennitatum obseruatione.* d.§.j.& l.iubemus C.eod. Et valet huiusmodi testamentum quamuis testes ignorent, quid in tali scriptura, quò ad hæredis institutionem, contineatur. Vt plurimum enim solenne testamentum in secreto aliquo loco fieri consueuit, partim ad euitandum eorum odium, quibus testamento nihil relinquitur, partim verò vt ipsi testatori consulatur, ne videat hæres in testamento institutus mutari testatoris animum, atque eius insidietur vitæ & hæreditatem petat ante tempus. secundum Ioan. Fab. in §. possunt autem. num. v.

5 *Testamentum nuncupatiuum*, est quod fit coram septem testibus, omni exceptione maioribus, præsentibus & exaudientibus vocem testatoris, qui & voluntatem suam eis patefacit, & hæredem expresse simul instituit. §. fin. hoc tit. l. hæredes palam. ff. eod.

6 *Calata comitia sunt vocata consilia*, quia dum comitia calabantur, totus populus per cornicinē adesse iubebatur, & sic dicitur à concilio. Con-

Concilium verò est, cum à magistratibus iudicij causa populus congregatur. Theoph. 7
supra §. eadem lege. quib. mā. lic. vel non.

Procinctum testamentum, quod fiebat à militibus procinctis & ad bellandum expeditissimis. 8

Per æs & libram testamentum, est quod fieri poterat omni tempore per imaginariam venditionem: in fauorem eorum qui proni erant ad subitò moriendum: vt periclitarentur de vita dum fortè nondum instaret tempus ad calanda comitia. 9

Imaginaria venditio autem erat talis: aderant quinque testes & libripens (sic à libra & pendendo seu pònderando dictus, quasi ponderator: vti magis ponderare quàm enumerare pecuniam solebant veteres: vt & multis in locis hodiè obseruatur à Gallis) ciues Romani & puberes, atque his præsentibus, is qui successor futurus defuncti erat, patrimonium morituri emebat, solennibus hisce verbis: hanc ego familiam, quæ mihi empta est hoc ære, æneaque libra, iure Quiritum meam esse aio. Deinde ære percutiens libram, id æs dabat ei à quo hæreditatem expectabat, (qui Antestatus dicebatur) velut loco precij. Porrò venditor emptori nihil tradebat, sed hæredem eum tali modo con- 10

ſtituebat, vt ſcilicet poſt mortem venditoris poſſet iure hæreditatem adire. & vid. Sueton. de Domitio Neronis auo. cap. iiij.

11 *Emancipare pro vendere* vſurpat Plaut. in Curcul. & Cic. iij. Phil. Sed Faber putat (falſo deceptus quòd crediderit emancipationem ſolùm ad liberos referri: dum ſignificet tamen quamcunque imaginariam venditionem, Budæo teſte in annot. Pandect.) in hoc teſtamenti genere filiorum emancipationem interueniſſe: nam ſi hoc deliberorũ emancipatione actum fuiſſet, non omnibus conceſſa fuit teſtandi facultas. Plerique enim non habent liberos: mulieres verè etſi habeant, tamen eos non habent in poteſtate. §. fœminæ. ſuprà de adopt.

12 *Item & Prætorium fuit teſtamentum in vſu ante Principum conſtitutiones*: ſub quorum imperio auctoritas prætoria concidere cœpit. Cic. in Orat. pro A. Cluent. ſæpè obſignatorum, id eſt, notariorum meminit, vt prætorio tunc iure vſos Romanos appareat in teſtamentis. Quo & illud Horatij in Sermonum carm.

Imprimat his cura, Mœcenas ſigna tabellis.

For-

Testator debet subscribere per se vel per alium voluntatem suam.

Testator debet illam scripturam producere coram septem testibus: vel octo, si testator sit ignarus literarum.

Nec oportet vt testes sciãt quid in scriptura contineatur. Potest nanq; testamentum fieri secretè: sed testes vnâ cum testatore debent se subscribere vnico cõtextu. i. nullo actu interueniẽte

Subscriptio testatoris erit ista, vel consimilis: Ego N. volo hanc schedulam inclusam esse meũ testamentum & testatus sum omnia quæ in ea continentur.

*Forma testamẽti faciendi generalis, postea de nouo iure aliter tractatur, ibi **

Subscriptio autem testis debet esse talis: Ego N. interfui cum illis alijs testibus, vbi N. testator dixit & voluit scripturam hic inclusam esse suum testamentum.

Deinde testes debent istud testamentum, seu illud, in quo est inclusum sigillare vno eodemque tempore vno vel plurib. sigillis, suo vel alieno, vt colligitur hic. & l. iubemus. cum gl. C. eod. licet contra Spe. cẽsent in tit. de procur.

Postea debet istud testamentum sic clausum custodiri, vsque post mortem testatoris. qualiter autem debeat tunc publicari notatur per Bart. l. ij. ff. quemadmodum testam. aperiant. Et per alios Dd. l. publicari. C. de testam.

13 *Subscriptio est exempli ab alio scripti notarij manus signis facta munitio.* l. Diuus. §. item senatus. de Falcid. vbi Bart. paremque vim habet, quam holographa scriptura. l. emptor. §. j. vbi Bart. ff. de pact.

14 *Sigillatio est sigilli alicui rei appositio, occlusio & munitio.* licet alij ad papales bullas & diplomata regia seuu missiuas magis spectare arbitrentur. sed de hoc vid. Hieron. Rorarium Portumanum.

15 Et *signatorio* annulo testamenta claudebantur. l. ad testamentum. ff. de testa. Eo vtimur, vt signum imprimamus. l. ad testium. §. penult. eod. tit. Est autem *annulus signatorius*, qui charactera, id est sculpturam habet: quo vtimur, vt signũ imprimamus. Alciat. de verbor. signif. l. signatorius annulus. *Signum* autem est, quo quid fidei causa obsignamus, quod sigillum certum esse volumus. vt & dicitur apud omnes ferè Iurisconsultos. vt l. iij. §. hoc interdictũ. de tab. exhib. Et sic qui-

quidem constitutum est partim solennitatis publicæ causâ, partim firmitatis: veluti etiam sæpè fieri assolet, vt ea quæ sequuntur, non videantur idem cum isto continere. vid. Plin. x. Epist. apostphragisma. Interim spectatur actus signationis magis, quàm ipsum signum: licet secus putarit Hopperus in ijs, in quibus quis rem suam esse vult ostendere per signú. per l. quod si. §. j. l. j. §. si dolum. ff. de peri. & commod.

Melius autem est testamentum fieri secretè quã apertè:

Primò ad vitanda odia, quæ possent nasci contra testatorẽ: si aliqui scirent se esse tam modicum recepturos ex tali testamento. quare & Iul. Clar. de testa. quæst. 4. versic. sed pone. Item Bellon. consil. suo. 72. nu. xj. affirmant tale testamẽtum manu testatoris vel alterius clã exaratum esse bonum ac validum, etiam si testator posteà solùm id ostendat coram septẽ testibus ac dicat illud esse suã vltimam voluntatem, & velle vt omnino valeat, & strictissimè obseruetur.

Secundò, ne illi qui multùm sunt recepturi machinentur in

transeunt ad hæredem,& non possunt esse in suspenso,sed in restitutione fideicõmissaria solùm transeunt actiones vtiles ad fideicommissarium,quæ possunt esse in suspenso. In legatis autem seruo relictis,non requiritur iussus,sed immediatè transeunt ad dominum:quia non continent aliquod onus, sed solùm emolumentum.vt ff.manda.l. si hæreditatem. Denique *in possessione acquirenda per seruum* non requiruntur d. tria. sed sufficit domini voluntas, vel serui.vt ff. de donat. caus. mort. l. fin. Et statim quando seruus incipit possidere,dominus incipit vsucapere, siue sciat, siue ignoret. in rebus nempe peculiaribus. vt ff. pro solu.l. ij.Secus in dominicis,quia requiritur sententia domini.vt ibi dicitur. Et non solùm vsucapit dominus per seruum, sed etiam acquirit longi temporis possessionem.vt dicit.§.itẽ vobis hic.in text.nost. cuius effectus est præscriptio. vt ff. de vsucap.liiij.

39 *Iussus pro imperio*,apud idoneos scriptores rarò reperitur,præterquam in ablatiuo iussu.nostri iussus,cum obliquis,vt iussum,& iusionem vsurpant.vt iussus prętoris excusat. l. si quis eum. ff. si cert.pet. Et *iußus* actum præcedit. *Ratihabitio* se-

sequitur. *Autoritas* in ipso actu interuenire debet. *Mandatum* ad futura: *Autoritas* ad præsentia: *Ratihabitio* ad præterita refertur: Consensus autem ferè ad hæc omnia. Vigl. supr. de hæredit. institut. Hinc iussum pro nomine accipimus. leg. sed & si quis. §. si duos fructuarios. ff. de vsufruct. 40 41

Iussus autem præsumitur per longam possessionem. Angel. leg. si quis mihi bona. §. iussum. de acquir. hæredit. l. si quis in aliena. in princ. eodem tit. & in l. si filij. & ibi Bald. C. de petit. hæredit. & Doctores & Ioannes de Por. l. sciendum de verborum obligat. Franciscus de Padua leg. j. iij. regu. C. qui admit. Et *iussus* finitur morte iubentis re integra. leg. qui in aliena. §. is qui. & leg. si per epistolam. & ibi Bartol. & Doctores. ff. de acqui. hæred. & per Felin. in c. eâ te. de rescriptis. nisi quando iubet exequi sententiam suam, quia talis iussus non finitur morte iubentis. in authent. vt nulli iudic. §. si verò præcepta. coll. 9. Bart. l. fundus in fin. ff. de acq. possess. Ang. d. l. si per epistolam. Item nisi iussus emanauerit sine causa: quia tunc finitur cum iurisdictione iubentis, lege j. Codice de postul. leg. fin. Cod. depositi. 42

Item

Item nisi emanauerit super eo, quod iubens teneatur facere proprio nomine: quia nunquam finitur morte iubentis. d. l. fundi. secund. Ang. & d. l. si per epist.

43 *Voluntas est facultas seu vis animi, qua bonum expetimus, malum auersamur, duce ratione.* nam mutæ animãtes duce natura, quę sensus extimulat. Papinian. voluntatem (inquit) potiùs quàm verba spectari placuit in conuentionibus contrahentium.

In hæreditate adeunda per liberum hominẽ à me bona fide possessum, vt mihi illa hæreditas acquiratur, requiritur,

- *Vt institutus sit mei contemplatione.*
- *Vt sciat conditionem suam.*
- *Vt iussus meus præcedat.*
- *Vt volens adeat.*
- *Vt velit mihi acquirere.*
- *Vt possideam eum bona fide.*

44 Et dicitur notanter *vt debeat scire conditionem suam*, quia ignarus suæ conditionis nemini acquirit. non sibi. vt ff. de acq. hæred. l. qui putat. §. qui bona fide. quòd non intendit se obligare hæreditati. vt C. si quis sibi vel alteri. l. multum interest. Non etiam mihi, si iussus non præcedat. vt ff. de acq. hæred. l. si quis mihi. §. iussum. Nec etiam si iussus interueniat. vt ff. de acq. hæred. l. sexta. §. Celsus. quia seruili necessitate præsumitur adijsse. vt

ff. de

ff. de negoc. gest. l. atqui. §. si libero. Si autem sciat conditionem suam. tunc vel volens adit, vel nolens. Si volens, non acquirit mihi sed sibi. restituit tamen mihi p condictionem sine causa, si mei institutus contemplatione. sed si nolens adeat iussu meo, acquirit mihi, si mei contemplatione sit institutus. sin minùs, nihil acquirit. vt ff. de acq. rer. dom. l. homo liber. in princ. Dicunt tamen aliqui, quòd ignarus suæ conditionis acquirit sibi. vt ff. de acquir. hæreditat. l. qui putat. §. adeò. si non mei contemplatione sit institutus. vt ff. de acq. possess. l. qui in aliena.

Possessio verò, est, aut

- *Naturalis*. vt vsufructuarius habet naturalem possessionem. ff. de acquir. possess. l. naturalis. quæ sufficit ad interdictum Vnde vi.
- *Ciuilis*. & vsufructuarius non possidet ciuiliter. vt hic §. Idem placet. dicitur.

Possessio naturalis est cùm aliquis sic possidet, quòd est in re vel eius parte, vel saltem cùm res est in conspectu eius, vt eam videat vel partem eius. Sed *possidere ciuiliter* dicitur quis, cùm nec est in re, nec res in conspectu eius. scilicet possessionem solo animo habet & rem de iure retinet, id est, quòd sit talis persona in quam cadere possit 41

posit possessio huiusmodi. & sic laici quandoque possident decimas & spiritualia de facto, sed non de iure. vt not. Bart. Brix. xiiij. quæsti. j. in gloss. magna, & sic non possident ciuiliter. sicut Ioan. And. habet in reg. sine possessione. libr. vj. & allegat iura.

Singulatim autem acquirendi rerum dominia de Iure ciuili, alij modi estote Legata, vel fideicommissa singularia. attamen hæc quũ magnam habeant cognationem cum testamentis: ideo eorum futuri sumus memores in materia testamentaria.

46 *Legata* sunt donationes testamento relicta. *Fideicommissa* verò, quæ fidei hæredis alteri restituenda demandantur.

Modi autem vniuersaliter de iure ciuili acquirendi dominia, per transitionem quidem quandam ad secundum membrum diuisionis tit. 1. li. 1.

Aditio hæreditatis. quæ alicui contigit, vel ex testamento, vel abintestato: vel ut infrà de hæredit. instit. tit. xiiij. huius.

Bonorum possessionis agnitio. vt infr. de bonor. possess. titul. x. lib. tertio.

Arrogatio. vt infr. de acquisit per adrogat. titul. xj. lib. 3.

Ad-

Addictio bonorum: seu libertatũ conseruandarum. vt infrà. de eo cui libertat. caus. tit. xij. libr. iij. j. lib. huius.

Adire hæreditatem, & bonorum possessionem imprimis sciendum est, Paulũ æquiparare. tametsi *Aditio hæreditatis*, quia illi è ciuili iure origo, perpetua est. l. licet. C. de iur. delib. Bonorum verò possessio, quia à prætore causam habet, temporaria est. Nam prætoris officium anguſtiore clauditur tempore. Hinc filius sine patris iussu potest agnoscere bonorum possessionem: adire autem hæreditatem non potest, nisi scrutata patris voluntate, quum facilè peti possit, non exclusa spacio temporis. Et adeundæ hæreditatis facultas ius censetur, vt ait Aretin. l. iij. coll. ij. ff. de acquir. hæredit. affirmant ibid. Iaſ. num. 10. & idem Iaſ. l. cùm filiofamiliàs. numer. 110. ff. de leg. libr. primo & l. licet. col. ij. C. de iur. deliber. Deci. numero iij. post alios in l. iij. C. de institutionibus & substitut. & si Cuman. Riminald. & alij ad l. precia rerum. ff. ad legem Falcidiam non leuiter ea in re hallucinentur. Et bonorum possessio 47

non

non est mixti imperij, ac delegari potest, vt Curt. iun. l. j. nu. 32. ff. de iurisd. om. iud. Sicut bonorum possessio, seu quæcũque à iure pretorio profecta successio iam hodie (nam olim secus erat) non agnita ad hæredes ex sanguinis, vel iuris deliberandi vi transmittitur. vt aiunt Corn. Ias. Iacobin. de sanct. Geor. Phil. & Lancel. Deci. l. emancipata C. qui admit. Anton. Gomez. de testa. c. j. numer. xiiij. & c. 9. numer. xlv. quamuis contrarium dixerint commune Alexand. d. l. emancipata. & consil. xx. libr. j. & Ioan. Dilect. de art. testan. tit. xj. caut. xiiij. Deniq; hoc addendum quòd bonorum possessio ante aditam hereditatem accepta iudicium testantis rescindit, nõ verò ipsum testamentum. vt ait Alexand. l. j. numer. 2. C. de bon. possess. contr. tab. lib. Ias. l. vt liberis. num. 15. C. de colla. Emanu. à Cost. l. Gallus. §. & quid si tantum. part. iij. nu. 124. ff. de liber & posth

Ergo omnis possessio vel { *Ciuilis vel Prætoria, seu honoraria* } *& dicitur* { *Hæreditas* / *Bonorum possessio* }

Ita

Ita vt meritò sint { Hæredes, qui iure ciuili / Bonorum possessores, qui iure prætorio } succedunt.

Hæreditatũ autẽ duplex sit conditio: vel { *à testato seu ex testamẽto ab intestato, quæ propriè legitimæ dicuntur* } deferuntur. vt l. de hæred. petit. l. lege obuenire de verbor. sig.

Et sic bonorum possessio duplici iure competit. *Ex testamento* scriptis scilicet hæredib. secundum testamentum. & *ab intestato. & hæc quatuor habet capita: vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, vnde vir & vxor.* de quib. Ias. l. qui se patris. C. vnde li. nos inf. tit. de bonor. possess.

TITVLVS DECIMVS.

De Testamentis.

VBi Iustin. Imp. destinarit explanare duas species iam d. successionis ab intestato scilicet, & ex testamento: à digniori & firmiori ausspicatur hoc caput, nempè de testamento. iuxt. l. quandiu. de regul. iur

num.x. Kling.num.v. Et ad vtrunque requiruntur septem testes.

Inter eos qui castra sequuntur.

Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri voluit. Vigli. putat ex Cuiac. hoc loco testamentum à sola testatione, vti donationem à dono venire. l. senatus. §. donatio. de mortis cauſ. donat. quod autem text. habeat Testamentum esse testationem mentis aio Theophilum sequens etymologiam, esse magis q̃ definitionem. vt etiam Valer. libr. 6. c. 37. taxat hanc. licet Conna. lib. 9. c. j. tamen defendere videatur. de quo etiam plenè videas apud Gell. lib. 6. cap. xij. & Vlp. in frag. tit. xx. sed dicemus ergo sic interpretari testamentum vt lapidem, quasi pedem læden tem: & possessionem quasi pedum positionem, nempe, per alluſionem. vt. l. j. ff. de acquir. possess. 1

Paganicum testamentum, est quod domi fit extra militiam, in quo habitis certis solennitatibus, seruatur iuris communis dispositio. dicitur autem Paganicum à pagano, hoc est ab eo, qui non militiæ, sed rei familiari deditus est. 2

Castrense testamentum quod fit in castris à milite omissis testamentorum solennitatibus. 3

4 *Solenne testamentum, est vltima voluntas quam testator coram principe vel iudice, vel coram septem testibus specialiter ad id rogatis proponit in scriptis, siue propria manu, siue in secreto per alium factis, cum certa quadam solennitatum obseruatione.* d.§.j.& l.iubemus C.eod. Et valet huiusmodi testamentum quamuis testes ignorent, quid in tali scriptura, quò ad hæredis institutionem, contineatur. Vt plurimum enim solenne testamentum in secreto aliquo loco fieri consueuit, partim ad euitandum eorum odium, quibus testamento nihil relinquitur, partim verò vt ipsi testatori consulatur, ne videat hæres in testamento institutus mutari testatoris animum, atque eius insi dietur vitæ & hæreditatem petat ante tempus. secundum Ioan. Fab. in §. possunt autem. num. v.

5 *Testamentum nuncupatiuum*, est quod fit coram septem testibus, omni exceptione maioribus, præsentibus & exaudientibus vocem testatoris, qui & voluntatem suam eis patefacit, & hæredem expressè simul instituit. §. fin. hoc tit. l. hæredes palam. ff. eod.

6 *Calata comitia sunt vocata consilia*, quia dum comitia calabantur, totus populus p̃ cornicinē adesse iubebatur, & sic dicitur à concilio. *Con-*

Concilium verò est, cum à magistratibus iudicij causa populus congregatur. Theoph. 7
supra §. eadem lege. quib. mā. lic. vel non.

Procinctum testamentum, quod fiebat à militibus procinctis & ad bellandum expeditissimis. 8

Per æs & libram testamentum, est quod fieri poterat omni tempore per imaginariam venditionem: in fauorem eorum qui proni erant ad subitò moriendum: vt periclitarentur de vita dum fortè nondum instaret tempus ad calanda comitia. 9

Imaginaria venditio autem erat talis: aderant quinque testes & libripens (sic à libra & pendendo seu pònderando dictus, quasi ponderator: vti magis ponderare quàm enumerare pecuniam solebant veteres: vt & multis in locis hodiè obseruatur à Gallis) ciues Romani & puberes, atque his præsentibus, is qui successor futurus defuncti erat, patrimonium morituri emebat, solennibus hisce verbis: hanc ego familiam, quæ mihi empta est hoc ære, æneaque libra, iure Quiritum meam esse aio. Deinde ære percutiens libram, id æs dabat ei à quo hæreditatem expectabat, (qui Antestatus dicebatur) velut loco precij. Porrò venditor emptori nihil tradebat, sed hæredem eum tali modo con- 10

ſtituebat, vt ſcilicet poſt mortem venditoris poſſet iure hæreditatem adire. & vid. Sueton. de Domitio Neronis auo. cap. iiij.

11 *Emancipare pro vendere* vſurpat Plaut. in Curcul. & Cic. iij. Phil. Sed Faber putat (falſo deceptus quòd crediderit emancipationem ſolùm ad liberos referri: dum ſignificet tamen quamcunque imaginariam venditionem, Budæo teſte in annot. Pandect.) in hoc teſtamenti genere filiorum emancipationem interueniſſe: nam ſi hoc deliberorũ emancipatione actum fuiſſet, non omnibus conceſſa fuit teſtandi facultas. Plerique enim non habent liberos: mulieres verè etſi habeant, tamen eos non habent in poteſtate. §. fœminæ. ſuprà de adopt.

12 *Item & Prætorium fuit teſtamentum in vſu ante Principum conſtitutiones*: ſub quorum imperio auctoritas prætoria concidere cœpit. Cic. in Orat. pro A. Cluent. ſæpè obſignatorum, id eſt, notariorum meminit, vt prætorio tunc iure vſos Romanos appareat in teſtamentis. Quo & illud Horatij in Sermonum carm.

Imprimat his cura, Mœcenas ſigna tabellis.

For-

Testator debet subscribere per se vel per alium voluntatem suam.

Testator debet illam scripturam producere coram septem testibus: vel octo, si testator sit ignarus literarum.

Nec oportet vt testes sciãt quid in scriptura contineatur. Potest nanq; testamentum fieri secretè: sed testes vnâ cum testatore debent se subscribere vnico cõtextu. i. nullo actu interueniẽte

Subscriptio testatoris erit ista, vel consimilis: Ego N. volo hanc schedulam inclusam esse meũ testamentum & testatus sum omnia quæ in ea continentur.

Forma testamẽti faciendi generalis, postea de nouo iure aliter tractatur, ibi x

Subscriptio autem testis debet esse talis: Ego N. interfui cum illis alijs testibus, vbi N. testator dixit & voluit scripturam hic inclusam esse suum testamentum.

Deinde testes debent istud testamentum, seu illud, in quo est inclusum sigillare vno eodemque tempore vno vel plurib. sigillis, suo vel alieno, vt colligitur hic. & l. iubemus. cum gl. C. eod. licet contra Spe. cẽseat in tit. de procur.

Posteà debet istud testamentum sic clausum custodiri, vsque post mortem testatoris. qualiter autem debeat tunc publicari notatur per Bart. l. ij. ff. quemadmodum testam. aperiant. Et per alios Dd. l. publicari. C. de testam.

13 *Subscriptio est exempli ab alio scripti notarij manus signis facta munitio.* l. Diuus. §. item senatus. de Falcid. vbi Bart. paremque vim habet, quam holographa scriptura. l. emptor. §. j. vbi Bart. ff. de pact.

14 *Sigillatio est sigilli alicui rei appositio, occlusio & munitio.* licet alij ad papales bullas & diplomata regia seuu missiuas magis spectare arbitrentur. sed de hoc vid. Hieron. Rorarium Portumanum.

15 Et *signatorio* annulo testamenta claudebantur. l. ad testamentum. ff. de testa. Eo vtimur, vt signum imprimamus. l. ad testium. §. penult. eod. tit. Est autem *annulus signatorius*, qui charactera, id est sculpturam habet: quo vtimur, vt signū imprimamus. Alciat. de verbor. signif. l. signatorius annulus. *Signum* autem est, quo quid fidei causa obsignamus, quod sigillum certum esse volumus. vt & dicitur apud omnes ferè Iurisconsultos. vt l. iij. §. hoc interdictū. de tab. exhib. Et sic qui-

quidem constitutum est partim solennitatis publicæ causa, partim firmitatis: veluti etiam sæpè fieri assolet, vt ea quæ sequuntur, non videantur idem cum isto continere. vid. Plin. x. Epist. apostphragisma. Interim spectatur actus signationis magis, quàm ipsum signum: licet secus putarit Hopperus in ijs, in quibus quis rem suam esse vult ostendere per signũ. per l. quod si. §. j. l. j. §. si dolum. ff. de peri. & commod.

Melius autem est testamentum fieri secretè quã apertè:

Primò ad vitanda odia, quæ possent nasci contra testatorẽ: si aliqui scirent se esse tam modicum recepturos ex tali testamento. quare & Iul. Clar. de testa. quæst. 4. versic. sed pone. Item Bellon. consil. suo. 72. nu. xj. affirmant tale testamẽtum manu testatoris vel alterius clã exaratum esse bonum ac validum, etiam si testator posteà solùm id ostendat coram septẽ testibus ac dicat illud esse suã vltimam voluntatem, & velle vt omnino valeat, & strictissimè obseruetur.

Secundò, ne illi qui multùm sunt recepturi machinentur in

tem teſtatoris. Et quando notarius intereſt factioni teſtamenti, tunc debet iſta obſeruare. alioqui punitur de falſo. Et multò magis ſi dicat aliquã ſolennitatẽ interueniſſe, q̃ nõ interuenit, vt in gl. d. l. iubemus. Quia Notarius nec debet (dũ vocetur ad faciendũ teſtamentum) ipſe interrogare à teſtatore, his aut ſimilibus verbis: vis iſtum eſſe hæredem. vel, vis illi tantum legare. ſed debet audire voluntatem teſtatoris, & illam conſcribere. quãdoquidem ſi teſtator eſſet multum infirmus, & notarius eſſet adhibitus per illum qui reciperet multa commoda ex teſtamento, & notarius quæreret ab infirmo, hoc modo, Vis iſtum eſſe hæredem, vel ei tantum legare: non valeret teſtamentum. vt vult Bald. d. l. iubemus. C. de teſtam. Et hoc propter periclitantem fraudem. quia multùm infirmi ſæpè reſpondent ad interrogata quæ ex ſeipſis non dicerent, quo citius diuinis intenti hiſce mundanis moleſtijs abſoluerentur & exonerarentur. Secus tamen eſſet, ſi iſte notarius eſſet adhibitus ab ipſo infirmo.

Vt primo capite hæredis fiat inſtitutio, ſiue vnus, ſiue plures

res sint, qinvniuersum bona ex defuncti voluntate capiãt. Sequenti capite & in ima cera, secũdi hæredes, legata & reliqua testatoris voluntas & dispositio ponuntur: siue aliquos onere grauare, aut se quib. dari fieriq; oportere, testator pro sua volũtate arbitratus est: qui nõ hæredes, sed legatarij sunt dicti. Al. de Alex. Geni. dier. lib. v. c. j. Certè qui hodie obseruatur ordo in vltimis voluntatibus cõscribendis, excepta clausula generali (quæ postremum locum sortita est, ab Accursianis, && merè formularijs introducta, tum vsu insulsorum recepta notariorũ) improbãd' nõ est: videlicet, vt primo loco præfatio, secundo legata, terti institutio, quarto substitutiones, v. cæteræ testatoris dispositiones inter quas exhæredationes referri solent, ponantur.

Testamenti ordo apud veteres hic erat

Testamenti interim solennitates, tum statuto, tum consuetudine demi addiue poterunt. 17

solumque ijs vel demptæ proderunt, vel additæ oberunt, qui in statuti vel con-

consuetudinis loco testabuntur, quamuis exteri ac forenses sint. Iaſ. l. j. col. vij. verſic. ſecundum dub. C. de ſacroſ. eccleſ. Boer. deciſ. 228. Franciſc. Viuius. lib. j. opin. 306. atque ideo teſtium numerus imminui, coarctariq; ſtatuto rectè poterit, vt Felin. num. 17. Dec. numer. 19. c. ij. de probat. & qui immeritò poſt nonnullos alios dubitat Ioan. Ceph. conſil. 32. n. 6. libera tamen teſtandi facultas ſtatuto tolli nequit. Iaſ. l. ex facto, in princ. num. 9. ff. de vulg. Deniq; vt & hoc adijciamus facultatẽ condendi teſtamenti qui à principe impetrauit, cùm id communi iure facere poſſet, abſque ſolennitatibus ritè teſtabitur, aliàs ſecus, vt affirmat Dec. l. eunuchus. num. xv. C. qui teſta. fac. poſſ. Iul. Clar. de teſta. quæſtion. 34. verſ. in propoſito.

*Requiruntur aũt (vt alio modo repetamus) *copulatiuè in teſtamento ſolenni*, ne fiat inter liberos, aut pias cauſas: his enim caſibus aliq; ſolennitates

Vt teſtes ſint rogati, tam in ſolenni, quàm nuncupatiuo teſtamento.

Scriptura teſtatoris, vel ex ipſius mandato alterius, ſi literas ducere non calleat.

Subſignatio teſtatoris & ſigillatio, vel eius etiam mandato alterius ſi per vires nõ liceat.

Opor-

possunt omitti, secund. Dd. & Castrens. qui requisita. 13. enumerat. in l. hac consultissima C. eodem quem sequitur Kling.

Oportere homines vt sint liberi.

Hæredis institutio.

Subscriptio testium.

Debere esse puberes.

Vt testes cõsignẽt testamẽtũ vel annulo proprio, vel alieno addita protestatione. leg. si vn⁹. C. eod.

Vt sint masculi.

Præsentia testium, & mutuꝰ conspectus tã testium quã ipsius testatoris.

Vt sint numero septem. vt §. testes autem. hoc tit. & l. qui testamẽto. ff. eod. vbi & Bart. cum Bald. & Alexand.

Tempus & actus idẽ. secundum Dd. l. hac cõsultissima. §. in omnibus autem. C. eod.

Etsi autẽ his requisitis omnibus opus est in solenni testamẽto, presertim si extranea persona hæres instituatur, secus tamen est in testamento nuncupatiuo: in quo scriptura, subscriptio, & sigilla tã testatoris quàm ipsorum testium, licitè omittuntur. vt testatur Paulus de Cast. d. l. 18

d.l.hac consultiſ.§.per.eſtque hoc diſcrimen quo ad cauſam formalem, inter ſolenne & nuncupatiuum teſtamentum diligenter obſeruandum.

19 *Pia cauſa eſt, dum Xenotrophio, vel miſerabilibus perſonis, puta viduis, puſillis, & id ſimilibus quid relinquitur*: alioqui ſi alicui diuiti quiſquam ob Dei amorem ſe legare dixerit, pia cauſa non eſt. Sicut cùm quiſquam malè ablatum, certæ perſonæ reſtituit. vid. Bart. l. j. C. de SS. Ec. Et piæ cauſæ quàm indugettur, vid. Alciat. in Comment. ad l. j. C. de ſacro-ſanct. eccleſ.

20 *Liberi, ſunt qui nullum habent dominum, cui ſubiectum eſſe oporteat*: ita vt ſui iuris exiſtant: nec quilibet tantùm à natura verùm etiam, qui abſque dolo malo in libertate diu moratus eſt, liber eſſe præſumitur, niſi probetur eſſe ſeruus. l. intereſt. §. fin. l. igitur. §. poteſt. ff. de liber cauſ.

Perſonæ hæ in teſtamento ſolenni quidem teſtes eſſe poſſunt vt & in nuncupatiuo.

- *Omnes qui teſtamenti factionem actiuam habent.*
- *Seruus, aliorum* opinione liber.
- *Pater, quò ad teſtamentum* extranei.

Libe-

Liberi.
Duo fratres simul.
Legatarij.
Fideicommissarij semper in testamento testes esse possunt.
Personæq; his coniunctæ.

§. Testis autem. & §. sed cùm aliquis. hoc tit. & l. j. C. eod. id est, ij qui hęredes instituti, & ex testamento capere possunt, qui verè testamentarij testes dicuntur. vt l. filiusfamiliàs. hoc tit. Et secundum ius vetus. i. qui & emptores familiæ esse possunt, & testatores, & libripendes. licet filius, qui est in potestate testatoris nõ possit esse testis in eius testamento.

Seruus aliorum opinione liber. Quia putatiua idoneitas testis in testamento non nocet testamento, quamuis posteà ille testis reperiatur inidoneus. nam communis error facit ius. Et opinio quandoque præfertur veritati. vt ff. de legatis j. l. iiij. §. sed & si qua. &. ff. de offic. præsid. l. Barbarius. Et non oportet, vt omnes habeãt illam opinionẽ sed satis est vt maior pars sic opinetur. vt ff. ad munic. l. ꝙ maior. Ex quo patet, quod si dicatur oẽs sciunt, hoc non debet intelligi de omnibus simpli- 21

pliciter, sed de maiori parte illorum qui verisimiliter deberent hoc scire. vt vicini & propinqui. vt notatur. l. omnes. C. sine censi. & reliq. fun. compara. non poss. & per Bart. l. j. §. nunciatio. ff. de noui. oper. nunciat.

Patet etiam ex isto quòd si notarius rogatus sit de conficiendo instrumento: & postea sit inhabilis ad actum notariatus, nihilominus tamen possit istud instrumentum conficere. vt notat. per Barto. l. ad testamentum. §. j. ff. de testib. & per Innoc cap. fraternitatis. extr. de hæretic. & per gloss. c. vt officium. de hæretic. lib. 6.

22 *Pater, est iuxa Iurisconsul. quem nuptiæ designant.* l. quia certa. ff. de in ius voc. sed ples non semper facie maritum parientis exprimit, sed interdum auum paternum, aut maternum, interdum auiam, interdum patruum, aut propatruum. Et patris appellatione adoptiuum non contineri, docuit Bald. l. si non speciali. C. de testa. Cui sententiæ Alex. Imol. in odiosis subscribit. Lexicon Alberici, quòd vt nobis protrusum est, nothum esse cũ Iac. Spiegelio comijcio, sic habet: Pater Græcè, id est genitor. Et dicitur pater, quia patratione rei Venereæ, filium generat.

23 *Dici fratrem, quasi ferè alterum,* scilicet patrem,

patrem, notum est: aut eum qui familiam sustinet: quare & Græcis φράτωρ, hoc est contribulis esse videtur. etenim qui nascetur, vt patris familiam obtingat. l. fœminæ. ff. de verb. signif. Cicero fratrem pro sororis marito vsurpauit, Pro domo sua, & de Respons. Aruspicum. Et hodie fratres videmus dici eos, quorum alter alterius sororem habuit in matrimonio.

Inter *legatarium & fideicommissarium* olim erat differentia. vt inf. de fideicõmiss. hæred. §. præterea. sed modò non est differentia, vt inf. de legat. §. sed non vsque. 24

Est autem *legatarius* is qui recipit legatũ. Et *fideicommissarius* est ille, dum dico, fili peto vt des Titio sex aureos: tunc ipse est fideicõmissarius & singularis. Sed fideicommissarius vniuersalis est quando dico, fili peto vt des Titio mediam partem totius hæreditatis. sed rogo vt des tãtum pauperibus. 25

Hi in testamento testes esse nequeunt:

- *Hermaphroditus* si plus sequatur naturam mulieris quàm viri. ff. de stat. hom. l. quæritur.
- *Mulier.* vt ff. de testa. l. qui testamento. §. mulier.
- *Impubes:*
- *Seruus:*

Furiosus: nisi omnino constet plenariè se furia libertatum fuisse tempore testamenti ordinandi: & habeat diluci da interualla.

Mutus. secundum l. 11. §. vlt. de obligat. quia nil loqui potest.

Surdus. maximè si talis omnino sit inter ordinandum testamentum, cui testis adhibetur.

Cæcus. iuxta. l. 9. C. eod. non quidem luscus.

Prodigus, &

Cui bonis interdictum est. l. is cui lege. in princ. hoc tit.

Infamis. vt C. de hæretic. & Manich. authen. credentes.

Serui pœnæ. vt l. fin. ff. ad leg. Iul. maiestat.

Hæredes in testamento instituti, non in eodem testes esse possunt. l. qui testamentò. de testa.

Existentes in potestate testatoris: vt filij &c.

Pater in testamento filij, quod attinet ad Castrensia bona.

Frater existens in patria simul potestate.

Pater hæredis instituti.

Fratres, qui sunt in eadem potestate patria.

Qui est in potestate hæredis scripti.

Partim ob sexus imbecillitatem & inconstantiam.c.forus.§. vlt. de verbor.signifi.l.7.& seq.qui testa.fac.poss.(etiamsi rectè condat testamentum,& accipiat ex testamento, tamen neque emptrix familiæ est, neque libripens secundum Vlp.) partim quia in testamentis sunt multæ subtilitates, quarum intellectus mulieris,qui est vagus & instabilis,nō est capax.vt C.de fideicom.l.fin.

Sicut nec iuuenes possunt iurare, nisi in xiiij.anno.vt cap. paruuli. xxij. quæst. v. ergo sic etiam non possunt esse testes, maximè vbi generale sit, testimonium impuberum non subsistere.

Nisi putetur tempore factionis testament esse liber: licet posteà appareat eum fuisse seruum, valebit.l.qui testamẽto.§.seruus.& l.j.C.eod.

Aliàs *mulier* in alijs bene potest esse testis,etiã in codicillis.vt in gl. in d.l. q testamẽto.§.mulier.Imò potest mulier esse testis in criminalib.causis.vt l.de eo.ff.de testi.Sed nō pōt mulier esse testis in causis feudalib.vt c.j.qui testes sunt necess.ad proband.inuestitur.collat. x. de feud. 26

Sed hic *impubes factus pubes bene potest testimonium ferre* de his,quæ vidit in pupillari ætate. Maximè de his quæ 27

vidit quando fuit proximus pubertati, siue doli capax. vt ff. de verbor. signific. l. notionem. §. instrumentorum. & C. de hæretic. & Manichę. l. quoniam. licet sint qui dicant quòd non possit de his ferre testimonium, quia indiscretè concepit. vt l. minor. ff. de seru. exportand. Nec est simile de seruo, vt hîc allegat in gl. quia seruus ita discretè cõcipit sicut liber. Sed hoc debet intelligi de his, quæ pupillus vidit quando fuit proximus infantiæ. & ita seruanda est prima opinio.

28 Et quamuis *seruus non posset testamento adhiberi testis*, & ei adsimiletur *Monachus*, sic tamen benè potest esse testis in iudicialibus. vt in authent. si dica. test. C. de testi. Sed tunc requiritur licentia superioris sui: aliàs testimonium suum est inefficax. vt not. Speculat. in tit. restit. in int. §. j. versic. item excipitur. & habetur in c. per tuas. & in c. nuper. extr. de testi. Potest etiam Monachus esse testis in testamento, si habeat licentiam superioris, quia potest esse executor testamenti. vt c. si de testa. lib. vj. & in Clemen. vnic. eod. tit. Ex quo patet quòd si esset aliquod instrumentum factum vbi monachus esset testis sine licentia superioris sui, tale instrumentum non valeret, nisi essent suffi

cientes

cientes alij teſtes inſerti cum illo. & ex iſto poſſent improbari valde multa teſtamenta.

Item hic notandum, quòd ille *qui dãnatus eſt à lege vel à iudice de crimine læſe maieſtatis, vel legis Iuliæ*, vel etiam de hæreſi, non poſsit eſſe teſtis in teſtamento. Nec valet etiam ſuum teſtamentum. imò irritatur prius factum. vt ff. ad leg. Iul. maieſt. l. fin. & C. ad leg. Iul. maieſt. l. fin. & in auct. credentes. C. de hæretic. & Manichæ. Nec etiam ille, qui propter crimẽ prohibetur teſtamentum facere: vel qui paſſus eſt muliebria, poteſt eſſe teſtis in teſtamento. vt l. is cui. ff. de teſta. 29

Infames tamen de alijs criminibus benè poſſunt eſſe teſtes in teſtamento, vt notat Bart. l. is cui. §. j. ff. de teſta. & probatur per l. j. C. de ſecund. nupt. 30

Item *filius non poteſt eſſe teſtis pro patre.* quando patri aliquid acquiritur, vel in proprio facto patris. vt hic, & in l. parentes. C. de teſtib. Sed ſi nihil acquireretur patri, nec ageretur de facto proprio patris, filius bene poſſet eſſe teſtis pro patre ſuo. vt notatur per Bart. & per gloſſ. l. qui teſtamento. §. quæ. ff. de teſta. Et idem eſt de *filio emancipato*, & de filio exiſtente in poteſtate. vt in d. l. parentes. C. eod. Idem 31

etiam est de *filio spurio*. vt not. Bart. l. ad tutelas. ff. de cap. diminut. Sed è contrà *pater* non potest esse testis pro filio suo, licet etiam non agatur de facto proprio filij, vel nihil sibi acquiratur. vt in gloss. l. qui testamento. §. quæ autem. ff. de testa. Secus tamen in patre prælationis. nam *Episcopus* potest esse testis in causa capituli sui, si habeant bona distincta. vt notatur in c. cùm nuncius. extr. de testibus. Secus etiam est de *patre spirituali*: nam ille potest esse testis pro filio suo, & è contrà. quia istud edictum est prohibitorium, & nullibi hoc prohibetur. vt not. l. j. ff. de testibus.

32 *Existentes in potestate testatoris* reijciunt à testimonijs in testaméto: quia *domestici testamentū non valet*, vt hic. & C. de test. l. ij. & c. in literis. extr. de testib. vt verum quidem est pro domestico: quamuis tamen valeat contra domesticum de consensu partis aduersæ, vt in d. l. ij. valet etiam ad probandum innocentiam patrisfamilias, vel ad probandū illa quæ secretè fiunt in domo. vt l. consensu. §. seruus. C. de repudijs. valet etiam si vnus domesticus litiget contra condomesticum suum, quia tunc tertius domesticus potest esse testis. Et valet suum testimonium ratio-

tione paritatis, vt l. non solùm. §. de vno. ff. de rit. nupt. valet etiam in extraiudicialibus de consensu partium. vt l. sciendum. iunct. gloss. ff. de vsu. Satis tamen est si paterfamilias velit producere familiarem suum ille potest ferre testimoniũ, si actu nõ sit familiaris. Et ideo si paterfamilias vellet talem producere debet illi dare licentiam. vt l. iij. §. duæ causæ. ff. ad Carbon. Si tamen iste daret licentiam in fraudem, quod patet quando facto testimonio statim recipit eum, tunc non valeret testimonium. vt l. j. §. item Numio. ff. de quæstio. & per Bartol. Ratio autem quare non valeat testimonium domesticum est propter affectionem. Et etiam quia maxima pars abhorret aliud dicere quàm ex arbitrio patrisfamilias. vt l. si postulauerit. §. iubet. ff. ad leg. Iul. de adult. Et dicuntur *Coloni & adscriptitij* etiã domestici, licet non morentur in domo. vt C. de his qui ad eccles. confug. l. fin. Similiter vxor dicitur domestica. vt supr. de vsu & habit. §. item his. Et omnes seruientes dicuntur domestici. vt l. respiciendũ. ff. de pœn. & dicit Bald. quòd etiam *sponsa* est domestica. l. ij. C. de testib.

Triplices homines qui contingunt se per existẽtiam in potestate: quorũ nullus potest esse testis in testamento.

In quo hæres, quem aliquo istorum modorum contingit, institutus est.

Quia agitur de eorum lucro & damno. vt ff. quando appelland. sit. l. j. §. in propria.

Agitur etiam eorum propriũ negocium. Et nemo potest esse testis in facto suo proprio. vt C. de testibus. l. omnibus.

33 *Item frater emancipatus bene potest esse testis pro suo fratre, non inuitus*, vt charitas obseruetur, sed volens. vt not. per l. parentes. C. de testibus. & in c. literas. extr. de præsumpt. Et ideo Notarius in testimonio fratris debet scribere, quòd iste sit testis ad hoc rogatus, & volens factus est testis. Attamen in *causa criminali* nullus coniunctus vsque ad septimum gradum potest esse testis. vt l. in oppositum allegata. & c. licet. extr. de testib. & c. postremò. extr. de appellat.

34 *Item legatarius potest esse testis, quia legatarius non est successor iuris.* vt hic dicitur. sed rei sine aliquo onere. vt ff. mandat. l. si hæreditatem. Ex quo patet, vt *testibus in testamento* bene posit aliquid *legari.*

gari. vt l. si quis ita. ff. de reb. dub. Similiter *dictantibus testamentum*. vt leg. dictantibus. C. de testa. Sed *scribentibus testamentum* nihil potest legari. vt l. ij. C. de his qui sibi in testamento adscrib. quum possint sic facere fraudem.

Fideicommissarius est duplex:

Singularis. qui hic non potest esse testis.

Vniuersalis non potest esse testis: quia est loco hæredis, & est successor iuris. vt §. restituta infr. de fideicom. hæred.

Et sic fideicommissorum alia sunt

Vniuersalia, id est, ad hæreditatem spectantia, quib. totum patrimonium, vel eius partem hæres alij restituere rogatur.

Alia rerum singularium quę vocantur: nam discrimen olim fuit inter ea, vt suprà. d. est: sed sublato eo, per omnia sunt exæquata fideicommissis legata. §. j. sed non vsque. inf. de legat. Vlp. l. j. eodem. l. j. & ij. C. commun. de legat.

Attamen non omnino putandum hic, 33

vt vulgo, fideicommissa esse legatis exæquata. Vnde Zasius colligebat, quod & ab Alciato pòst legimus esse probatum, minimè sequi necessariò, vt vtraque eodem iure petantur. *Fiunt autem fideicommissa* verbis precarijs erga grauatum. qualia sunt, rogo, peto, volo, quæro, mando, deprecor, cupio, appeto, iniungo, desidero, impero, obsecro, & similia. vnde & nomen illud sumpserũt, q̃ in fide pudoreq; hæredis cõsisterent. §. fin. Inst. de singul. reb. per fideic. reli. accedit Vlp. inquiẽs, etiã hoc modo, cupio vt des, credo te daturum, fideicommissum est. de lega. j. l. etiã.

36 *Item dum aliquis potest esse testis in testamento*, tunc ille, qui est in potestate sua, etiam potest esse testis in eodem testamento. Et ideo quia *Notarius* habetur pro teste, *filius Notarij* bene potest esse testis. vt C. de testam. l. Domicius.

37 Item *socius* potest esse p̃ socio suo: nisi contingeret eum esse socium in omnibus bonis: quod esset contra l. quoniam. C. de testib. vti non potest esse in criminalibus si alicuius rerum socius sit. vt c. veniens. ext. de testib. & c. fin. extr. de accus.

38 *Non licet Notario in immunda charta atq; deletitia testamenta conscribere*: licet aliàs perinde sit in quanam materia testamentum

tum describat: vti & vnum testamentum possit pluries scribi, vt vno amisso ex alio voluntas conseruetur: vt quælibet scriptura sit principalis. Et *vt de vno testamẽto* possunt fieri plures scripturæ æquè principales: ita possunt fieri de vno contractu plura instrumenta æquè principalia. vt in gl. l. vnum. ff. de testa. Et hoc est quod habet quotidiana practica cùm quis petit instrumentum vel instrumenta. Et vt de vno testamento possunt fieri plures scripturæ, sic in vna scriptura possunt contineri diuersa testamenta. vt in l. plures. ff. de vulg. & pupil. substitut. Et ideo si vir & vxor faciunt testamentũ simul, non est vnũ testamentũ sed sunt duo testamenta. Et ergo altero mortuo potest superstes testamentũ quò ad partẽ suã adhuc reuocare. vt l. 3. ff. de adimẽd. & transfer. lega.

Testamentũ nuncupatiuum potest fieri sine scriptura exprimẽdo voluntatẽ corã septem testib. vt. §. sed hæc quidẽ. hic. licet non omnino ex veteri forma. quod quidẽ Viglius admonet, prsus ciuile esse, nec quicquam de iure ptorio participare. Et hinc euenit *vt in testamento interdũ nullus sit testis.* vt si miles in expeditione tempore mortis faciat testamentũ suum. C. de testa. milit. l. milites. Dicunt tñ aliqui ibi requiri duos testes ad min^m. vt l. Lucius. ff. de mili. test. 39

Interdum autem sufficere vnum, vt in testamento Imperatoris. vt l. omniũ. C. de testa. Interdum sufficere duos testes, vt quando fit testamentum inter liberos. vt C. de testa. l. hac consultissima. nã testamentum legitimè factum fuisse abundè ostendetur duobus testamentarijs testibus. vt Alexand. consil. 84. lib. 2. Ioan. Dilect. de art. testand. tit. ij. caut. ij. nu. 6. Interdũ tres vel quatuor. vt l. si non speciali. C. de testa. Interdum quinque, vt in testamento rustici. vt C. de testa. l. fin. §. sin aut. Interdum septem. vt supr. eod. §. j. Interdum etiam requiri octo. vt supr. §. j. dictum est. & in testamẽto cœci. vt C. eod. d. l. hac consultissima.

40 *Notarius* debet scribere *an testes fuerint rogati*: si enim hoc non esset scriptum, præsumeretur quòd non essent rogati: & hoc esset in deminutionem solennitatis testamenti. vt not. Bart. l. hæredes palam. §. in testamentis. ff. de testa. Sed non opus est vt *Notarius sit rogatus*: & ideo hoc non est scribendum necessariò: nam præsumitur rogatus fuisse etiam si non adijciatur. vt not. Bart. l. sciendum. ff. de verborum obligationib.

41 *Testamentum scriptum* etiam licet sit, tamen bene potest *esse nuncupatiuum*: si scilicet

cet sit scriptum non propter substantiam testamenti: sed ad habendum probationes. Et istud testamentum non requirit subscriptiones testium, siue sigilla. Et ista scriptura legitur coram testibus. Ex quo patet posibile esse facere testamentum scriptum & nuncupatiuum simul.

Nuncupatiuum testamentum autem illud est, ad cuius firmitudinem & substantiam necessaria non sit scriptura: tametsi nunc ad perpetuam rei memoriam, facilioremq; probationem soleat in scriptis redigi. Item est testamenti genus, quod appellatur in scriptis: quia sine scriptura inualidum sit. Eius forma plenariè traditur C. de testa. & quidem *nuncupatiuum* dicitur, quòd iure ciuili, coram septem testibus, nominato hærede, fieri soleat. Cuius vocis & ea videtur ratio, quòd *nuncupare* sit nomina capere: vnde, quia proprijs nominibus testes accipiebantur, videtur id dictum testamentum nuncupatorium. nõ enim alia solennitate opus erat. quamuis iuxta interpretum morem, *nuncupare* dicas esse voluntatem circa hæredis institutionem, legatorum dationé, cæterasque testamenti partes, lingua & voce exprimere nominareque. Iul. l. si ita de bon. possess. secund. tabul. Quoddam testa- 42

testamentum in tabulis sibi fecit: filio autem impuberi per nuncupationem substituit. Nam quemadmodum scripto filio hæredi separatim ab hæredibus patris, ita nuncupato potest videri separatim à scriptis patris hæredibus bonorum possessio dari. *Nuncupatum hæredem* à scripto distinguit: vt sit is modus, cuius meminit Iustin. hic. §. vlt. Budæus inquit, Nuncupare, est non scripto, sed verbo cauere, vel dicere. vnde testamentum nuncupare apud Plin. lib. 14. de ebrietat.

TITVLVS VNDECIMVS.

De Militari testamento.

DOcuerit cùm satis amplè & in generali Imper. ordinandum paganicum testamentum: nũc tractat hic de testamẽto militari, quia militib. ꝓpria ferè & singularia iura seruantur. Priuilegiati quondã erãt in condendis testamentis milites. Vtcunque enim condiderant, si voluntas approbaret, sufficiens erat. Hoc tamen hactenus illis indultum est, si in expeditionibus

bus essent occupati. Et solum modo meminit idem Imper. hic militiæ scriniorum. l. in sacris scrinijs. in fin. C. de prox. sacr. scrin. libr. 12. ilicet doctores & aduocati militare dicantur, nec non theologi literaria & cœlesti militia. l. aduocati. C. de aduocat. diuers. iudic. Doctor tamen in actibus in quibus requiritur discussio iuris præfertur militi. sed in exercitijs militaribus prę fertur miles. vt not. Doctores l. j. C. de offic. vicar. & facit c. cùm ad verum. 16. dist. sed in actibus indifferentibus præfertur Doctor militi: quia plus conferunt ad rempublic. iura quàm arma. vt supr. in procem. li. j. Insti. §. imperatoriam &c.

Ad hoc, vt aliquis sit miles, requiritur.

Vt non sit negociator, sed de nobili genere seu progenie. vt C. de re militari. l. neminem.

Vt examinetur an sit idoneus ad militiam. vt C. qui militar. non possunt. l. prima lib. 12.

Vt iuret non vitare mortem pro republica, nec fugere à vexillo. vt l. penul. ff. de milit. testa. & l. pen. ff. de his q no tant. infam. l. ij. §. milites.

Vt

Vt cingatur enſe. vt ff. de milit. teſtamen. l. penult.

Vt recipiat aliquam notam, ſeu aliqua ſtigmata in brachijs in ſignum militię. vt C. de fabricenſ. l. iij.

Vt ſcribatur in matricula cum alijs militibus. vt ff. de milit. teſta. l. ex eo.

1 *Et fiunt milites à principe de iure.* licet ex conſuetudine vnus miles faciat alium. vt d. l. ex eo. notatur.

2 *Teſtamentum militare itaque eſt, quod à milite armato fit in militia, & exiſtente in expeditione, omiſſis vel omnibus, vel aliquibus teſtamentorum ſolennitatibus.* vt. §. j. hic. & l. j. ff. eod. Nam ſi in ipſo conflictu hoſtiũ & extremo vitæ diſcrimine miles teſtamentum fecerit, nullę requiruntur ſolennitates. Idem etiam de milite valetudinario in caſtris ſentiendum eſt, cuius teſtamentum valet, dum modò per duos teſtes ad id rogatos probetur. Sin autem miles extra militiam domi teſtatur, non gaudet huiuſmodi priuilegio, ſed communis diſpoſitio iuris ciuilis ſeruari debet. per text. hic in §. illis autem. cum iij. ſequentib. & l. milites. C. eod. quemadmodum & amittit miles hoc priuilegiũ teſtandi, ſi damnetur de graui aliquo delicto,

licto, vt de deserta acie, de amissis armis, de rupta fide, de crimine læsę maiestatis. per d.l.ex militari.§.j. ff.de mil.testa.& l. militibus.C.eod.& gloss.hic.in.§.sed hactenus.sup.verb.post missionem.

Priuilegium datum militibus in testamento faciendo

Ratione formæ testamenti, seu solennitatū, qua vel sola differt militis testamētum à paganico, per text. hic.in princip.

Quò ad personam Testatoris. l.ex militari.ff.eod.

Respectu hæredis instituti. l.idem.§.& deportati.ff.eodem. & l. ex testamento. C. eod.

Circa substantiam dispositionis in testamento. Miles enim pro parte testat⁹ & pro parte intestatus potest decedere.l.si miles vnum.in fin.ff. d.tit.& Plat.hic num. 16.& vid.Bart.d.l.idē.§.& deportati.ff.eod.

Milites sunt, per quos aduersus hostium iniurias & insultus publicus status conseruatur, varijsq; in iure nostro epithetis designantur, Cincti scilicet, Sagati, Caligatique dicti. de quibus copiosissimè scribit 3

Alex.c.22.li.6.Genial.dier.Meminit itē Vulturius.Milites autem olim qui dicerentur,declarat,Speculator in tit.de procur.& Accurſ.l.penult.ff.ex quibus.cauſ. maior. Hodie verò quanquam circa militarem obſeruantiam multa nobis è manibus fœdiſsimè lapſa ſunt, conuenit tñ communiter inter Dd.etiam milites noſtros militaria priuilegia habere, quæ in corpore Iuris,vt aiũt,continentur:modò militiam exerceant.

4 *Priuilegium eſt ius ſingulare.* Quia veteres priua dixerunt,quæ nos ſingula dicimus.Sicut & Vlpianus titulo.ſi cert. pe-
5 tat.*Singularia*, inquit, quædam præcepta ſunt,circa pecuniam creditam. quaſi dicat,extra communes iuris regulas, quædam peculiariter obtinent in contractu mutui.Verbum tamen *priuilegium*, quod & antiquius eſt,dicitur quaſi priuata lex: quæ cum diuerſos habeat effectus,diuerſis etiam appellationibus nuncupari poteſt,re interim eadem manente. Nec enī aliter differt priuilegium à priuilegio, quàm lex generaliter à lege ſpecialiter. Hinc *Priuilegiarij*,quibus priuilegium aliquod eſt conceſſum.malè,priuilegiati. d. Sicut beneficiarius, non beneficiatus. Vnde milites beneficiarij, qui vacabant offi-

officio. Vlp. de priuil. credit. l. si ventri. Quorum pecunia, ait, ad creditores priuilegiarios peruenit. Idem de pact. l. rescriptum. An priuilegiarijs, inquit, absentib. hæc pactio noceat. Item tit. quod cum eo qui in alien. potest. l. sed an hic. rectè dicetur, occupantis meliorem esse conditionem, nisi quis priuilegiarius veniat.

Excusatur ab ignorantia iuris. l. regula ff. de iur. & fact. ignorāt. §. j. l. scimus. in princip. C. de iur. deliberand. quia in testamento militis sufficiunt duo testes, vel nullus testis requiritur. vt tit. p̄ced. §. fin. secus in testamento pagani. vt supr. tit. prox. §. j.

Torqueri nequit. l. milites. C. de quæst. & quia nō oportet in testamento militis quod testes sint rogati. vt infr. eod. §. planè. secus in paganis. vt supr. tit. prox. §. fin. in gloss.

Ob debitum nō potest capi. vt i debitum non potest exigi armata manu, sed ciuiliter in iudicio. l. negantes. & ibi Bald. C. de act. & obli. l. extat. ff. quod met. caus. & l. si pœna. ff. de condict. in debit.

vidit quando fuit proximus pubertati, siue doli capax. vt ff. de verbor. signific. l. notionem. §. instrumentorum. & C. de hæretic. & Manichę. l. quoniam. licet sint qui dicant quòd non possit de his ferre testimonium, quia indiscretè concepit. vt l. minor. ff. de seru. exportand. Nec est simile de seruo, vt hîc allegat in gl. quia seruus ita discretè cõcipit sicut liber. Sed hoc debet intelligi de his, quæ pupillus vidit quando fuit proximus infantiæ. & ita seruanda est prima opinio.

28 Et quamuis *seruus non posset testamento adhiberi testis*, & ei adsimiletur *Monachus*, sic tamen benè potest esse testis in iudicialibus. vt in authent. si dica. test. C. de testi. Sed tunc requiritur licentia superioris sui: aliàs testimonium suum est inefficax. vt not. Speculat. in tit. restit. in int. §. j. versic. item excipitur. & habetur in c. per tuas. & in c. nuper. extr. de testi. Potest etiam Monachus esse testis in testamento, si habeat licentiam superioris, quia potest esse executor testamenti. vt c. si de testa. lib. vj. & in Clemen. vnic. eod. tit. Ex quo patet quòd si esset aliquod instrumentum factum vbi monachus esset testis sine licentia superioris sui, tale instrumentum non valeret, nisi essent suffi

cientes

cientes alij teſtes inſerti cum illo. & ex iſto poſſent improbari valde multa teſtamenta.

Item hîc notandum, quòd ille *qui dãnatus eſt à lege vel à iudice de crimine læſe maieſtatis, vel legis Iuliæ*, vel etiam de hæreſi, non poſsit eſſe teſtis in teſtamento. Nec valet etiam ſuum teſtamentum. imò irritatur prius factum. vt ff. ad leg. Iul. maieſt. l. fin. & C. ad leg. Iul. maieſt. l. fin. & in auct. credentes. C. de hæretic. & Manichæ. Nec etiam ille, qui propter crimẽ prohibetur teſtamentum facere: vel qui paſſus eſt muliebria, poteſt eſſe teſtis in teſtamento. vt l. is cui. ff. de teſta. 29

Infames tamen de alijs criminibus benè poſſunt eſſe teſtes in teſtamento, vt notat Bart. l. is cui. §. j. ff. de teſta. & probatur per l. j. C. de ſecund. nupt. 30

Item *filius non poteſt eſſe teſtis pro patre.* quando patri aliquid acquiritur, vel in proprio facto patris. vt hic, & in l. parentes. C. de teſtib. Sed ſi nihil acquireretur patri, nec ageretur de facto proprio patris, filius bene poſſet eſſe teſtis pro patre ſuo. vt notatur per Bart. & per gloſſ. l. qui teſtamento. §. quæ. ff. de teſta. Et idem eſt de *filio emancipato*, & de filio exiſtente in poteſtate. vt in d. l. parentes. C. eod. Idem 31

etiam est de *filio spurio*. vt not. Bart. l. ad tutelas. ff. de cap. diminut. Sed è contrà *pater* non potest esse testis pro filio suo, licet etiam non agatur de facto proprio filij, vel nihil sibi acquiratur. vt in gloss. l. qui testamento. §. quæ autem. ff. de testa. Secus tamen in patre prælationis. nam *Episcopus* potest esse testis in causa capituli sui, si habeant bona distincta. vt notatur in c. cùm nuncius. extr. de testibus. Secus etiam est de *patre spirituali*: nam ille potest esse testis pro filio suo, & è contrà. quia istud edictum est prohibitorium, & nullibi hoc prohibetur. vt not. l. j. ff. de testibus.

32 *Existentes in potestate testatoris* reijciunt à testimonijs in testamẽto: quia *domesticũ testamentũ non valet*, vt hic. & C. de test. l. ij. & c. in literis. extr. de testib. vt verum quidem est pro domestico: quamuis tamen valeat contra domesticum de consensu partis aduersæ, vt in d. l. ij. valet etiam ad probandum innocentiam patrisfamilias, vel ad probandũ illa quæ secretè fiunt in domo. vt l. consensu. §. seruus. C. de repudijs. valet etiam si vnus domesticus litiget contra condomesticum suum, quia tunc tertius domesticus potest esse testis. Et valet suum testimonium ratio-

tione paritatis, vt l. non solùm. §. de vno. ff. de rit. nupt. valet etiam in extraiudicialibus de consensu partium. vt l. sciendum. iunct. gloss. ff. de vsu. Satis tamen est si paterfamiliàs velit producere familiarem suum ille potest ferre testimoniũ, si actu nõ sit familiaris. Et ideo si paterfamiliàs vellet talem producere debet illi dare licentiam. vt l. iij. §. duæ causæ. ff. ad Carbon. Si tamen iste daret licentiam in fraudem, quod patet quando facto testimonio statim recipit eum, tunc non valeret testimonium. vt l. j. §. item Numio. ff. de quæstio. & per Bartol. Ratio autem quare non valeat testimonium domesticum est propter affectionem. Et etiam quia maxima pars abhorret aliud dicere quàm ex arbitrio patrisfamiliàs. vt l. si postulauerit. §. iubet. ff. ad leg. Iul. de adult. Et dicuntur *Coloni & adscriptitij* etiã domestici. licet non morentur in domo. vt C. de his qui ad eccles. confug. l. fin. Similiter vxor dicitur domestica. vt supr. de vsu & habit. §. item his. Et omnes seruientes dicuntur domestici. vt l. respiciendũ. ff. de pœn. & dicit Bald. quòd etiam *sponsa* est domestica. l. ij. C. de testib.

Triplices homines qui contingunt se per existẽtiam in potestate: quorũ nullus potest esse testis in testamento.

In quo hæres, quem aliquo istorum modorum contingit, institutus est.

Quia agitur de eorum lucro & damno. vt ff. quando appelland. sit. l. j. §. in propria.

Agitur etiam eorum propriũ negocium. Et nemo potest esse testis in facto suo proprio. vt C. de testibus. l. omnibus.

33 *Item frater emancipatus bene potest esse testis pro suo fratre, non inuitus*, vt charitas obseruetur, sed volens. vt not. per l. parentes. C. de testibus. & in c. literas. extr. de præsumpt. Et ideo Notarius in testimonio fratris debet scribere, quòd iste sit testis ad hoc rogatus, & volens factus est testis. Attamen in *causa criminali* nullus coniunctus vsque ad septimum gradum potest esse testis. vt l. in oppositum allegata. & c. licet. extr. de testib. & c. postremò. extr. de appellat.

34 *Item legatarius potest esse testis, quia legatarius non est successor iuris*. vt hic dicitur. sed rei sine aliquo onere. vt ff. mandat. l. si hæreditatem. Ex quo patet, vt *testibus in testamento* bene possit aliquid *legari*.

gari. vt l. si quis ita. ff. de reb. dub. Similiter *dictantibus testamentum*. vt leg. dictantibus. C. de testa. Sed *scribentibus testamentum* nihil potest legari. vt l. ij. C. de his qui sibi in testamento adscrib. quum possint sic facere fraudem.

Fideicommissarius est duplex:

Singularis. qui hic non potest esse testis.

Vniuersalis non potest esse testis: quia est loco hæredis, & est successor iuris. vt §. restituta infr. de fideicom. hæred.

Et sic fideicommissorum alia sunt

Vniuersalia, id est, ad hæreditatem spectantia, quib. totum patrimonium, vel eius partem hæres alij restituere rogatur.

Alia rerum singularium quę vocantur: nam discrimen olim fuit inter ea, vt suprà. d. est: sed sublato eo, per omnia sunt exæquata fideicommissis legata. §. j. sed non vsque. inf. de legat. Vlp. l. j. eodem. l. j. & ij. C. commun. de legat.

Attamen non omnino putandum hic, 33

vt vulgo, fideicommissa esse legatis exæquata. Vnde Zasius colligebat, quod & ab Alciato pòst legimus esse probatum, minimè sequi necessariò, vt vtraque eodem iure petantur. *Fiunt autem fideicommissa* verbis precarijs erga grauatum. qualia sunt, rogo, peto, volo, quæro, mando, deprecor, cupio, appeto, iniungo, desidero, impero, obsecro, & similia. vnde & nomen illud sumpserũt, q̃ in fide pudoreq; hæredis cõsisterent. §. fin. Inst. de singul. reb. per fideic. reli. accedit Vlp. inquiẽs, etiã hoc modo, cupio vt des, credo te daturum, fideicommissum est. de lega. j. l. etiã.

86 *Item dum aliquis potest esse testis in testamento*, tunc ille, qui est in potestate sua, etiam potest esse testis in eodem testamento. Et ideo quia *Notarius* habetur pro teste, *filius Notarij* bene potest esse testis. vt C. de testam. l. Domicius.

87 Item *socius* potest esse p̃ socio suo: nisi contingeret eum esse socium in omnibus bonis: quod esset contra l. quoniam. C. de testib. vti non potest esse in criminalibus si alicuius rerum socius sit. vt c. veniens. ext. de testib. & c. fin. extr. de accus.

88 *Non licet Notario in immunda charta atq; deletitia testamenta conscribere*: licet aliàs perinde sit in quanam materia testamentum

tum describat: vti & vnum testamentum possit pluries scribi, vt vno amisso ex alio voluntas conseruetur: vt quælibet scriptura sit principalis. Et *vt de vno testamẽto* possunt fieri plures scripturæ æquè principales: ita possunt fieri de vno contractu plura instrumenta æquè principalia. vt in gl. l. vnum. ff. de testa. Et hoc est quod habet quotidiana practica cùm quis petit instrumentum vel instrumenta. Et vt de vno testamento possunt fieri plures scripturæ, sic in vna scriptura possunt contineri diuersa testamenta. vt in l. plures. ff. de vulg. & pupil. substitut. Et ideo si vir & vxor faciunt testamentũ simul, non est vnũ testamentũ sed sunt duo testamenta. Et ergo altero mortuo potest superstes testamentũ quò ad partẽ suã adhuc reuocare. vt l. 3. ff. de adimẽd. & transfer. lega.

Testamentũ nuncupatiuum potest fieri sine scriptura exprimẽdo voluntatẽ corã septem testib. vt. §. sed hæc quidẽ. hic. licet non omnino ex veteri forma. quod quidẽ Viglius admonet, prius ciuile esse, nec quicquam de iure ptorio participare. Et hinc euenit *vt in testamento interdũ nullus sit testis.* vt si miles in expeditione tempore mortis faciat testamentũ suum. C. de testa. milit. l. milites. Dicunt tñ aliqui ibi requiri duos testes ad min⁹. vt l. Lucius. ff. de mili. test. 39

cet sit scriptum non propter substantiam testamenti: sed ad habendum probationes. Et istud testamentum non requirit subscriptiones testium, siue sigilla. Et ista scriptura legitur coram testibus. Ex quo patet posibile esse facere testamentum scriptum & nuncupatiuum simul.

Nuncupatiuum testamentum autem illud est, ad cuius firmitudinem & substantiam necessaria non sit scriptura: tametsi nunc ad perpetuam rei memoriam, facilioremq; probationem soleat in scriptis redigi. Item est testamenti genus, quod appellatur in scriptis: quia sine scriptura inualidum sit. Eius forma plenariè traditur C. de testa. & quidem *nuncupatiuum* dicitur, quòd iure ciuili, coram septem testibus, nominato hærede, fieri soleat. Cuius vocis & ea videtur ratio, quòd *nuncupare* sit nomina capere: vnde, quia proprijs nominibus testes accipiebantur, videtur id dictum testamentum nuncupatorium. nõ enim alia solennitate opus erat. quamuis iuxta interpretum morem, *nuncupare* dicas esse voluntatem circa hæredis institutionem, legatorum dationẽ, cæterasque testamenti partes, lingua & voce exprimere nominareque. Iul. l. si ita de bon. posses. secund. tabul. Quoddam testa- 42

testamentum in tabulis sibi fecit: filio autem impuberi per nuncupationem substituit. Nam quemadmodum scripto filio hæredi separatim ab hæredibus patris, ita nuncupato potest videri separatim à scriptis patris hæredibus bonorum possessio dari. *Nuncupatum hæredem* à scripto distinguit: vt sit is modus, cuius meminit Iustin. hic. §. vlt. Budæus inquit, Nuncupare, est non scripto, sed verbo cauere, vel dicere. vnde testamentum nuncupare apud Plin. lib. 14. de ebrietat.

TITVLVS VNDECIMVS.

De Militari testamento.

DOcuerit cùm satis amplè & in generali Imper. ordinandum paganicum testamentum: nũc tractat hic de testamẽto militari, quia militib. ꝓpria ferè & singularia iura seruantur. Priuilegiati quondã erãt in condendis testamentis milites. Vtcunque enim condiderant, si voluntas approbaret, sufficiens erat. Hoc tamen hactenus illis indultum est, si in expeditionibus

bus essent occupati. Et solum modo meminit idem Imper. hic militiæ scriniorum. l. in sacris scrinijs. in fin. C. de prox. sacr. scrin. libr. 12. ilicet doctores & aduocati militare dicantur, nec non theologi literaria & cœlesti militia. l. aduocati. C. de aduocat. diuers. iudic. Doctor tamen in actibus in quibus requiritur discussio iuris præfertur militi. sed in exercitijs militaribus præfertur miles. vt not. Doctores l. j. C. de offic. vicar. & facit c. cùm ad verum. 16. dist. sed in actibus indifferentibus præfertur Doctor militi: quia plus conferunt ad rempublic. iura quàm arma. vt supr. in procem. li. j. Insti. §. imperatoriam &c.

Ad hoc, vt aliquis sit miles, requiritur.

Vt non sit negociator, sed de nobili genere seu progenie. vt C. de re militari. l. neminem.

Vt examinetur an sit idoneus ad militiam. vt C. qui militar. non possunt. l. prima lib. 12.

Vt iuret non vitare mortem pro republica, nec fugere à vexillo. vt l. penul. ff. de milit. testa. & l. pen. ff. de his q no tant. infam. l. ij. §. milites.

Vt

Vt cingatur ense. vt ff. de milit. testamen. l. penult.

Vt recipiat aliquam notam, seu aliqua stigmata in brachijs in signum militię. vt C. de fabricens. l. iij.

Vt scribatur in matricula cum alijs militibus. vt ff. de milit. testa. l. ex eo.

1 *Et fiunt milites à principe de iure.* licet ex consuetudine vnus miles faciat alium. vt d. l. ex eo. notatur.

2 *Testamentum militare itaque est, quod à milite armato fit in militia, & existente in expeditione, omissis vel omnibus, vel aliquibus testamentorum solennitatibus.* vt. §. j. hic. & l. j. ff. eod. Nam si in ipso conflictu hostiũ & extremo vitæ discrimine miles testamentum fecerit, nullę requiruntur solennitates. Idem etiam de milite valetudinario in castris sentiendum est, cuius testamentum valet, dummodò per duos testes ad id rogatos probetur. Si n autem miles extra militiam domi testatur, non gaudet huiusmodi priuilegio, sed communis dispositio iuris ciuilis seruari debet. per text. hic in §. illis autem. cum iij. sequentib. & l. milites. C. eod. quemadmodum & amittit miles hoc priuilegiũ testandi, si damnetur de graui aliquo delicto,

licto, vt de deserta acie, de amissis armis, de rupta fide, de crimine læsę maiestatis. per d.l.ex militari.§.j. ff.de mil.testa.& l. militibus.C.eod.& gloss.hic.in.§.sed hactenus.sup.verb.post missionem.

Priuilegium datum militibus in testamento faciendo

Ratione formæ testamenti, seu solennitatú, qua vel sola differt militis testamẽtum à paganico, per text. hic.in princip.

Quò ad personam Testatoris. l.ex militari.ff.eod.

Respectu hæredis instituti. l.idem.§.& deportati.ff.eodem. & l. ex testamento. C. eod.

Circa substantiam dispositionis in testamento. Miles enim pro parte testat⁹ & pro parte intestatus potest decedere.l.si miles vnum.in fin.ff. d.tit.& Plat.hic num. 16.& vid.Bart.d.l.idẽ.§.& deportati.ff.eod.

Milites sunt, per quos aduersus hostium iniurias & insultus publicus status conseruatur, varijsq; in iure nostro epithetis designantur, Cincti scilicet, Sagati, Caligatique dicti. de quibus copiosissimè scribit 3

Alex.c.22.li.6.Genial.dier.Meminit itē Vulturius.Milites autem olim qui dicerentur,declarat,Speculator in tit.de procur.& Accurſ.l.penult.ff.ex quibus.cauſ. maior. Hodie verò quanquam circa militarem obſeruantiam multa nobis è manibus fœdiſsimè lapſa ſunt, conuenit tñ communiter inter Dd.etiam milites noſtros militaria priuilegia habere, quæ in corpore Iuris,vt aiūt,continentur:modò militiam exerceant.

4 *Priuilegium eſt ius ſingulare.* Quia veteres priua dixerunt,quæ nos ſingula dicimus.Sicut & Vlpianus titulo.ſi cert. pe-
5 tat.*Singularia*, inquit, quædam præcepta ſunt,circa pecuniam creditam. quaſi dicat,extra communes iuris regulas, quædam peculiariter obtinent in contractu mutui.Verbum tamen *priuilegium*, quod & antiquius eſt,dicitur quaſi priuata lex: quæ cum diuerſos habeat effectus,diuerſis etiam appellationibus nuncupari poteſt,re interim eadem manente. Nec em̄ aliter differt priuilegium à priuilegio, quàm lex generaliter à lege ſpecialiter. Hinc *Priuilegiarij*,quibus priuilegium aliquod eſt conceſſum.malè,priuilegiati. d. Sicut beneficiarius, non beneficiatus. Vnde milites beneficiarij, qui vacabant offi-

officio. Vlp. de priuil. credit. l. si ventri. Quorum pecunia, ait, ad creditores priuilegiarios peruenit. Idem de pact. l. rescriptum. An priuilegiarijs, inquit, absentib. hæc pactio noceat. Item tit. quod cum eo qui in alien. potest. l. sed an hic. rectè dicetur, occupantis meliorem esse conditionem, nisi quis priuilegiarius veniat.

Excusatur ab ignorantia iuris. l. regula ff. de iur. & fact. ignorāt. §. j. l. scimus. in princip. C. de iur. deliberand. quia in testamento militis sufficiunt duo testes, vel nullus testis requiritur. vt tit. p̄ced. §. fin. secus in testamento paganí. vt supr. tit. prox. §. j.

Torqueri nequit. l. milites. C. de quæst. & quia nō oportet in testamento militis quod testes sint rogati. vt infr. eod. §. planè. secus in paganis. vt supr. tit. prox. §. fin. in gloss.

Ob debitum nō potest capi. vti debitum non potest exigi armata manu, sed ciuiliter in iudicio. l. negantes. & ibi Bald. C. de act. & obli. l. extat. ff. quod met. caus. & l. si pœna. ff. de condict. in debit.

Damnatus ob æs alienum nec potest teneri, nisi in quantum facere potest. l. miles. & l. item ff. de re iud.

Miles potest scienter præterire filium suum. vt l. sicut. & l. si cùm in vtero. C. eod. Sed secus in pagano. vt. infr. de exhæred. liberor. in princip. & auctent. ex caus. & ibi per Bart. de liber præterit.

Quò ad formam miles habet priuilegia hæc: nam

Militis testamentum non rumpitur per agnationem sui hæredis, vt puta filio instituto mortuo: viuo testatore & nepote præterito superstite. vt l. qui iure militari. ff. eod. Secus in pagano. vt l. Gallus. ff. de liber. & posth.

Miles directè potest hæreditatem dare vel adimere in codicillis. vt l. militis codicillus. ff. eod. Secus in pagano. vt infr. de codicill. §. codicillis.

Testamentum militis citius confirmatur quàm testamentum pagani. vt inf. quib. mod. test. infirm. §. non tamen & infr. eod. §. quinimo.

Miles potest facere testamentũ per substitutionem pupillarem filio suo impuberi non faciendo testamentum sibi-

ſibijpſi: vt l. miles ita. ff. eod. quod non poteſt paganus. vt inf. de pupil. ſubſtitut. in princ.

Miles denique poteſt decedere cum duobus teſtamentis, vt l. quærebatur. ff. eod. quod non poteſt paganus. vt inf. quib. mod. teſta. infir. §. poſteriore.

Forma eſt quæ eſſentiam rei præſtat. l. Iulianus. §. ſi quis rem. ade xhibēd. & quod de ſubſtātia dicimus. vt ſi in teſtamento deſit voluntas, vt quia furioſus aut impubes teſtatus eſt l. generali. C. de ſacroſan. Eccleſ. aut in contractibus deficiat conſenſus. l. cùm Aquiliana. de tranſact. Quod & ad naturam protrahendum eſt. Nam & ea contractui perficiendo neceſſaria eſt, vt res ex venditoris, precium ex emptoris parte. l. in venditionibus. de cōtrah. empt. §. precium. Inſtit. de empt. Alioqui actus ipſi, ſi horum aliquid deficiat, omnino pereunt. 6

Ignorantia eſt, cùm de facto vel de iure nihil ſcio, nec inde aliquid ſuſpicor. lege Azonem in ſumma. Et *Ignorantia*, Paulus inquit, vel iuris vel facti eſt. l. j. eod. Item l. regula eſt. de iur. & fact. ignor. idem tradit, Iuris quidem ignorantiam cuiq; no- 7

cere, facti verò ignorantiam non nocere. vt exemplum habes d. l. j. & vid. Philip. lib. ij. Philosoph. Moral. tit. Quando excusat erratum ignorantia.

8 *Torquere, tormentum inferre, causa inuestigandi veri.* Donatus: Torquemus hominem, extorquemus veritatem. Interpretes *Torturam* vocant: ab eaque docent non esse incipiendum. Bartol. l. j. de quæstion. *Torquere ius* per translationem pro auertere, aut peruertere. Cicero pro Cæcinna: Iuris retinere sententiam, & æquitatem, plurimum valere oportere, an verbo, ac litera ius omne torquere, vos statuite iudices, vtri æquiores esse videantur.

9 *Debitum dicitur tam ex delicto quàm ciuile, vt debitor* capi non possit, stante statuto quòd veniens ad se excusandum, non possit capi pro debito. Bart. in consil. statutum ciuitatis Tuderti. Idem in moratoria pro debitis. Angel. l. sed ex parte. §. j. quod cum eo. Et *debiti appellatione* venit exigibile tantum, non aliud. Bald. l. ij. C. de fideiussorib. scilicet id quod cum effectu est debitùm: quia qui promittit quod debet, intelligitur, scilicet cum effectu. l. si prior. & ibi Bart. in princ. ff. solut. matrim. *Debiti appellatione* venit etiam natura-

turale tantùm, si aliud reperiri non poteſt. vt Ioan. de Imol. ait. l. ſi fideiuſſor. in princip. de lega. j.

Damnatus qui non prouocauit. Cæterùm si prouocet, nondum damnatus videtur. *Damnatus* enim ille eſt, vbi damnatio tenuit. l. ij. ff. de pœn. 10

Aes alienũ eſt, quod alijs debetur. *Aes autem alienum ſoluere* neceſſe eſt, credere autem non eſt neceſſe. vt ait Paul. §. reſtitutio. l. quod ſi minor. ff. de minorib. *Aes alienum meum*, hoc eſt, quod ego contraxi. Aes alienum diſſoluere, vel exonerare. *Aes noſtrum*, eſt quod nobis debetur. *In ære noſtro eſſe*, pro in bonis noſtris eſſe Cicero etiam de amicis dixit. *In ære nullo eſſe*, pro nihil debere. Oldend. 11

Teneri pro obligari. Hinc teneri lege aut interdicto quis dicitur, cùm per legem, vel Prætoris edictum, interdictumúe eſt ad aliquid faciendum, vel non faciendũ obſtrictus. Sic teneri quem promiſsi pro obligatum eſſe accipiendum eſt, *teneri pœna*, pro obnoxium eſſe accipias. 12

Miles tam caligatum, gregariumq; peditem ſignificat, quàm equo militantem, & honoratum. Diſtinguitur autẽ à togato, & vt recentiores loquuntur, à pagano. Bud. 13

l.vlt.de Senat. Barbarè ergo pro equite aurato vulgus accipit. de quo vid. Romanum & Althamerum.

14 *Exhæredatio legis implet voluntatem: Præteritio secus:* Illa solidat testamentum, ista infirmat. Illa lege permittitur, ista prohibetur. Salo. l. Gallus.

15 *Paganus, à pago dicitur, qui pacificus non est militiæ sacramento addictus.* l. si ignorãs. ff. locat. Verius tamen putamus esse, quod priscis Romanis paganꝰ ille erat, qui militiæ cupiẽs, erat & illi cingi seu asscribi volebat. Eo eñ interuallo, quo id quærebat & ad militiam adspirare tentabat, paganus: mox militiam adeptus, miles dicebatur. Vnde Scęuola ad leg. Falcid. l. si dum paganus erat, fecerit testamentum, militiæ tempore codicillos, Lex Falcida in codicillis locum non habet, in testamento locũ habebit. Nec ignoramus, receptius esse, paganum dici omnem, qui nõ est miles, & qui est priuatus.

16 *Testamentum ideo dicitur, quòd nisi testatore mortuo, confirmari non potest, nec sciri, quod in eo scriptum sit, quod clausum sit.* Pro in testamentum non simpliciter appellatum est, nec etymum habet ex eo, quòd testatio mentis sit, sicut Iustin. tit. præced. in princ. qui locus multis imposuit.

Nam

Nam alludit ibi Imper. ad vocem ipsam, deseruiens duntaxat Tyronibus Iuris. Alioqui testamentum censetur hîc potiùs, quasi testatio manens. Primùm enim voluntas (vt iam attigimus) manet clausa, & sine effectu ad mortem vsque testatoris. Deinde mortuo testatore, manet perpetuò rata. Sit ergo testamentum extremæ voluntatis testimonium. Nam vt Vlp. ait. Testamentum, est nostræ voluntatis iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit. l. j. de testa.

Agnatio est inter eas personas, quæ idem habent gentilitatis nomen, easdem imagines, eandem familiam, eadem sacra. argumento l. j. de rit. nupt. atque adeò inter eas quæ sunt ex eodem masculo parente. Clariùs Theophilus, qui, vt totam, inquit, rem vno verbo absoluam, tamdiu per ordinẽ procedit agnatio, quamdiu nulla interuenit persona fœminina, quæ causam det cognationi. Itaque agnati sunt, qui per masculos nobis coniunguntur: vt frater consanguineus, & soror consanguinea, & fratris liberi, & nepos, neptisue ex fratris filio & patruus, & patrui liberi, & ex filio, patrui nepos, neptisue & amita. Dicimus etiam agnatum, quicquid vltra naturæ debitum natum est. 17

18 *Hæreditas ipsum ius est personam defuncti referẽs,nõ aũt facultates.* l. hæreditatis. & l. pecuniæ. § hæreditas. eod. ideoq; ab ipsis rebus hæreditarijs differt. Vnde qui hæreditatem vendit,rebus hæreditarijs euictis,nihil præstat. Hæreditas nomen seruat, etiamsi nulla corpora hæreditaria sint. l. hæreditas. de petit. hæredit. Et in multis partibus iuris, pro domino habetur: ideoq; hæreditati quoque vt domino per seruum hæreditarium acquiritur. autor Hermogen. l. hæreditas. de acquir. rer. domin.

19 *Adimere qualiter quis intelligatur,* declaratur toto titulo. de adimend. lega.

20 *Codicillus pro diplomate seu literis principalibus accipitur.* vt l. administrantes in princi. ff. de excus. tut. Aliàs pro paruis literis,â priuato ad amicum scriptis. Sulpitius ad Cicer. Puer Acidini mihi obuiam venit cum codicillis. A Iurisconsultis verò, intelligitur pro sententia voluntatis vltimę,quam sine iusta testamenti solennitate permissum est ob impediměti necessitatem scribere. Qua verò ratione *Codicilli* (sic enim numero plurali frequentiùs vocantur) cœperint, declarat. Iusti. Institut. de codicill. in princip.

21 *Confirmatione priuilegiorum quamuis nihil*

hil noui concedi vulgatum sit. l. ex verbis. ff. de donat. inter vir.& vxo. est tamen vbi confirmans aliquid dat.l.obuenire.ff. de verbor.significat.

Facere perquàm generale verbum est, & ad quæcunque facta refertur: & facere videtur qui iubet & mandat.l.in condemnatione.ff.de regul.iur. imò qui dat interpretatur facere.l.si hæres.ff.de leg. j. Et facere plus est quàm pronunciare. l.si tamen.§.ei qui seruum. ff. de ædilit. edict. Item denique aliud est quàm reficere. l. iij.§.penult. ff. de itin. actuque priua.l.j. §.j.de via publ.refic. Interpretes tamen apud Iureconsultos hoc verbum pro reficere accipiunt. vt.l. si seruus seruum.§. si calicem,ad leg. Aquil. l. Mutius. de rei vendic.l.j.de mort.inser. 22

Substitutio pupillaris, est ordinatio hæredis à patre,in testamento filio impuberi in potestate constituto: facta sub ea conditione, si impubes decesserit. Ita Fumeo erit exemplum: Titius filius meus heres mihi esto: & si Titius filius meus intra xiiij. annum morietur,Seius hæres esto.à pupillo,cui fit, nominata. 23

Sub-

Generalis, quam ſub reciproca cõtineri lex declarauit. l. iam hoc iure. ff. de vulga. eadem certè ratione quæ ſatis infrà in vulgari explicabitur.

Expreſſa erit illa: Titius filius meus, hæres mihi eſto; & ſi filius meus intra xiiij. annum morietur, Seius hæres eſto in §. j. Inſt. de pupill.

Subſtitutio pupillaris eſt

Tacita, ſub expreſſa vulgari cõprehẽditur, quia talis à lege ſubauditur. l. ſi quis. C. de impub.

Quarta: quæ eſt duplex, compoſita ex Expreſſa & Tacita, cuius exemplũm aſſumitur ex ſpecie l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub conditione fact: tãetſi omnes Accurſiani hoc non ſentiunt, contra quos Fumæus illum caſum rectè conſtituit.

24 *Impuberem* appellat Iuriſconſ. *minorem xxv. annis: Puberem, maiorem.* l. impuberibus de acquir. hæred. Vtrunque pariter impropriè, teſte Apello. Eſt autem propriè impubes vel impuber, qui xiiij. ann. non expleuit.

25 *Decedere, ſine appoſitione, pro mori, quaſi à cuſtodia & gubernatione corporis proficiſci.*

Mar-

Martian.de mort.cauſ.donat. Si hi, inquit, qui inuicem mortis cauſa donauerunt, pariter deceſſerint, neuter hæres repetit. Quomodo autem cenſeantur cõiuges pariter morituri, diſputat Vlp.l. cùm hic ſtatus.§.ambo.de donatio. inter vir.& vxor. Triphon.l.qui duos impuberes.ff.de rebus.dub. Propriè verò eſt à mandato cuſtodiæ loco recedere. Vnde conſules, præſides, prætores dicuntur ex prouincia decedere: item præſidia de vrbibus & caſtellis. vid. Laur. Vall. lib. elegant. v

Quo ad perſonã teſtantẽ habet miles priuilegia:

Primum, quia damnatus de crimine capitali poteſt de peculio caſtrenſi facere teſtamen tũ, ſi hoc ſit ſibi in ſententia reſeruatum, vt notatur inf. eod. §.quinimo.quod non poteſt paganus. vt l.qui à latronibus.§. j. ff.de teſta.

Secundum, quia miles de ſtatu dubius poteſt facere teſtamentum. vt l. ex militari. §. j. ff.eodem. quod non poteſt paganus. vt l.de ſtatu. ff. de teſta.

Tertium, miles ſurdus & mutus poteſt teſtari. vt. infr. eod. §.quinimo.quod non poteſt paganus.

vt l.qui in potestate.§.j.ff.de testa.

Quartum,quia miles filiusfamiliàs potest testari & testamentum facere. vt inf.eod.§.proximo.quod non potest paganus.vt inf.tit. prox. in princip.

Quintum,quia miles potest directè substituere extraneum. vt l. centurio. ff.eod.quod non potest paganus.vt inf. de pupillar.substit.§.fin.

Sextò, quia miles potest grauare hæredem vltra dodrantem. vt. l. in testamento. C.ad leg. Falcid.quod non potest paganus. vt infr. ad leg. Falcid. §.nouissimè. *Ex parte personæ institutæ priuilegiatur testamentum militis.* quia sufficit capacitas personæ institutæ in testamento militis tempore factionis testamenti,quamuis postea non sit capax.vt.l.neque.§.penult.ff. eod. Sed in pagano requiritur capacitas tribus temporibus,scilicet, Factionis testamenti, Mortis testatoris, Additionis hæreditatis,vt l.si alienum.§.j.ff.de hered.instituend.

Ex parte substantiæ testamenti est tale priuilegiũ, quòd miles potest decedere partim testatus & partim intestatus. vt l. miles ita.ff. eod. quod non potest paganus.vt infr.de hæred.instit-

tut.

tut. §. etsi vnum, & de istis Bart. l. neq; §. deportati. ff. eod.

Cirmen, generica vox est, complectiturque delicta. Vid. Bartol. in l. transigere. C. de transact. Et *capitale crimen*, item quot capitales pœnæ sint, Bart. exponit. l. ij. ff. de public. iudic. 26

Peculium est quod nisi his, qui in aliena potestate sunt, quæritur. & cùm extra potestatem mittuntur, amplius peculium non est. Sunt autem quibus peculium propriè significat rem, quæ non in numerata pecunia consistit, sed vel in solo, vel pecoribus, vel in supellectili, nostro labore & industria parta, & à nobis lucrifacta. vid. Pyladem in Asinariam Plauti. Et de castrens. peculio per tabulam d. est sup. peculium verò intricare apud Vlp. l. j. de seru. corrupt. & l. suam. ff. de pecul. 27

Sententia venit appellatione processus. not. c. cum I. & A. de re iud. item appellatione iudic. sup. verbo. Iudiciũ. versic. 56. Et intelligimus de diffinitiua, nisi sequat absurditas. not. c. causam matrim. de off. deleg. & not. glos. l. j. §. biduum. ff. qñ appel. sit. & glo. in Clem. j. de re iud. & in c. cùm olim de test. per dom. Card. & c. cum olim de caus. poss. & proprie. & cap. venientes de iureiur. Abbas c. fin. de sequest. poss. & fruct. & in c. causam matrimonij. 28

Bald.in addit.Spec.in tit.de sent.Dominicus in cap. cum appellationibus friuolis.§.si verò.de appellat.lib.vj. & c.ab eo. in 2.respons.in fin.eod.tit. & Barbat. in c.cum dilectus.in.18.colum.de ord.cog. & dicitur Græcè διάνοια ας. Et sententia est stricti iuris.l. fin. C. si plu.vna senten.& gloss.in l.Iulianus verum. de condictio. indeb. *Sententiã dicere verò* (inquit Paulus tit.de arbit.) æstimatur is, qui eâ mente id pronunciat, vt secundum hoc discedere eos qui litigant tota controuersia velit. *Dicere tamen sentiam & ferre differunt.*

Nam { Iudex fert. / Senator, dicit.

29 *Dubius de statu miles, dum deliberat, vtrũ velit facere testamentum.* alioqui *dubium* est de quo inter sapientes dubitatur. l.inutilis. ff. de acceptil. argumento l. vnicę,& quidem per quàm elegantis. Nihil innouand.appel.penden.

30 *Surdus qui omnino nil audit: & an veniat appellatione infirmiorum:* & sanè si nihil sit intelligens æquiparatur infanti .l. seruo inuito.§.si pupillus.ad Trebell. *Surdaster* autem qui tardè audit, vel minùs bene: Angel.l.filiusfamiliàs.ff.de testa. Et quidem *surdus miles testatur.* Bald.l.milites. in j.col. ver. tertio in muto & C.de test. mi.&

mi.& per l.iure militari.ff.eodem.Addo text.§.quinimo.hoc tit.gloſſ.§.item ſurdus.& ibi per Angel.Aret. tit. quibus nõ eſt permiſſ.fac.teſta. Atttamen *ſurdus non poteſt eſſe teſtis in his*, quæ per ſenſum auditus percipiuntur.Hoſtien.in c.cum ex literis.de conſuet.& Bald.in Marg. verſ. teſtis.9.col.Vid.in Specul.de teſte §.nũc tractandum.in vij.col.ver.de auditu. vbi etiam vid.quid.de ſurdaſtro. Alexan. l.j.in princip.iij.col.in fin.ff.de verb.obligat.

Mutus propriè eſt, qui nihil eloqui poteſt, non qui tardè loquitur. tit.quib.non eſt permiſſ.fac. teſta. §. item ſurdus. l.diſcretis. C.qui teſta.fac.poſſ. Interpretes obſeruarunt, quòd mutus, ſurdus, infans, abſens quandoque æquiparentur.l.ſeruo inuito §.ſi pupillo.ff.ad Trebellianum. Et mutũ eſſe quomodo probet, vid Bart.l.ij.ff. de bon.poſſeſſ.infan.furio.dela.& l. mutum. de acquir. hæred. *Et quidem mutus alius eſt à natura, alius ex accidenti*, id eſt ob morbum.Bald.c.mutus.in princip.epiſ. & abb. 31

Mutus audiens, id eſt, non ſurdus, poteſt contrahere, & teſtari, ſcilicet nutu, ad pias cauſas non aliàs, ſed codicillari, & donare cauſa mortis. Bald.l.penult. C. qui teſta.fac. 32

poſſ.de quo plen.l.nutu. & ibi Bart.de le ga.iij.& l.ſi mutus.ff.de teſta.vid gloſſ.& Bart.l.ſi quæramus. & l. qui in poteſtate.§.ſurdas.& ibi Bart.eod.tit.quod non, niſi ſit miles. Et Græcè dicitur κωφὸς.

33 *Teſtari*, teſtamentum facere. item pro iurare & precari, vſurpari cœptum: ab eo, quòd teſtes per numen aliquod ſolebant affirmare verba ſua, quo maior fides adhiberetur. Vnde vſitatius, Deteſtor, idem eſt quod deprecor,& abominor. Et *Teſtatio*, teſtamentum dicitur: & è contrariò. Vbi enim non eſt teſtatio, ibi non eſt teſtamentum. Vigl. præced. tit. *Teſtator et Legatarius*. Pomp.de legat.& fideic. Si ex toto fundo legato, inquit, teſtator partem alienaſſet, reliquam duntaxat partem deberi placet: quia etiamſi adieciſſet ei fundo, augmentum legatario accederet. *Teſtatus & inteſtatus*, ſunt contraria. Proinde, iuxta tritum noſtris verbum, Nemo poteſt teſtatus & inteſtatus decedere. *Teſtatum* denique ſubſtantiuè propriè dicitur ſcriptura, quæ coram teſtibus facta eſt. vnde & teſtato conuenire. teſtato admonere dicimus. l. j. vſufruct. quemad.

34 *Milites qui dicerentur olim* declarat Specul.in tit.de procur.§.j.& Accurſ.l. penult.

ult.ff.ex quibus cauſ.maior. Hodie verò, quanquam circa militarem obſeruantiam, multa nobis è manibus fœdiſsimè lapſa ſint, conuenit tamen communiter inter Dd. etiam milites noſtros priuilegia habere (quæ rectè placuit olim legiſlatoribus condonare illis) non pauca. l. ſcimus. in princip. C. de iur. delib. ſi modò militiam exerceant. *Et miles ſi pagano*, id eſt non militi conferatur, dignior exiſtimabitur. vt Bartol. l. j. §. nec caſtrenſe. de coll. bonor. quod & in doctoribus dicendum, qui & ipſi dignitatem largo modo habere dicuntur. c. quanto. de magiſtris. Propriè enim dignitates in iure noſtro ſunt, quæ clariſsimatus, equitatus, perfectiſsimatus gradibus continentur: de quibus copiosè differit Alciatus oſtendens quantum hac in re aberratum à Dd. hactenus ſit.

Subſtitui eſt ſubordinari. vt inſtitui dicuntur, quæ principaliter ordinata ſunt, & ſtatuta. Patetque latè vtriuſque verbi ſignificatio. Nam & vita inſtitui dicitur, dum componitur. Et leges inſtituere dicimur, dum ordinamus, ſtatuimus. Sic ſubſtituuntur procuratores, ſubſtituuntur iudices dum ordinantur. Item & arbores ſubſtituit vſufructuarius | 35

in locũ demortuorũ. & si q̃ sunt similia. fac.l.pen.ff.iudicat.solu.& l.agri.de vsufruct.Cęterùm in materia vltimarũ volũtatum verba instituendi & substituẽdi ex communiter accidentibus vniuersalem succesionem respiciunt. Qui enim hæres generaliter ordinatur,institui: & is qui sequenti loco subordinatur,substitui dicitur. In singulari succesione,quãuis verbum substitutionis,vt paulò antè d.est,ad legata & donationes causa mortis accommodatur:nõ tamen inuenitur, quòd institutionis verbo testatores in legatis & donationibus vsi sint,quanquam ex verbi significatione legatarium & donatarium institutos dici, etiam Politus tradit.

36 *Extraneos hæredes*, Viglio teste, melius definiuit Tribonianus in §.cæteri.de hęred.qualit.quàm posteriore Institut.lib. Caius. variè autem *extraneus* dicitur: interdũ respectu eius qui in potestate est,interdum filij,interdum vel agnati,vel ꝓpinqui. vid. Bald. l. fi emancipati. C. de collationib.

37 *Dodrans*,quasi dempto quadrante.vid. hic de hæred. institut.§. hæreditas.& nouem consequitur vncias, sicut dextans decem signat.& *deunx* vndecim.de quib. vid.

vid. Alexand. Genial. dier. lib. jj. cap. j.

Factio testamenti, est ordinatio ipsa realis. vti factio, olim honestum vocabulum erat, nunc malorum consensus & cõspiratio dicit. Vnde ferè videtur factiosi nobis esse, qui Ciceroni Falcarij. *Factiones*, inquit Liuius, fuere, eruntque pluribus populis maiori exitio, quàm fames, quàm morbi. Obserua ergo, quòd factionem cum testamenti adiectione apud bonos autores non temerè reperias. 38

Mors est
- *Naturalis.*
- *Iuris gentium*
- *Ciuilis, & Sapientium, seu Theologorum.*

Porrò eorum mors laudatur, qui pro republ. ceciderunt. Instit. §. hi enim. de excusat. tut. vel curat. l. qui actione. §. siquis in colluctatione. ff. ad leg. Aquil.

Mors ciuilis autem ijs duntaxat in casibus *naturali confertur*, atque exæquatur, quos ius expressim recenset, vt commune pronũciat Boeri. decisio. cccxxiij. numer. 6. 39

Aditio hæreditatis quid sit vid. supr. & Theophilus autor est, quòd hęreditatem acquirere in extraneo dicatur Aditio: in 40

neceſſarijs, Immiſtio. Et quod hæreditatem non admittere, in extraneo dicatur Repudiatio: in neceſſario, Abſtentio.

41 *Subſtantia generaliter definitur, quæ ad rei eſſentiam neceſſariò requiritur*: atq; hæc materiam, formam ſolennitatemq; comprehendit. *Et ſubſtantia* pro patrimonio. l. fin. C. de verb. ſignific. Et ſubſtantia deniq; inanimata diuiditur in fungibilem, vt eſt vinũ. zinziber, pecunia: & non fungibilem, vt eſt ager, flumen, arbor.

Militeſ ergo teſtari poſſũt

Siue ſint in conflictu belli ſeu expeditione, & tunc non obſeruare debent ſolennitates: modò conſtet quòd teſtari voluerint, & hoc tantum per annum poſtquam militia miſsi ſunt valet.

Siue ſint extra conflictum, vel caſtra degant, & tunc iure communi teſtari debent. vt l. nec quidem. C. hoc tit.

Siue ante militiam teſtentur, & valet, ſi poſtquam in conflictu ſunt, durauerunt in eadem voluntate.

Siue ſunt Muti, Surdi, Flij familiàs.

Similiter & qui quaſi caſtrenſe peculiũ habent: etſi filij familiàs ſint, iure communi teſtari poſſunt: vt, Sacerdos, Clericus, Aduocatus.

Expeditio dicta, quòd milites ac bellatores 42
expeditos, acres, & domesticis affectibus absolutos esse oportet.

Castrum à villa discernit Bart. l. j. §. siue 43
autem. ff. de oper. nou. nunciat. *Castra* pluraliter tantùm locus est, vbi milites tentoria figunt, à castri similitudine, quod fossa, valloque quasi muro circumdari solet. Modestin. *Emansor* est, qui diu vagatus ad castra regreditur. lib. iij. de re milit. *Et castrensis ordo*, is veteribus erat, vt miles Centurionis, Centurio Tribuni, Tribunj legati, Legatus Consulis, Magister equitum dictatoris pareret imperio. Budæ. de orig. iur.

Ius commune est genus, siue materia, ex 44
qua *ius ciuile* conficitur: & per hoc potissimè iuris ciuilis pars, est ius commune, à quo seiungi non potest, veluti reliquæ species à sua materia sunt inseparabiles: *Ius verò consuetudinis* est, quod in morem vetustas, vulgi approbatione, produxit. Ius denique ciuile Vlpian. rectiss. descripsit tit. de iustit. & iur. inquiens: Ius ciuile esse, quod neque in totum à naturali iure recedit, neque per oĩa ei seruit. Itaq; cũ aliquid addimus vel detrahimus iuri

communi, Ius proprium, id est ciuile effi cimus. Vnde rectè dicemus ius ciuile nihil aliud esse, quàm determinationem iuris naturalis. Cæterùm Papinianus ostendit eod. tit. ius ciuile ex partib. eius, quas declarat Iustin. lib. j. harum Instit. tit. de iure nat. gent. & ciuil.

45 *Militia* non ad arma solùm spectat, sed & vniuersitatem quoque designat. Hinc *militia Aduocatorum*, Impp. Leonis & Anthonini constitutione: *militia Palatina*, pro omnibus qui in palatio, in Breuiario Theodosij: *militia literata*. Cæsarũ rescriptis. in tit. de prox. sacr. scrin. militia negociatorum, Instit. C. lib. 8. vid. Alciat. lib. prætermiss. j. Et militiæ genera sunt tria Sacramentum: Coniuratio: & Euocatio. Seruius in 8. Aeneid, declarat. Et Bud. in annot. ad l. j. depos.

46 *Sacramentum militare, quod milites iurare solent*, de quo apud Vegetium libr. 2. de re milit, l, fin. C. de veteran. libr. xij. Sacramento rogati & hinc, qui iureiurando adacti & iurati. Et *sacramentum* veteres appellabant iusiurandum, aut religiosam obligationem: opinor, ait Eras. m. quòd hoc arcanis quibusdam ceremonijs perageretur. Dicebatur item apud eosdem & pecunia, quæ in æde sacra in sportulam repo-

reponebatur:quam, qui viciſſet lucrabatur: Inde eſt apud Marcum Varronem & Cicer. Sacramento vincere. Et quia inde cœptum eſt, ex huiuſmodi ære iudicibus honoraria perſolui, Sportulæ iudicium inde nomen traxerunt. Item principium litis dicitur, cùm fit ſponſio, nî res ita ſit. Vlp. l. j. de var. cognit. dum in iudicio, ait, honor petitur, qui ingreſſu ſacramenti offerri debuit.

Coniuratio quid ſit remiſsiuè per Felin. in c. exhibita. in princip. j. col. verſic. nota limitationem. de iudic. Aliàs *coniuratio* dicitur quaſi conſpiratio facta cum iuramento contra aliquem in damnum illi⁹. Et dicit *cõſpiratio* quaſi ſimul ſpiratio. quia ſimul ſpirãt, & tẽdunt contra illũ. & de hoc in c. cõiurationũ. & in c. conſpirationum. xj. q. j. per Innoc. & Dd. in c. cùm I. & A. de iudic. & in c. exhibita. de iudic. Aliquando fit in bonam partem: vt cum fit contra prælatum dilapidatorem ad ſibi reſiſtendum, vel aliquid ſimle. ad hoc c. ſanè. xvj. quæſt. vij. & not. in d. c. cum I. & A. prima tamen fronte præſumitur illicita. ſecundum Vincent. & Abb. c. fin. de teſt. cogen. & *coniuratio* poteſt probari per ſocios criminis. Bald. l. quantum. ver. quæro igitur. C. de teſti. vbi dicit verum, 47

quando aliter probari non potest.

48 *Euocatio* quid sit, & qui fiat, Macrobius & Liuius exponunt. & vid. Dd. l. sacrileg. de rer. diuis. & l. cum verò. §. euocari. de fideicom. libert. & l. etiam si in fin. ff. de minorib.

Quasi castrense peculium, eorum dicitur, qui priuilegia militū habent; quales sunt sacerdotes, & aduocati.

49 *Sacerdos, est minister sacrorū apud Latinos, hoc est homo Deo dicatus, consecratusq; ad faciendā sacra.* Deriuatur enim vox à sacris. *Sacra* verò non sunt, quę creduntur sacra, sacrificia, aræ & templa, vestes & vasa: sed quæcunque veniunt sub nomine religionis & iustitiæ considerandæ, sacræ, imprimis leges. Hinc & sacerdotes iuris appellantur: quòd sanctissima res sit ciuilis sapientia. vid. Budæ. l. j. de iustit. & iur.

60 *Clericus*, qui Christianæ religionis sacris initiantur sunt, quod Græcis κλῆρος sors sit. c. cleros. xxj. distinctio. ac si per sortem deligi soleant. Hodie tamen hæc electionis forma Pontificum iure approbata non est. c. fin. de sortil. quod certo scilicet iudicio promoueri debeamus. An potiùs ita dicti sunt, quòd quilibet in decurias suas distribueretur, vt sibi mandā-

dato munere fungeretur? Vnde constituti leguntur, qui Hostiarij essent, qui Psaltæ, qui Lectores, qui Exorcistæ, qui Acolythi, qui Subministri, qui Diaconi essent: item qui seniores, & qui Episcopi. Etenim ἀποκλήρους, Dionysio in Hierarchijs in decurias contribuere significat. Vnde & ἀποκλήρωσις attributio munerum vnicuique singulatim facta. An verò, quod receptius est, quia ad hæredium patrimonium q; diuinum sunt asciti. κληρονόμος enim hæres est, quòd olim sorte diuideretur hæreditas, sicut & regna. Hæc ille.

Aduocatus siue patronus, orator causarum erat, qui in foro, & viua voce causas tuebatur. 51
Alciat. l. credimus. C. de pact. Vlp. l. j. de extraord. cognit. *Aduocatos*, inquit, accipere debemus omnes omnino, qui causis agendis quoquo studio operantur. Sed & *Aduocatus* qui alio nomine quasi legatus, seu patronus vocatur, qui scilicet in forensibus, seu extraneis negocijs patrocinatur. 52
Hinc *aduocare*, pro postulare passim legitur. & *Aduocatus monasteriorum* Zasio est, qui inutilis foro extat aduocatus: quique vulgò causidicus dicitur, vt vult Quintilianus. Attamen aduocatorum error non nocebit liti-

litigatoribus, si in continenti, id est, triduo proximo contradixerint. Itaque *veterator aduocatus* hodie dici potest, qui diu & multum in foro versatus, omnes litium trahendarum anfractus, omnes ambagiosas fugitandi ludificationes, prehensiones, nexusque lubrici litium certaminis tenet: qui in ancipiti forensium salebrarum Marte, bellissimè insidias disponere, atque etiam prouidere nouit. sed is propriè (vt vno verbo absoluam) qui eam se artem scire atque exercere profitetur, qua causa inferior, superior euadere vel reclamante æquo bonoque possit. Sed an huiusmodi ambagibus vti Aduocatum deceat, vid. Alciat. l. natura cauillationis. ff. de verbor. significat. Certè graui viro cõuenit nunquam vti. nec enim debet quis de victoria magis, quàm de veritate esse sollicitus. xxiij. q. ij. dominus. licet meminerim nasutiores & in plena rotula consilij Brabanciæ nonnunquam iactitasse vbi aduocatum agerem ante annos ferè decem vt & in Curia feudali, nec non Reuerend. Cameracens. Episc. quòd non esset artis veris argumentis causam defendere, & illis in hac triumphari: sed quòd veri practici & maximi artificis esset ita falsam vel saltem mancam causam ita

sustinere, vt ea appareat tandem vera, & iusta, & sic falsarius triumphet iudicis etiam arbitrio. En ingenia hominum. Quare. &c.

Hîc autem posset oriri quæstio, quo- 54
modo *missio militis, seu absentia ab expeditione fieri possit:* & quidem dupliciter: vno modo finito tempore militiæ quod durat xx. annis, & tunc vocatur miles veteranus. alio modo quando aliquis intra tempus militiæ ex necessaria causa reuertitur domum.

Et quocunque istorum modorum mis- 55
sio fiat, testamentum in castris factum durat per annum, si missio sit honesta. Sed si ignominiosa, statim desinit valere testamentum. vt l. testamẽta eorum. ff. eod. & l. ex testamento. C. eod.

Si autem miles damnatus fuerit de crimi- 56
ne capitali, vt de homicidio vel simili, nõ potest testari. vt ff. de veteranor. succesio. l. j. in fin. Nisi de castrensi peculio, si hoc sibi reseruatum sit in sententia. vt. ff. de iniust. rupt. irrit. testa. l. si quis exhæredato. §. sed & si quis capite. Si etiam miles desinit militare, vt quia alienat arma sua vel ex simili casu, non potest testari, de quibus casibus habetur ff. de re milit. l. ij.

& iij. Si etiam miles rupit fidem, non potest testari, vt ff. eod. l. ex militari.

57 *Testamentum tamen non iure factum* à pagano qui posteà fit miles, & est in expeditione, fit validum iure militari, si constet ipsum velle hoc esse suum testamentum. Et quod plus est fit validum quando non constat de contraria voluntate. vt leg. in fraudem. §. testamentum. ff. eod. & sic est casus hic §. sed etsi quis. vbi quod ab initio non valuit ex post facto conualescit. secus autem est in testamento pagani. vt infr. quib. mod. testa. infirment. §. alio. Deniq; licet filiusfamiliàs existens in potestate patris habeat proprietatem in bonis aduentitijs vt sup. per quas personas nob. acquir. §. j. tamen de illis non potest facere testamentum. vt C. de bon. quæ liber. l. fin.

Filiusfamiliàs duplex habet peculium Castrense. vt d. est supr. per quas person. nob. acquir. in princip. & l. vlt. C. de inoffic. testa. lib. 3. Nouell. 123. *Quasi castrense.* l. j. §. hoc autem. ad Trebell. l. j. §. nec castrense. de collat. bon.

58 Notatu dignum hic, ad omnium postremùm, occurrit: *de libris, quos habet studens.* & Bart. d. l. j. §. nec castrense. ff. de collat. bonor. quidem sic distinguit. aut pa-

ter

ter emit nomine filij libros & tradidit sibi illos iam facto & creato doctori, & tunc illi libri censentur quasi castrensia peculia. & potest filius de illis facere testamentum. vt l. castrense. ff. de castrens. pecul. Aut pater tradit eos filio tempore quo fuit scholaris, & tunc si ante mortem patris factus est doctor, tunc isti libri sunt etiam quasi castrensia peculia. quia donatio patris confirmata est, vt l. donationes. §. si pater. ff. de donat. Si verò filius non fuit factus doctor ante mortē patris, tunc isti non sunt quasi castrensia peculia. sed tamē filius potest de illis testari. quia donatio per mortem patris cōfirmata est. nec tenetur cum fratribus istos libros conferre. vt l. j. C. de castrens. pecul. lib. xij. Et hoc fauore studij. argument. l. qūę pater. ff. famil. herciſc. Et eodem fauore tenentur fratres soluere debitum honestum de communi tanquam ęs aliorum, quod frater studens contraxit in studio. vt in gl. l. sed Iulian. §. quod dicitur. ff. ad Maced. in qua gl. etiam dicitur quòd pater obligatur ad soluendum debitum filij sui cōtractum in studio. Et si plura ad hanc materiam spectantia requiras lege Enchiridiō nostrū Institutionis rei militaris, varijs in capitulis.

TI-

& iij. Si etiam miles rupit fidem, non potest testari, vt ff. eod. l. ex militari.

57 *Testamentum tamen non iure factum* à pagano qui postea fit miles, & est in expeditione, fit validum iure militari, si constet ipsum velle hoc esse suum testamentum. Et quod plus est fit validum quando non constat de contraria voluntate. vt leg. in fraudem. §. testamentum. ff. eod. & sic est casus hic §. sed etsi quis. vbi quod ab initio non valuit ex post facto conualescit. secus autem est in testamento pagani. vt infr. quib. mod. testa. infirment. §. alio. Deniq; licet filiusfamilias existens in potestate patris habeat proprietatem in bonis aduentitijs vt sup. per quas personas nob. acquir. §. j. tamen de illis non potest facere testamentum. vt C. de bon. quæ liber. l. fin.

Filiusfamilias duplex habet peculium Castrense. vt d. est supr. per quas person. nob. acquir. in princip. & l. vlt. C. de inoffic. testa. lib. 3. Nouell. 123. *Quasi castrense.* l. j. §. hoc autem. ad Trebell. l. j. §. nec castrense. de collat. bon.

58 Notatu dignum hic, ad omnium postremùm, occurrit: *de libris, quos habet studens.* & Bart. d. l. j. §. nec castrense. ff. de collat. bonor. quidem sic distinguit. aut pa-

ter

ter emit nomine filij libros & tradidit sibi illos iam facto & creato doctori, & tunc illi libri censentur quasi castrensia peculia. & potest filius de illis facere testamentum. vt l. castrense. ff. de castrens. pecul. Aut pater tradit eos filio tempore quo fuit scholaris, & tunc si ante mortem patris factus est doctor, tunc isti libri sunt etiam quasi castrensia peculia. quia donatio patris confirmata est, vt l. donationes. §. si pater. ff. de donat. Si verò filius non fuit factus doctor ante mortẽ patris, tunc isti non sunt quasi castrensia peculia. sed tamẽ filius potest de illis testari. quia donatio per mortem patris cõfirmata est. nec tenetur cum fratribus istos libros conferre. vt l. j. C. de castrens. pecul. lib. xij. Et hoc fauore studij. argument. l. quę pater. ff. famil. herciſc. Et eodem fauore tenentur fratres soluere debitum honestum de communi tanquam ęs aliorum, quod frater studens contraxit in studio. vt in gl. l. sed Iulian. §. quod dicitur. ff. ad Maced. in qua gl. etiam dicitur quòd pater obligatur ad soluendum debitum filij sui cõtractum in studio. Et si plura ad hanc materiam spectantia requiras lege Enchiridiõ nostrũ Institutionis rei militaris, varijs in capitulis.

TI-

TITVLVS DVODECIMVS.

Quibus non est permissum facere testamentum.

BEnè vbi suprà tractarit Iustin. qualiter debeant fieri testamenta pagani & militis, consequenter tractat hoc titul. per Antitheſim, quibus permissum sit facere actiuè testamentum: contrariorum enim quoad cognitionem eadem est disciplina. gloss. in verbor. simul. §. j. supr. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. fin. ff. de legat. 3. Cognito enim qui testamenta facere non possint, cognoscetur facilè etiam qui testamenta facere possint. l. qui accusare. ff. de accusat.

Testamenta autem facere possunt
- *Quilibet* sui iuris existentes
- *Sanæ mentis* & sensus.
- *Capitali* supplicio vel pœnæ minimè obnoxij.

argumẽto à contrario sensu.

1 *Suitas quid sit, & qualiter definiatur, & an possit esse sine patria potestate,* Vid. Decium

cium. l. qui se patris. col. j. & ij. C. vnde liberi. & suitatis effectus multos vid. per Dd. l. si filius, qui patri. & l. Iulianus. de acquir. hæredit. Et non solùm sui iuris existens potest facere testamentum, sed & rumpere, vti non rectè alius. vt rectè docet Bertachin. in repertor. sui ibi Testamentum nullum. versic. cj. Et *suitatem* vulgus vocat sui hæredis qualitatem, & in ea definienda valde nonnulli laborãt. l. qui se patris. C. vnde liberi. cum ex coniungato vocabulo, hoc est sui, satis eius significatio liqueat. Quanquam suitatem nusquam apud veteres reperias, sed tamẽ in his quæ vsu paulatim recepta, & ad docendum apta sunt, non nimis superstitiosè Grammaticorum canonibus obstricti esse debemus: quà de re Rodolph. Agric. in epistol.

Suus autem dictio, quamuis reciproca sit, tamen aliter atque aliter in iure nostro accipitur, secundum Alciat. libr. v. Parerg. cap. 19. 2

Ius quod accipiatur pro potestate apprimè satis supr. & inf. dictum est. vt Index demonstrat congruo suo loco. 3

Sanæ mentis est, qui compos est mentis, vel sui sensus & mentis, hoc est prudens sagax. Nam *mens* est voluntas sententia, & 4

quam vulgus intentionem vocat.

Capitale ſupplicium vel pœna, item odium capitale, morbus, quod caput alterius, id eſt vitam petat. *Et capitalis noxa*, eſt crimen capitale.

Et quidem capitales pœnæ tres ſunt: Mors corporis. l. capitalium. ff. de pœn. Damnatio in metallum. l. quidam. ff. de pœnis. Deportatio. & tali non perditur libertas, ſed ciuitas. vt d. eſt ſupr. & de hac materia Felin. c. qualiter & quand. l. ij. de accuſat.

Capitalis cauſa verò quælibet intelligitur, quæ ad exiſtimationem refertur. Sed ſi pœnam capitalem dicimus, de ea intelligimus, quum vita, libertas, vel ciuitas perditur. Quam irrogare poterant magiſtratus maiores, non autem municipiorum duumuiri: quos Alciat. fuiſſe exiſtimat ex Decurionibus municipiorũ. per l. j. ff. de albo ſcribendo. l. in honorarijs. ff. de act. & obligat. locare publica ſoliti erant, vt indicat Vlp. l. ſi quis vxori. §. ſi fugitiuum. ff. de furt. l. duumuiri. *Capitale crimen* propter quod caput committentis peti debeat ad pœnam: hinc *capitalis homo*. Papin. l. publicorum. ff. de public. iud. *Capitalia*, inquit, *iudicia ſunt*, ex quibus pœna mors vel exilium eſt, hoc

eſt

est aquę & ignis interdictio. per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate.

Capitalis denique *locus*, est vbi si quid violatum est, caput violatoris expiatur, vt ait Festus.

Supplicium est pœna qua quis ob delictum afficitur. l. si quis. de pœnis. *Pœnæ sunt* quæ vitam adimant, aut seruitutem adiungant, aut ciuitatem auferant, aut exilium, aut carcerem corporis contineant. & hanc diuidit Iurisconsultus in mulctam & pœnam l. aliud. §. j. ff. de verbor. sig. 6

Filiusfamilias: nisi de castrensi peculio testetur.

Seruus.

Captus ab hostibus: licet quod fecerit ante captiuitatem valeat.

Obses.

Monachus.

Canonicus regularis.

Religiosus.

Clericus.

Impubes: siue moriatur in pubertate, siue moriatur in impubertate.

Mente captus.

Prodigus: sed quod fecit antequam illi bonis interdiceretur, valet.

Furiosus: siue in furore, siue post furorem moratur. valet tamen, si antequam furiosus sit, testaretur.

Testamentū facere non possunt quidem actiuè.

Cœcus: nempe vtroque lumine, nisi habeat 8. testes, vel alia certa conditione.

Surdus: nil omnino audiens. nisi secundum cōstitutionem. D. Iustin.

Mutus: Nil omnino eloquens. nisi secundum constit. d.

De statu suo incertus: huius ratione ergo, vt dum de testatoris statu dubitatur, seruúsne an liber sit: item an sit filius familiàs.

Vasallus, quò ad feudum attinet.

Excommunicatus, pro crimine famoso.

Damnatus ad mortem publicè.

Damnatus ad perpetuos publicè carceres.

Deportatus.

Hæreticus.

Maiestatem qui læsit.

Vsurarius manifest⁹ seu publicus.

Tyran-

Tyrannus.

Bannitus denique, licet de isto communiter doctores contra sentirint.

Vnde hos assumas tibi versiculos.

Prodigus et cœcus, mutus, surdus, furiosus,
Morte damnatus, & carmine mente-que captus:
Impubes et dubius, obses & religiosus:
Cui non est, seruus existens, cum patre natus:
Cuiq; sit interdictum. Dico quòd octo bis isti,
Qui modò tanguntur, testari iure vetantur.

Et sanè testamenti factio actiua simpliciter filiofamiliàs interdicta est, etiam permittente patre in bonis profectitijs & aduentitijs in quibus pater vel plenum dominium vel vsumfructum habet. Secus tamen est in Castrensi vel quasi Castrensi 7

strenſi peculio, in quo pro libitu ſuo diſponere poteſt. §. j. hoc. tit. & l. qui in poteſtate. ff. de teſta. & l. fin. & ibi Bart. nu. 2. C. de in offic. teſta.

8 *Filiusfamiliàs teſtamenti faciendi ius*, ergo non conſequitur, quod eius pater in hoſtium manum ac poteſtatem redactus ſit. vt Angel. l. vltim. C. de ſentent. paſſ. Cornel. conſil. cciiij. numer. pen. lib. iiij. Alex. num. 10. Iaſ. num. 9. l. lex. Cornelia. ff. de vulgar. & pupill. Imol. col. viij. ver. & plus dico. Iaſ. numer. 243. Ioan. Crot. nu. 18. & 19. l. ſi quis pro emptore. ff. de vſucap. & idem teſtatur ex alijs Viuius libr. j. opinio. cxxj. exemptus tamen patriæ poteſtatis vinculis ducitur, vt cõmune ait, contrarium ipſe probans, Eman. à Coſt. l. Gallus. §. & quid ſi tantum ij. par. pag. 57. numer. 94. ff. de lib. & poſthum. *Et filiusfamiliàs* ſi teſtamento (quod patris voluntate condidit) aliquid alienum relinquat, & clauſulam codicillarẽ ſubiungat, atque ille, cui illud relinquit, vel expreſsim teſtamenti tempore relictum agnouerit, vel ſaltem præſens fuerit, ſuſtinebitur relictum illud tanquam mortis cauſa donatio. ſi verò nec agnouerit, nec præſens fuerit nullius ponderis erit, vt Socin. conſil. cxxv. li. iij. Iul. Clar. de

de donat.q.ad fin. Imò nec potest *filiusfamilias* patre etiam consentiente de ijs bonis testari, quorum dominium atque vsufructus plenè ad ipsum spectat. poterit tamen absque dubio tunc de huiusmodi bonis testamentum exarare, cùm ad pias causas illud faciet: vt receptat Vasq. de success. lib. j. tit. qui testar. poss. §. j. numer. 50. latè Viuius lib. j. opin. cxxj. col. ij. latiùs Iul. Clar. de testa. q. 5. vers. sed núquid filiusfamil. vti nec possit *filiusfamilias* legare magis etiam patre consentiente, quam testari. vt Ias. l. senium. num. 8. C. de ijs qui testa. fac. poss. Gomez. in cap. si pater. col. j. de testa. lib. vj. Viuius libr. j. opin. cxxj. col. iiij. at inter viuos de bonis, quorum vsusfructus patri non quæritur, pro animi sui sententia iure disponet. Aymon Grauet. consil. lxxxiiij. nu. 9. & consil. xcij. nu. j. ac Viuius lib. j. opinion. cxxj. col. iiij.

Canonici dicuntur regulares à canonicatu, qui titulus regularis Sacerdotij in Ecclesia est. & differt *Canonicatus* quidem à præbenda, quæ reditus habet annuos ex tali titulo. Itaq; qui vtrunq; habet, is Canonicus præbendarius dicitur. lxx. distinction. canon. sanctorum canonum. 9

Et *Canonici* ritualesque libri sunt decreta priscorum sacerdotum, quib. doctrina iuris Pontificij constare debet. Tusanus, vt Festus in verb. Rituales. *Illatio Canonica* quoque, cuius meminere Impp. Honor. & Theod. l. placet. C. de sacrosanct. eccle. est ordinarium munus, quod habet certam præstationem lege impositam, ad cuius solutionem etiam ecclesia tenetur. *Canon* denique præter hoc quod Græcis idem sit, quod Latinis regula, vt distinctio. tertia. (vnde Canonibus soluere, legibus soluere, gratiam canonis facere, gratiam legis facere, pro dispensare) significat annuam, frumẽtationem quam, Aegyptus, & Africa, & Sicilia statam populo Rom. penderet. Ascon. canonem inter tria pensitationum genera, quæ apud antiquos fuere, numerat.

10 *Impubes vel impuber*, propriè qui 14. annos non expleuit.

11 *Vasallus*, vel fidelis (vt nunc vocantur) olim *Cliens* dicebatur, quasi colẽtem dominum, vt ab eo defenderetur, & qui vicissim dignitatem domini tutaretur ob beneficium. Et *Clientela* est obsequium ipsum, quod homagium vocant, & seruitium pro beneficio præstandum subscribẽs Budęo, cuius verba in dictione Cliẽs, retu-

retulimus alibi. Sed & Alciat scribit Clientú hodie instar obtinere, quos barbara voce Vasallos vocamus. l. patroni. de verbor. signific. Et *vasallum esse*, non est status personę, vt docet Zasius l. sunt qui. ff. de re iudic. Et Vasalli ambigui dicuntur, de quorum feudo controuersia est. Et quidem dictum est non posse vasallum testari regulariter quò ad feudum attinet. vt probamus. c. j. de succeſſ. feud. &. c. j. §. donare. T. Qualiter poterat olim feudum alienari. in vſib. feud. Secus tamé est in feudo Franco seu libero. secund. Bald. d. §. donare. *Est autem feudum Francum* in quo vasallus non ad seruitia sed ad fidem præstandam domino tenetur. Zasius in tractatu feudorum, de feud. succeſſ. num. 44. parte 8. Item hærede instituto, ad quem alioquin in omnem euentum peruenturum erat feudum. Denique agnatis consentientibus & domino feudi ratificante testamentum. De quo Franciscinus Curtius in 4. parte princip. tractat. Feudal. prima regul. princip. numer. 125. Et Zas. in sua Epit. feudor. part. 8. num. 60.

Excommunicatus publicè dicitur, qui in loco iuridico pronunciatur excommunicatus per iudicem. gloss. in c. exceptio- 12

nem. de except. vel ex qualitate fori. gl. in Clem. j. & ibi Card. quæstion. xiij. de sepul. videlicet, multis astantibus. *Sed excommunicatus sub conditione* non dicitur excommunicatus conditione pendente: sed si interim mutet forum, remanet excommunicatus, si non facit. per Bald. & Mar. excommunicatus. ver. v. & Innocen. in c. P. & G. de offic. deleg. per gloss. & Bartol. l. obligationum ferè. §. penult. de act. & obligat. & per Bartol. l. in diem. de in diem addict. & potest interim appellare. Innoc. & Abb. c. præterea. de appellat. At an dicatur improbus & inhonestus *excommunicatus* vid. Barthol. Socin. in cõs. xlv. in cip. visa. ver. quis autẽ. cum ver. seq. in prima parte. verumenimuerò nihilocertius, quin *excommunicatus* æquiparetur deportato, vel Saraceno per Bald. in addit. Specul. de sponsa. ver. pari ratione. gloss. Institut. de capit. dimin. §. media. & gloss. in c. pastoralis. de appell. Item interdicto. Clem. ij. & ibi Card. de sentent. excommunicat. vnde dicitur carere omnium subsidio. xiiij. quæstion. iij. corripiantur. l. hi qui. C. de apostat. Denique comparatur seruo, (vt & monachus seruo) quia non potest agere, sed potest

test conueniri. in Specul. de acto. ver. item quod est seruus. Attamen *excommunicatio non aufert* contrahendi facultatem. vt Panormit. c. si verò. de sentent. excommunicat. & magis commune placitum censet Herculan. l. ex facto. §. si quis rogatus. in ij. ff. ad S C. Trebelli. nec arbitrij recipiendi facultatem remoratur. vt commune ait Alexand. l. si quis arbitratu. col. penult. ff. de verbor. obligat. Duenas reg. cclxix. quin nec seu actiuam, seu passiuam testamenti factionem (vt interpretum verba recensendis interpretum placitis vsurpem) impedit ac lædit, vt crebris Doctorum suffragijs probatum atteſtantur Felin. c. cum voluntate. de sentent. excommunicat. Barba. in c. quia ingredientibus. de testa. Ioannes Durant. de arte testand. titul. j. caut. x. Iul. Clar. de testamen. quæstion. xxiiij. Viuius libr. secund. opinion. cij. *Aufert tamen testimonij dicendi copiam*, vt commune scribit Lanfran. ad ca. quoniam. ver. de testibus. numer. lxxvj. de probation.

Damnatus, præter notam significationem, etiam est obligatus, sed sic hic non capitur, de diuort. l. si filius. 13

Damnan-

damnandum, inquit, eum quanti mulier litem iurauerit. Item de legatis j. l. cum filio. Hæredem, inquit, mihi dare damnauerit, ergo damnatus bene pro obligato teſte Nebriſſ. legitur.

14 *Deportationis pœna*, & vſu antiquata eſt, & vel bannum perpetuum, vel mors eius loco ſucceſsit, vt cum multis receptum oſtendit Iul. Clar. in pract. §. vlt. quæſtio. lxvij. ver. deportatio. Et deportati noſe, an bannitus veniat accipiendus. Bart. diſſerit in proœm. Pand. §. hæc autem tria. *Et deportatum* etiam mortui loco haberi vt ex communicatum Paul. ſcribit. l. iiij. §. ſi deportatus. de bon. libert.

15 *Hæreticus dicitur* qui ſingularibus opinionibus, poſt admonitionem innititur, ſeipſum ab Orthodoxis, hoc eſt, ab his, qui cum eccleſia ſentiunt, ſeparans. Vnde *hæretici*, vt interpretes tradũt, execrabiliores Iudæis habentur: quia fidem quã profitentur, violant. Ac ideo *prohibentur* vbique congregari, ſed intra oppida præſertim, vbi maius periculum, ne alios inficiant & malo ſint exemplo. Qua ratione *Lenones* de vrbibus pelluntur in Autent. de lenon. in fin. & *meretrices* de vicinia pudicarum ſicut *ſcholaris facinoroſus*, de collegio: *leproſus vel peſtilens* de ciuitate.

not.

not. l. casus. C. de testa. Obseruandum aũt quòd *hæretici* veteri iure notantur infamia facti, non aũt iuris, nisi prius condẽnati fuerint. vt tradit Alciat. in tit. C. de summ. trinit. & fid. Cathol. l. j. At noua Frederic. Imperat. lege, ipso iure hæretici notantur etiam iuris infamia. Autent. Gazaros. de hęretic. de quo latius differit idem Alciat. loco iam citat. & l. nullus enarrans. eod. tit. ait, quod hæreticus non potest aliquid impetrare, vel impetrato frui, nisi quod in damnum sui vergat. *Hæreticorum libros domi habere* non licere, colligit Fr. Syluius exemplo Sex. Titij: qui alioqui innocens erat & lata lege Agraria, apud populum gratiosus. Itaque absolutus fuisset, nisi Saturnini imaginẽ domi suæ habuisset. Et *hæreticorum libros omnino comburendos* esse, quoniam blasphemia contra Deum non debet ad alia prorepere secula, docet Nouell. Vt Antoninus Seuerus, Petr⁹. §. vnde in vniuersum. Constit. xlij. attamen aliquo modo posse pernoctare apud concionatores & viros illustriores, ad docendum commodius populum qui ab hæresi citiùs caueat, arbitror hęreticorum libros nõnullos: quib. inquã cõcionatorib⁹, pastoribus, vel doctoribus scienda sunt mala, ad ea curanda

da euitari,&bona ad imitandum. Sed interim,ne illud prouerbij in me iactetur, ne sutor vltra crepidam, hunc nodum Theologis & magistris nostris relinquo dissoluendum: itaque eo vnde digressi eramus diuertamus. *Quod hæreticus minimè possit facere testamentum*, arbitror hinc dictum quum bona de iure dicantur non habere propria, ac quod hæreseos condénatorum bona fisco addicãtur, nec ratio superstitum liberorum habeatur, quamuis nullius culpæ ipsi arguantur. vt commune asserunt pract. Carer fol. 635. nu. 140. Simanc. de hæretic. cap. ix. nu. 2. Iul. Clar. in pract. §. hæresis. vers. & scias. quin ipsimet illius liberi tam post crimen susceptum, quàm ante vllam illius cũlpam nati pœnis in hæreticorũ liberos sancitis plectentur. vt commune affirmat cũ Galind. & Simanc. Iul. Clar. in d. §. hæres ver. quæro nunc. qui tamen probabili humanitate cum eodem Simanc. & ab eo relatis in contrarium desciscit. an satis rectè viderint alij.

16 *Vsurarius manifestus* dicitur qui pronunciatus est publicè per episcopum. Angel. in consil. ex causa prædicta est. &c. & Alexand. l. ij. ff. de furt. vbi etiam di-

dicit quòd *Vsurarius* potest publicari per episcopum, qñ est conuictus testibus, vel confessus coram episcopo, vel quãdo contra ipsum sunt argumenta notabilia cum fama: aliàs non dicitur manifestus, licet Episcopus ipsum pronunciasset prædictis non concurrentibus, secundum Alexand. d. l. ij. & vid. Bald. in consil. cccclxxv. in iij. part. vid. j. col. vers. ij. Anchoran. c. quia in omnibus. in ij. col. versic. quis autem dicatur. de vsur. & hic non potest condere testamentum nec esse testis. imò *vsurarius non manifestus* nec potest esse testis in testamento. Bald. l. j. vij. quæstio. C. de testa. no. c. quanquam. de vsur. in vj. attamẽ potest *vsurarius* donare causa mortis. Castrens. consil. ccclxxxiij. incip. ad primum quæsitum respo. *Et Vsurarius quomodo probetur.* Bart. l. ij. in j. col. in ver. quæro quis dicatur manifestus. ff. de furt. per doctores. c. cum in diœcesi. de vsur. l. cum allegas. C. eod. tit. Card. in Clem. j. §. j. ij. quæsti. dicit quod per argumenta. Sed quibus argumentis & modis ibi. iij. q. & per Alex. l. ij. de furt.

Vsura autem sortis accessio est, quæ 16
propter mutuo datæ pecuniæ vsum, vel etiam morã exigitur. Cur hæc in mutuo

Iure

Iure diuino prohibita sit, attingunt Dd. receptumque est, quod dicitur Iure veteri de vsuris, hodie ad id quod interest, p-duci, qua de re latiùs Alciat. in Comm̃et. de verbor. signific. & de reb. credit. Sumitur etiam pro reditu & fructu, qui percipitur ex vsu aliarum quoq; rerum. Catanæus citat Papinianum & Vlp. cõmen. sexto.

18 *Cautio* nuda promissio est, ex qua inducitur firma obligatio & securitas. C. de verbor. signific. l. sancimus. *Et cautionem extorquere*. cauendi alicui per iudicem, hoc est, compelli aliquem per iudicis officium, vt caueat. Vlp. l. si cum exceptione. §. quatenus autem diximus. ff. quod met. caus. & à lege prætoria *cautio* promissionem vel pignore vel fideiussore muni tam præ se fert. Iaf. l. sancimus. num. j. C. de verbor. signific.

19 *Tyrannus* dicitur à τυρὸ, quod Latinis est fortis, vel angustia. Bart. in tract. de tyrã. j. q. princip. & dicitur reus perduellionis. Bald. l. decernimus. in fin. de sacrosanct. eccles. apud antiquos tamen quandoq; in vnam partem accipiebatur. vnde. Virgil.

Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.

Ban-

Et quis dicitur, & sit. vid. Socinum j. volum. consi. xxij. col. j. & hic quidem nō potest testari comprobante etiam Bertachin. super verb. testamentum à quib. vers. lj.

Banniti sunt, quibus, vt ex banno finiēte, omnia humanitatis iura vicissitudinesque officiorum, & commercia interdicuntur, rebellibus. Ideoque soli Cæsari, qui generalem vbique Iurisdictionem habet, iure bannum indicere licet. Cęteri magistratus non banno, sed relegationibus, alijsq; pœnis vtuntur. sumptus est autem banni vsus, iuxta ipsum, ab instituto Romanorum. Romani enim Draconis Athenienſis durissimam legem imitati sunt similitudine quadam: quia igni & aqua interdicere solebant: quod ei nihil esset reliquum, cui hæc elementa denegarentur: & sic Bannitos antiqui monetæ cusores Latinę dixere proscriptos, quos etiam æquipararunt relegatis. *qui quidem ea tantum amittunt*, quæ sunt eius ciuitatis, à qua sunt banniti, non verò & alia etiam iuri ciuili accepta referenda. commune vtrunq; ait Curt. iun. consil. 182. num. 4. & num. 8. vnde nec patriam potestatem amittunt ijs etiam in locis à quib. sunt relegati vt ait Bossius in pract. tit. de

bonor. publicat. numer. lxix. Iulius Clar. in pract. §. vltim. quæstio. lxxj. ver. succes-siuè, idque generaliter proceedet, & in illis bonis, quæ in proscriptionis loco sita sunt, vt frequenti doctorum sententia probatum testatur Gozad. consil. xcvj. numer. vij. perpetuò tamen banniti deportatorum numero habentur, vt cum Grauet. post alios consil. ccxx. numer. xiij. & consil. ccxxiiij. numer. j. attestatur diligenter Iul. Clar. in pract. §. vltim. quæstion. lxvij. versic. deportatio. & copiosius atque accurratius quæstion. lxxj. ver. dixi autem. cui adde Ioan. Ceph. egregiæ doctrinæ virum consil. xxij. numer. xviij. & consil. lxxix. numer. xiij. Banniti licet testamentum facere non possint, attamē testimonium perhibere non prohibentur modo ob contumaciam banniti, nec infames censentur. vt attestantur Iul. Clar. in pract. §. vltim. quæstion. lxxj. ver. quæro nunc. cum ver. seq. Et huic loco operæprecium & congruè videtur addenda quæstionis resolutio, pisto seculo quotidie requisita ob tumultus inferioris Germaniæ præsentes regnatione Ducis Albani Ferdinandi Aluare de Tolet. Gubernatoris &c. nempe quod banniti, ac bonorum confiscatio-

ne

ne simul mulctati licet bonorum eo loci existentium, à quo cum proscriptione bonorum sunt relegati, incapaces, atque etiam eorum bonorum reddantur expertes, quæ alibi existentia ex statuto loci, à quo sunt banniti, deferuntur, tamen illorum bonorum capaces prorsus erunt, quæ alibi sita ex iusto, ac legitimo testamento ad illos pertinent. vt ait Alexand. consil. xxvj. circ. libr. prim. & qui de vtraque testamenti factione, quam banniti habent, vel non habent, sedulò ac seriò differit, Iulius Clarus De testament. à quæstione xv. vsque ad quæstione xxj. Cuius quæstionis meminit etiam dilucidè præter Viglium Zuichemum Phrysium præsidē nostrum, D. Gabriel Mudæus quondam magister meus tit. de testa. §. iiij. quem etiā sequitur inter neotericos scriptores Bald. hoc tit. nostro.

Et vt exactiùs examinemus prædictam tabulam intricatam: id resumamus ad inculcandum cōmodius rudi animo Tyronis. filium familiàs de castrēsi vel quasi castrēsi peculio, etiam sine consensu patris posse facere testamētum ad placitum suū. salua tamen legitima pro liberis suis, si quos habeat. Et *si non habeat liberos* debet 21

legitima esse salua pro fratribus & parentibus. alioqui testamentum eius subiaceret querelæ vt C. de inoffic. testa. l. fin. Et si intestatus decedat tunc primo succedunt liberi in castrensi vel quasi castrensi peculio. qui si non existant tunc olim succedebant fratres exclusis parentibus. vt in context. hic versic. si verò intestati. & C. communia de succes. l. fin. Sed hodie parentes succedunt cum fratribus. Auctent. defuncto. C. ad Tertull. & in autent. de hæred. quæ ab intestato §. si igitur defunctus. collat. 9.

22 *Impubes* quidem etiam (vt d. est) non potest facere testamentum, ob defectum intellectus. quia illa ætas ignorat quicquid videt. vt C. de fals. mone. l. j. & nullum eorum animi iudicium est. vt hic in text. *Durat autem impubertas in masculo*, vsque ad xiiij annum, *in fœmina* vsque ad xij. vt ff. de testam. l. qua ætate. Et *sufficit attingere vltimum diem vt habeatur tempus pro completo.* & ita necessarium sit computare de momento ad momentũ. vt vel sumus in materia fauorabili, puta testamentis, manumissione, vsucapione, &c. & tum sufficit attingere vltimũ diem, l. in vsucapionibus. ff. de diuers. & tempor. præscript. aut odiosa, vt in præscriptionibus:

quæ

quæ introductæ sunt in odium dominorum l.in omnibus.ff.de act.& obligat. & tum computatur tempus de momento ad momentum. aut mixta: & tunc attendimus fauorem inducens.

Quando dicit quod *præscriptiones sunt odiosæ*, intelligendum est de præscriptionibus xxx.annorum: quandoquidem de iure ciuili hæ currunt cum mala fide, sed non de iure canonico, iuxt.c.vigilanti. & c.fin. de præscript. quia in præscriptione x.annorum vel xx.idem quod in vsucapione. Quando autem supra tit.qui & ex quibus causs. manumitt. poss. d. est. circ.§.ea leg. Eliascentia. *vsucapionem esse odiosam* intelligi debet accipiendo eam p præscriptione sicut in text. in princ.de vsucap.Imper.ea vtitur.genere enim nõnunquam vtimur pro specie. Est autem vsucapio communiter accepta genus ad præscriptionem & ad vsucapionem propriè dictam. Et quia præscriptio habet p prium nomen impositum, vsucapio iuxta regulam Aristot.primo Topicor.retinet nomen generis. Et ita communiter doctores aiunt vsucapionem esse fauorabilem, quamuis videatur odiosa tãquam contraria iuri gentium, quia eo iure solum acquiruntur dominia per traditio- 23

nem factam à vero domino. vt supr. de rer. diuision. §. per traditionem. Per vsucapionem verò acquiruntur, per traditionem à non domino factam. vt supr. eod. Et sic istud ius scriptum in specie præfertur æquitati scriptæ in genere, quę æquitas est vt *nemo locupletetur cum iactura alterius*: vt l. nam natura. ff. de condict. indebit. *Mixta autem materia* est, sicut restitutio minorum, & in beneficio deferendo. & tunc attędimus id quod inducit fauorem. Vnde si expedit minori vt computetur de momento in momentum: sic computãdum est. Si verò non expediat sibi sufficit attingere vltimum diem. vt ff. de minorib. l. iij. §. minorem. de quo vid. glo. extr. de elect. c. cum in cunctis. super verb. exegerit. Et ex glosa infert Ioann. Fab. post Iac. & Pet. quod si quis promittat soluere sub pœna intra certos dies fiet computatio de momento ad momẽtum: secus in computatione mensium. de quo not. C. de temporal. appell. l. cum priorib.

Pro discretione. vt ff. de iudic. l. cũ prętor. §. non autem. & sic accipitur hîc.

Pro sententia, vbi rei iudicatæ standũ est. vt C. de re iudic.

Pro instantia causę, quæ durat triennio iure ciuili. vt C. de iudic. l. properandum per tot.

Iudicium accipitur. | Pro actione. & sic dicitur iudiciũ familię herciscundæ, vel communi diuidũdo. vt inf. de iudic. §. si familiæ herciscundæ. & §. fin.
Pro vltima voluntate, vt C. de sacrosanct. eccles. l. j. & sup. de testa. versic. si quis autem.

Quod de impubere iudiciũ d. est, idem expecta de furioso & mẽte capto: quia est eadem ratio. p l. à Titio. ff. de verb. oblig. 24
Probatur aũt furia per medicos, qui inter sunt curæ ipsius furiosi. vt l. qui semel. C. de re militari. li. xij. & c. significasti. extra de homicid. ex actionib. & verbis. quia sci licet iacit lapides & percutit hoĩes non solum, verũ etiã, si non dilaceret, saltem conatur, ita vt hoĩbus ab eo fugiendũ sit: & loquitur verba insaniæ quæ homo sanæ mentis non loqueretur. vt glos. l. nec codicillos. C. de codicil. l. ij. ff. de testamen. 17. quæst. j.

Furiosus nec debet puniri licet noceat alicui, q̃uis etiã patrẽ occideret. l. diuus. ff. de off. p̃sid. Et ideo *furiosus debet* custodiri. qui si nõ custodiatur rectè & alicui noceat est culpa vel negligẽtia eius q̃ debet eũ custodire q̃ solus puniendus est, vt notatur d. l. diuus. Et ex isto colligitur q̃d *stultũ est cum stulto ludere*, quia si quẽquam læserit non potest puniri.

25 *Nec testamentũ factum post furorem* valet, quia licet quilibet p̃sumatur sanæ mentis ex natura. vt gl. l. nec codicillos C. de codicil. Si tñ semel fuerit furiosus sem p̃ præsumitur furiosus, nisi contrariũ probet̃. vt gl. c. fin. in verb. compotem mẽtis. ext. de succes. ab intesta. Sed *testamentum ante furorem factum valet.* quia multa impediunt contrahenda quæ non dirimunt contracta, vt habet Maxima, ad quam solet allegari iste text. & habetur. l. patre furioso. ff. de his qui sui vel alien. iur. sunt. Simile est in vsucapione quando superuenit mala fides, vt. ff. de vsucap. l. iusto. §. eum. & supr. de vsucap. §. diutina. Simile etiam in acquirenda possessione.

26 *Prodigus dicitur* qui non seruat modum neque finem in expensis. vt ff. de curat. furios. prodig. dand. l. j. *Et cui administratio bonorũ interdicta est* à iudice, non valet eius testamẽtum postea factum. sed ante interdictionem factum valet, vt hîc dicitur. licet etiam interdictum esset iniustè factum, quia quamuis hoc est contra ius litigatoris, non tamen est contra sententiã legis, & ita *interdictum tenet.* vt. ff. quæ sentent. sine appellat. rescind. pos. l. j. in principio. Sed si interdictio bonorum sit facta à lege tũc etiam rumpitur testamen-

mentum ante factum. vt C. ad legẽ Iul. maiestat.

Surdus & mutus simul non potest facere testamentum, nisi fuerit miles. vt supra tit. prox. §. quinimo. *mutus autem tantum* si sciat scribere potest facere testamentum. aliàs nõ, nisi impetrauerit hoc à sua Maiestate. vt not. l. mutus. ff. de testa. *Surdus tantũ* verò coïter potest facere testamẽtũ: quia nemo est tam surdus, quin aliquid audiat, si fortiter ad aures clamitetur ei. l. discretis. C. qui testa. fac. pos. Et *probatur quis mutus* si testis dicat, quod viderit eum nõ posse loqui. sed quæcunq; voluit notificare alijs hoc fecit nutib. & signis. & similiter de *surdo*, qđ quicquid notificabatur sibi fiebat per nutus & signa. vt not. per Bartol. l. mutus, ff. de bonor. poss. fur. 27

Cæci testamentum siue natura siue ex accidenti secundum dispositionem iuris communis *factum in scriptis* non valet. *Nuncupatiuum* autem, vt facere possit hæc requirũtur copulatiuè necessaria. Testes & notarius, & si Notarij copia haberi non possit, octauus testis de iure adhibeatur qui eius munere fũgatur. Declaratio coram testibus, & Notario à cæco facta & nuncupatione testari velit. Institutio hęredis, quæ expressè sine vlla ambiguita- 28

te fieri debet, vt sciri possit, & qd & quantum tum hæredi tum legatarijs relictum velit. Vt non solum Notarius sed etiã oẽs testes in tali nuncupatiuo testamẽto cęci sese subscribãt, & vnà cum tabulario consignent. l. hac cõsultissima. & ibi Bart. & Dd. C. qui testa. fac. poss.

Quod intelligendum est de priuato vtroq; lumine. vt d. sup. & C. de excu. tut. l. frater. Et *probantur priuationes sensuum* per actus exteriores. vt ff. de tutorib. & curat. dat. ab his. l. is qui. §. diuus. Et hęc quidem secũdum obseruationem Iustini, qui fuit pater Iustiniani, vt & sup. habetur in tex. §. est & aliud. de donationib.

29 *Testamentum eius qui est apud hostes ibi factum* non valet, quia est seruus vel quasi seruus hostium. vt sup. de iure personar. §. serui. nec conualescit iure postliminij licet reuertatur. Sed testamentum ęp prius fecit valet si reuertatur iure postliminij. Et si ibi moriatur tunc valet ex l. Cornelia. Et quidem hæc prædicta non solũ intelliguntur *de captiuis ab hostibus*. Sed etiã de his qui sunt *obsides* non propter debitum, quia tales possunt facere testamentũ. verùm de his qui sunt obsides ob treugam vel pacẽ. ff. de testam. l. obsides. & hoc verum est, de obsidibus datis populo Romano

mano vel à Pop. Rom. Nam alię ciuitates de iure non possunt dare obsides, quanq̃ faciant ex consuetudine. vt not. l. ij. C. de patri. qui filios. distrax. notatur etiam c. ex rescripto. extr. de iureiur. & c. exposita in vlt. gloss. extr. de arbitr.

Vt ad reliqua mẽbra descendamus diuisionis præcipuæ huius tit. R*eligiosus* nõ potest facere testamentum. de quo in Aut. de monach. §. illud quoq;. collat. j. & in autent. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. *Clericus etiam existens in sacris* nõ testatur vndequaque sicut alius. de quo in Autent. licentiam. C. de episc. & cleric. & canonistæ notant. c. si quis sanè. extr. de pec. cleric. p Inno. c. cũ in officijs. ext. de testa. & p Dominic. c. præsente. de offic. ordina. lib. 6. 30

Damnatus etiam ad mortem nõ potest facere testamentũ. vt l. eius q. §. j. ff. de testa. Si tñ appellauerit & posteà testamentũ fecerit, & ante finitam appellationem moriatur valet eius testamentum. iux. l. qui à latronibus. ff. de testa. 31

Dubius etiam de statu suo non potest facere testamentum. l. qui statu. ff. de testa. 32

Dãnatus etiam de crimine non potest cõdere testamentum. l. is qui. §. fin. ff. de testa. Seu *damnatus de hæresi*: vt C. de hæret. & manich. l. manichæos. 33

Qui

34 *Qui etiam læsit maiestatem* principis non potest facere testamentum. vt C. ad leg. Iul maiestat. l. fin.

35 *De excõmunicato* communiter dicunt Dd. quod publicè excommunicatus non posit facere testamentũ: sin occultè, quidem rectè. vt videre licet eos circ. c. decernimus. de sentent. excommunicat. lib. vj.

36 Publicus etiam Vsurarius non potest facere testamentum nisi cum cautione de restituendis iniustè ablatis, seu vsuris. vt not. c. quanquam. de vsur. lib vj. Et ideo dicit Pet. de Anchor. super Rubr. de reg. iur. lib. vj. quod quando testamentum nõ valet ob impedimentum testatoris quod suo proprio facto remoueri non posit. tũc remoto impediméto nõ conualescat testamentũ cũ tali impediméto factum, vt est testamentum impuberis. Sed qñ testamentũ non valet ꝓpter impedimentũ testatoris quod suo ꝓprio facto remoueri posit. tunc testamentum factum cum tali impedimento conualescit remoto impedimento: vt testamentum publici Vsurarij factum sine cautione licet non valeat, facta tamen cautione conualescit.

37 *Bannitus autem banno Imperiali* non potest facere testamentum iure ciuili. Sed bannitus ab aliquo particulari loco non

potest

potest facere testamẽtum secundum iura illi⁹ loci. Sed bene põt facere testamentũ secundũ ius cõmune. ita vult Bar. in quadã quæst. incip. statuto Lucanæ ciuitatis. vbi etiã declarat, an factio testaméti possit mutari per statuta localia. Et quidem aliàs de his qui non possint testari solent dari versus sequentes.

Testari nequeunt impubes, religiosus,
Filius in sacris, morte dammatus, & obses
Prodigus ac stultus, dubius, seruus, furiosus,
Crimine damnatus cũ muto, surdus, & iste
Qui maiestatem læsit, sic cæcus & ipse.

TITVLVS XIII.

De exhæredatione liberorum: & Institutione.

PRosequitur nunc subsequenter Imper. tractatum exhæredationis & institutionis liberorum, post quã tractarit, quinam

nam testamenta facere possint & nòn possint.& quænam obseruanda in testamentis quo ad fidem, & ad probationem testamentorum : vt nunc sic etiam constet consequenter de his quæ sint obseruanda in testamentis quo ad pietatem: inter quę est institutio vel exhæredatio legitimi hæredis. Et quamuis Titulus subsequens rubricetur de Institutione, tamen tacitè etiam quæ ad eam spectant per Antithesin hoc loco agitur.& ille tit.ad hunc locum est referendus.

Attamen differunt. { Institutio. Exhæredatio. Abdicatio. Præteritio.

1 *Institutio est* qua quis post mortem suam in bonis suis alium dominum constituit, per hæreditatis institutionem. l. cum hæredes.ff.de acq.possess.

2 *Exhæredatio* autem exclusio est vel alienatio ab hæreditate. Seu rectius. Est expressa vel tacita testatoris dispositio, qua quis ex liberis aut parentibus debita hæreditate priuatur, propter insertam causam,& legitimè probatam. Est enim *Exhæredare* aliquem hæreditate & iure succedendi priuare. Bart. l. quidam cum filium.nu.6.ff.de verbor.obligat. Fit autē ex-

exhæredatio omnis in testamento, vimque suã duntaxat post mortem testatoris habet. *Abdicare* verò est familia eijcere. Atq; *Abdicatio* nil aliud est q̃ ignominiosa q̃dam emancipatio. Vigl. hoc tit. *Exhæredatus*, hæreditate ritè priuatus. Non em̃ q̃is exhęredatio summouet filium à cõtra tabulas possessione, sed q̃ ritè facta, vt apud Vlp. de bonor. poss. Vnde filijs q̃rela sæpè est de inoffic. testa. *Exhæres*, qui priuatus est hæreditate quæ ad eum pertinebat. Cicer. j. de Orat. Quæsitum est de iure ciuili, possétne paternorum bonorum exhæres esse filius.

Præteritio cũ causa dicitur exhæredatio 3
impropriè, sed sine causa dicitur propriè p̃teritio. l. in arena. C. de inoffic. testam. Dd. l. filio p̃terito. ff. de iniust. test. & Bal. in addit. Spec. de instr. edit. in vij. col. ver. prętęritio. & fit hoc modo, filium non instituo, quia fecit tale quid. Bar. l. j. in princip. ff. si quis à parente fuer. manu. Dd. in Autent. ex causa. in ij. col. C. de lib. p̃terit. q̃ inquã *præteritio liberorũ* reddit testamẽtum nullũ, etiã si sint instituti nepotes ex filio præterito. cõs. cccij. incip. dictum testamẽtum. Franc. Aret. Et *præteritus dicitur* filius etiã si sit substitutus in tota hęreditate. l. ita tñ. §. qui rogatus. ad Trebell.

Vnde

Vnde *præteritus potest agere* petitione hęreditatis:& si opponatur de testamento: replicet ex praxi de nullitate.l.suus.&ibi Bald.in primo notab.C.de repud. hære. Item potest dicere nullum,& agere petitione hæreditatis.Bald.ibid.vid. Bart. l. filio præterito.de iniust.test. Sed *præteritio matris* habetur ꝑ exhæreditatione.vt hîc.§.fin.Ratio est.quia nõ dicit cõtinuari dominiũ in eum in bonis matris, sicut in bonis patris.Bart.l.pater filium.in repetit.j.col.vers.sicut dicimus.ff. de inoffic.testa.&.l.suis.de lib.& posthum.& ij. col.quæst.ij. Bald. l. si quis posthumos.§. si filiũ.in fin.eod.tit.Quod verum est cũ causa,quia sine causa facta reddit nullum testamentum,& in nato,& in posthumo, secundum Bart.l.filio præterito. xij. col. ver.secũdo casu.de iniust. testa. per §.aliud quoque capitulum.in authent. vt cũ de appel.cog.& ibi Angel.in fin. & Alexand.d.l.in suis.& l.posthumo.C.de bonor.possessio.contra.tab. & l.j. C. de bonor. possess.Sed hîc de præteritione hæc sufficiant.

Vt fiat nominatim, nempe demõstratione & expressione certæ ꝑsonę: & quoad eas.vt §.nominatim hîc.& l.2. de liber.& posth.

Vt

ex hę redatio requirit

Vt fiat purè & categoricè, non verò cõditionaliter, nisi filius esset institutus sub conditione casuali vel mixta, & in eius defectum exhæredatus.

Vt fiat à gradu toto, & non à persona certa.

Vt non à quota, sed à tota hæreditate quis excludatur.

Vt adeatur hæreditas. l. filium. ff. de bonor. possess. contra tabul.

Vt legitima & iusta exhæredationis causa, quæ hodie in testamento est exprimenda.

Nominatim, expressè exhæredatus quis sit, vid. l. iij. §. nominatim. ff. de iniust. testa. *Nominatim etiam* intelligitur expressus, qui non nomine proprio, sed demonstratione corporis, aut opificij, officijúe, necessitudinis atque affinitatis, aut alio modo designatur. l. ij. de leg. ij. & similib. quæ Alberic. citat. Bart. l. siue à certis. ff. de duobus reis, nominatim quod dicitur explicat. & l. turpia. §. fin. de leg. j. quid sit *nominatim fieri* docet. & *nominatim exhæredari* est cum expressione proprij nominis vel alicuius æquiualentis proprio nomini aliquem exhæredari, ita vt non sit dubitatio. vt. l. j. ff. de lib. & posthu. 4

5 *Purè fit*, quod simpliciter & absolutè. Paul.l.v.de dol.mal.except.in princ.Purè mihi decem debes, ea tibi sub conditione legaui. Sic apud Cicer.de Inuention. Purum iudicium, pro simplici, & absoluto omni exceptione. *Cathagoricè*, fit quòd abusiuè.

Filij possũt vel
- *Exhæredari.* *
- *Præteriri,* †
- *Instituihæredes*. Tit.14.

Nominatim puta, si
- *Exhæredati* nomẽ, prænomen, cognomen, agnomen, aut aliquid aliud artificij nomen exprimatur.
- *Filium vel filios* exhæredaret, & vnicum tantum haberet filium.
- *Ex vxore natum* exhæredet, & vnicus natus sit.

Inter cæteros
- *Filios exhæredaret*, & plureis haberet filios.
- *Si cæteros exhæredaret*, & plu-

ros, vt si { plures filios, quos non instituerat haberet,

Si filium exhæredaret, cùm plureis haberet filios.

Exhæredari

Filij in potestate nominatim sunt exhæredandi.

Filiæ olim inter cæteros exhæredari poterant, hodie nominatim exhæredari debent.

Posthumi olim nominatim exhæredandi erant, hodie non possunt exhæredari: quia non potest dici ingratus. l. si quis. ff. de in offic. testa.

Nepotes ex filio vel instituì, vel exhæredari nominatim debent, ne si prætereãtur, filio mortuo, rumpant testamentum.

Filij Emancipati iure ciuili poterant præteriri, iure prętorio nominatim debent exhæredari.

Filij Adoptiui durãte adoptione ab adoptante: vel soluta adoptione, à patre naturali exhæredari debent.

Prætériri, et hi { *Iure ciuili*, testamentum dicunt nullum. / *Iure prætorio*, testamentum p bonorum possessionem contra tabulas fũ punt. } Nisi à matre, vel à milite sciente, prætereantur quorum prætéritio pro exhæredatione habetur.

6 *Nomen* propriè quid significet, ab Alciat. petendum est, cap. j. quarti dispunct. *Et nomen familiæ est*, & omnia quæ ad vnumquemque nostrum differendum excogitata sunt, à nomine differũt: quia eo gens cognoscitur, ideoq; *gentilitium* dicitur. Cætera ordine variantur. Nam quod præponitur, *prænomen*: quod postfertur, *cognomen*: quod ad vltimum additur *agnomen* est. vt C. Iulius Cæsar. Iulius nomen est familiæ Iuliorum. C. prænomen, Cæsar cognomen. vid. Alciat. dispunct. iiij. & Camerarius, Omnia quidem, inquit, quacunque de causa homini imposita nomina, cum certum quendam hominem designent, propria sunt. Prima tamen Romanorum appellatio verè propria in viris quidem videtur esse. Quippe qua

qua inter se, qui non solùm diuersarum familiarum, sed eiusdem etiam essent discerni possent. vt M. Tul. Cicer. Et *nomen quilibet sortitur* ab eo quod principaliter agit: vnde qui ampliorem substantię partem in mercimonijs non habet non rectè mercator accipi posse videtur. Quanquam si quis citra fraudem in album mercatorum fuerit assumptus, eiusque negociationis se profiteatur, mercator propriè existimandus erit, tametsi non magnam fortunarum suarum partem in quæstum deduxerit. l. si quid. in fin. de ædilitio edicto.

Posthumi dicuntur leg. xij. tab. propriè, 7
qui post humatum testatorem nascuntur l. iij. §. posthumos. de iniust. testa. Salom. l. Gallus.

Interim duplex est posthumus: qui nascitur post mortẽ patris: et qui nascitur post quam pater in ægritudinis lecto testamentum condidit. Et de hoc postremo dicimus. Si pater condit testamentum & non facit mẽtionem de posthumo qui adhuc est in vtero: & posteà conualescit & penes se tẽstamentum seruat. & posthumus nascitur sed tractu temporis moritur ante patrẽ tunc testamentum prius factum est validum. sed si posthumus superuixerit tene-

tur pater testamentũ mutare & ipsum in testamento ponere.

Verùm propriè dicitur, qui patre humato natus est. Sed & qui post testamentum natus est, largo modo posthumus vocari potest. Alciat. de verbor. sig. qui vt infans & impubes non possunt exhæredari. Arius Pinel. in Autent. nisi tricennale. pagin. 180. coll. ij. ad fin. C. de bonis mater.

Posthumus est natus post exequias genitoris.

Sine H apud Haloandri editionẽ vbiq; legitur. *Alienus posthumus* est ille, qui natus, suus hæres non fit. Ideoque ex emancipato filio conceptus & natus nepos, extraneus est mihi posthumus. §. posthumo. Instit. de legat.

8 *Emancipati sunt*, à patria potestate relaxati, nempe vtrinque consensu adhibito. *Et emancipatio* dicta est, quasi è manu traditio. Nam sicut in seruis manumissionem, ita in liberis emancipationem propriè dicimus. Vulgò nunc & crassè quidem extra panem suum & potestatem dimissio

missio vocatur. Verùm emancipatio nõ solùm ad liberos refertur, sed significat etiam quamcunq; imaginariam venditionem: vt Budæ. in Annot. prior. & Vig. tit. de testa. ord. hoc li. dicta, quasi mancipi emptio, ficta & imaginaria. Itaq; *emancipare* est, è mancipio suo mittere, & alteri posidendum permittere. inde mancipio accipi, & emi, locutiones vetustæ. de quibus Budæus. l. ij. de origine iuris. *Emancipatus filius si à patre sine causa preterea-tur*, iure nouo testamẽtum nullum dicit, vt frequenter placitum renunciant Pau. nu. vij. Corn. nu. 29. Ias. nu. 18. in Auten. ex causa. C. de lib. præterit. Imol. col. xiij. l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. Ias. lec. j. nu. 54. Eman. à Cost. part. iij. nu. 164. ad §. & quid si tantum. l. Gallus. ff. de liber. et posthu. Anton. Gomez. de testa. cap. xj. num. 34. etsi contrariam opinion. quæ emancipato. tantum hodieque bonorum possessionem cõtra tabulas defert, nescio quo ductus spiritu communem affirmat Porc. §. vlt. nu. xj. de bonor. possess. infrà. at si iustam ob causam filius emancipatus prætereatur, auxilio tantum ipsi erit illa bonorum possessio contra tabul. vt ait Eman. à Cost. d. §. & quid si tantum. part. iij. nu. 245. vers. quinto, &c. *filius autẽ*

emancipatus & ritè à parente exhæredatus, si cõtra paternas tabulas inofficioſi querela vti velit, bonorum poſſeſsionem litis agnoſcendæ gratia & hodie prius petat, neceſſe eſt. Angel. de Perigl. in reſect. l. in ſuis. nu. 52. ff. de liber. & poſthu. Alex. nu. viij. Corn. in fin. ad l. certum. C. vnde legit. Corn. rurſus in authent. ex cauſa. nu. 30. C. de liber. præterit. Iaſ. l. ij. nu. viij C. de inoffic. teſt. Lancel. Galiaul. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 49. ff. de lib. & poſthu. à quo tamen recepto dogmate aliquando multi meritò defecerunt, vt alibi (præterquam fecimus in Ethopoliticorum noſtrorum Centone quarto: nec non Theſauro noſtro priſcorum Philoſophorum Iuridicor.) commodius & latius data oportunitate & Deo concedente, noſtris locis communibus legalibus demonſtrabimus. Denique ne hoc breuibus omittamus, *Emancipatus* ab inteſtato ad ſuorum ſimilitudinem hodie ſuccedet etſi nec ſuus ſit, nec eius filij, qui ſuus eſt, prærogatiuas ac dignitatem obtineat, vt Emanu. à Coſt. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. part. iij nu. 208. cum ſeq. ff. de lib. & poſthu. *filij* ſeu *filiæ*, *ſeu iam è patris manu miſſi* ſi ſine cauſa à matre pretereãtur, iure, quo vtimur, teſtamentum illius nullũ di-

dicunt, Corn. l. iij. nu. 30. C. de iur. delib. Angel. §. j. Instit. de inoffic. testa. Dida. Couar. c. Raynutius. in princ. nu. iij. & nu. iiij. de testa. Vigl. §. mater vel auus. nu. j. ad fin. hoc tit. Anton. Gomez. de testa. c. xj. nu. 34. licet ab hoc communiter placito non malè desciuisse videantur Imol. l. j. col. ij. ff. de testam. Vigl. & Eguinar. Baro. in adducto. §. mater vel auus. idem Vigl. in rub. nu. 4. Institut. de inoffic. testa. Dida. Couar. in reg. possessor. ij. part. §. v. col. vj. ver. præsertim. de regul. iur. lib. vj.

Adoptiui dicuntur iuxta delectum sibi quos voluerit quis in filios delectos habere. cùm natura nonnunquã dissimiles parentibus producat, qui vel mortui, vel exhæredati, aut quod sterilitas in matrimonio apparet. nam adoptio gratuita quædam electio est alicuius in filium. Hinc qui sic eligitur vt p̃fatur adoptiuus vocatur. Theophilo est actus legitimus naturam imitans, ad eorum qui liberos non habent, solatium inuentus. Placuit hæc dictio Placentino cum Ioanne: licet ab Accursio reprehendatur. *Adoptionis origo* autem antiquissima est, neque enim modò Romani, verùm etiam Græci, & veteres Iudæi filios sibi assumere consue 9

runt. Causam eius explicat. Vigl. §. adoptiui liberi. hoc tit.

Exhæredãtur liberi vel expreſsè: dum pater vel auus paternus filium aut nepotẽ cum ſufficienti cauſa in teſtamento inſerta, & illius probatione, quæ hæredi inſtituto incumbit, à ſucceſsione hæreditatis expreſsè & nominatim excludit. §. j. hoc tit. & Authent. non licet. C. de liber præterit. vel contrà, filius patrem: nam *correlatiuorum eadem eſt diſciplina*, ſi par vtriuſque eſt ratio: l. cum emptor. ff. de reſcindenda empt. l. fin. ff. de acceptilat. l. fin. in princ. C. de indict. vidu. toll. Klin. hic num. 2. & gloſſ. in Authent. vt cum de appellat. ſuper verb. alia quoque. Vel tacitè: dum præteriri dicantur: dum mater vel auus maternus præterit filios, nepotes, aut alios deſcendentes in teſtamento. §. fin. hoc tit. Authent. ex cauſa. C. de liber. præterit.

10 *Expreſsè* aliàs interpretatur pro manifeſtè, & aperte. Hinc *expreſsa nocẽt, nõ expreſsa nõ nocent*: ſententia q̃ eſt Apophtegmatica, plus in receſſu habens, quàm verba ipſa in fronte præ ſe ferebant. vt oſtendit eleganter Ferrarius in huius regulæ expli-

plicatione. Obseruandum tñ, quod & ea quæ ad aliud expressum referuntur, aut ex necessaria consequentia veniunt, tanquam expressa iudicantur. l. ait prætor. §. j. l. in summa. in princip. de re iud. l. asse toto. ff. de hæred. institut. cum similibus. Hanc interpretationem latè etiam prosequitur Ias. l. prætor ait. ff. de oper. nou. nunciat. & Abbas c. olim extr. de censi. alioqui expressum, facit cessare tacitum. l. cùm ex filio. §. filia. ff. de vulgar. & pupill. substit. Et plerunque fit latior explicatio in casu expresso quàm tacito.

Tacitiꝯ expressi diuersa ratio: quia *tacitum non annullat, expressum annullat.* Zas. l. nonnunquam. ff. de condit. & demonstrat. attamen *tacitum & expressum*, si vtriusque par sit potentia, æquiparantur. secund. Bald. l. de quib. ff. de leg.

Tacitè fit, quod intentione alicuius fit: 11
& tacitò actum (intellige intentione contrahentium) pro cauto, id est, pro expresso habetur. vt l. cùm quid. ff. si cert. pet.

Et

Et tacitè plurifariã aliqua insunt
- directò, id est immediate: nempe quæ insunt vel
  - Per modũ conditionis.
  - Purè: & tunc aut ex legis disposition, aut rerum natura, aut consuetudine, aut necessitate, aut dependentia: quia tacitè dependent ab expresso.
- Ex obliquo, id est, ob aliud: quia
  - Non simpliciter,
  - Ex adiuncto,
  - Ex vi relatoria, seu relatione. Quia q̃ expresse fieri nõ possunt, ex obliquo tacitè recipiuntur: vt exempl. ponit Zas. l. cum quid ff. si cert. pet.

12 *Tacita veritate & falsitate suggesta verò* vt intelligendum sit, declarat Innocent. iij. c. super literis. extr. de rescript. *Tacere* autem

autem medium est inter consentire & reprobare. Card. in Clement. sæpè. §. si tamen. de verbor. signific. & Tacito iure p-transire apud Vlp. l. si paterfamiliàs. de adopt. Et *tacitum denique fideicommissum*, quod in fraudem legis susci pitur. vid. l. eum qui tacitum. ff. de his quæ vt indig.

Causæ ingratitudinis, ob quas parentes liberos possunt exhæredare & priuare sua hæreditate.

Si parentibus injiciatur violenta manus. nisi tamen vim vi repellant. l. vt vim. ff. de iustit. & iur. vbi Bart. sic distinguit: quia tunc non esset iusta causa exhæredationis. vt facit c. dicitur forma. xxij. q. v

Si parentibus grauem iniuriam intulerint verbalem: vel eos contumelia affecerint. vt Curt. iún consil. 148. nu. 1.

Si accusent eos de crimine capitali: nisi fuerit cõmissum in principem vel in rempublic. Si verò eos occultè denunciauerint non est iusta causa exhæredationis: quia ad hoc tenentur. ij. q. j. c. si peccauerit.

Si insidias aliquas parentibus

bus instruxerint, vt eos perdant vel veneno, vel alio modo simili.

Si ad delationem eorum parẽtes passi sunt graue damnum in bonis suis.

Si denegarint alimẽta parẽtibus furiosis.

Si recusarint parentes furiosos custodire. vid. Villalob. in suis collect.

Si vxorem patris, vel nouercam, aut concubinam filij cognoscant. eo quod Ruben à patre suo Iacob priuatus fuit iure primogenituræ. nam pater ei dixit. effusus es sicut aqua: & non crescas eo quod ascendisti cubile patris tui & maculasti stratum eius. Genes. 49. Nam Ruben dormiuit cum Bala vxore patris sui. ibid. 35.

Si filij recusarint fideiubere pro parentibus in carcere coniectis: sed hoc non extenditur ad filias quæ non possunt fideiubere. ff. ad Velleian. l. j.

Si non liberarint parentes à captiuitate vel ab hostibus: ob quam causam licet pater filios non exhæredet, sunt tamen exhæredati ex ipsa lege. vt d. §. causas.

Si prohibeant parentes testamentum facere liberi. & hoc debet intelligi de facto, vt prohibitio sortiatur effectũ. vt not. Dd. l. testamenti. C. de inof. testa.

Si misceant se liberi arenæ, id est, inter Are-

Arenarios associare se & Mimos perseuerarint. & hoc debet intelligi, nisi parentes essent eiusdem professionis.

Si filia sit luxuriosa, propter quod refutat honestum matrimonium. & hoc debet intelligi nisi hoc fecerit post xxv. annũ, & steterit per parentes quo minus fuit tradita nuptui. Quia si fuerit luxuriata post xxv. annũ, & non fuit per patrẽ tradita nuptui, cũ hoc facere potuit, & tenebatur: non esset iusta causa exhæredationis. vt not. Dd. l. cùm te. C. de inoffic. testa. Sed ita nõ est in filio: quia luxuria filij non sic dehonestat, sicut filię. quamuis nõ sit minus peccatũ, sed fortè maius. Nec excusatur filia, si pater est inhonestus, nisi daret causam turpitudinis. Sed inhonestas matris facit vt filia nõn possit exhæredari à matre, nisi mater se emẽdauerit. vt volunt Dd. l. si filiam. C. de inoffic. testa.

Si liberi sint hæretici. de quibus omnibus §. alia quoque. & §. sequent. in Authent. vt cum de appel. cognos. colla. 8.

Et propter istas causas nõ solũ exhæredãt filij à patre carnali & mundano: sed merẽtur etiã exhæredari à patre cœlesti. & habent istę causę in c. quintauallis. ext. de iureiur. sup. verb. exhæredaret. & parẽtum his versibus.

Bis septem causis filius potest exhæredari:
Parentes feriat, vel verbum si maledicat:
Crimine cusset eos, veneno si potat illos:
Detulit in eos, furiosos negligit ipsos:
Malis se sociat, patris lectumue defœdat:
Non fideiussit pro patre, nec ab hoste redemit:
Testari prohibet patrem, se miscet arenæ:
Non orthodoxus, vel filia luxurietur.

13 Sed posset hîc oriri altercatio non exigua quod liberi etiam à parẽtibus ex causis æquè similibus aut maioribus possent exhęredari iuxta communem doctorum opinionem. de qua vid. Iaſ. & Dd. in Authent. non licet C. de liber. præterit. & Viglium Zuychem. Phryſ. hoc loco. nu. 8. & inſ. de inoffi. teſta. §. fin. nu. 6. qui contrariam ſententiam contra communem opi-

opinionem defendit, cui adstipulor. Ac arbitror contra sententiam tamen Castrens. l. si filiam. C. de inoffic. testa. colligentis à contrario sensu ibi, *q̃ propter matrimoniũ à liberis contractum inscijs ac inuitis parentib. non potest fieri exhæredatio.* etiamsi solùm adderemus rationé, quia hæc causa non numeretur inter prædictas causas, nec eis sit similis aut grauior: de quo Decius l. nuptias. nume. 10. & 11. ff. de regul. iur. Ias. in authent. non licet. C. de liber. præterit. & huius meæ opinionis habeo authorem Franciscum Duaren. in tit. solu. matrim. c. ij. quomodo nupt. cõtrah. col. iij. vers. hinc existit quæstio. Anton. Cost. de dotib. c. iij. nu. 19. quod amplia processurum, etsi ignominiosam vxorem filius duxerit, atque idem omnino in filia futurum, vt commune etiam aiunt latissimè id agentes Didac. Couar. de sponsal. ij. part. c. iij. §. viij. nu. 5. & nu. 6. Emã. à Cost. l. Gallus. §. & quid si tantùm. iij. part. nu. 177. ff. de liber. & posthu. Iul. Clar. de testa. quęst. xlj. versic. sed quid si filia. & vide Viuiũ lib. 1. opin. cxxviij. Imò absq; parentum consensu matrimonium iure Pontificũ valiturum contrahere posse, etsi Cæsarũ ll. refragentur, dicunt d. Dd.

14 Et exhæredationis sanè causæ pœnitentia abolētur, vt communiter probari inquiunt Pyrrh. in consuetud. Aurel. de succeſſ. cap. 25. Cotta in memor. ver. filiusfamilias, & magis communem opinionem esse affirmat Eman. à Coſt. l. cùm tale. §. si arbitratu. pag. 135. nume. 189. ff. de cond. & demonſtrat. nō tamen filiorum priùs ingratorum furore posteà ſubſecuto euanescente, vt commune placitum aſſeuerant Iaſ. l. ex facto. nu. 29. ff. de vulg. & qui id non probat, Iul. Clar. de teſtam. quæſt. xxxj. ver. ſed pone. contra quem immeritò blaterat Viuius lib. 1. opi. 131. *Sicuti exhæredatio, cui nulla iuſta cauſa adijcitur,* teſtamentū iurenouo nullum prorſus reddit, vt commune affirmare auſim ex gloſ. Bart. nu. 5. Aret. nu. 2. & reliquis ſcribentibus ad l. 1. ff. de teſta. ex gloſ. 1. Bart. nu. 12. Paul. col. 4. ad fin. & num. 9. concluſ. 2. & cęteris interpretibus in authent. ex cauſa. C. de liber. præterit. & rurſus Paul. in princip. Alex. num. 9. in authent. non licet. C. illo eod. tit. Corn. conſil. 150. nu. 1. lib. 1. Anton. Gomez. de teſta. ca. 11. nu. 10. etſi verius mihi videatur quod ad leg. illam prim. ff. de teſta. ſcripſit Imol. col. 3. ſequutus Fulgoſ. hu iuſcemodi exhæredationem nulla cauſa

iuſta

iusta suffultam, testamento hodie etiam vt olim vires suppetere, ac necessariam querelam fore ad illius rescisionē, quod idem disputat ac latissimè defendit Io. Ing. in d. authēt. ex causa. col. iij. cum seq. & Vig. nu. 2. ac Steph. Bodæus in rub. Institut. de inoffic. testam.

Et testamento insertæ exhæredationis cau- 15
sæ ritè probari debent omninò ab hærede, qui ad id hodierno Iure & praxi obligatur, vt commune pronūcio ex omnium scribentium suffragijs per illos text. l. omnimodò. ibi, arguātur ab hęredibus. & l. si quis filium. C. de inoffic. testa. ex omnibus commentar. ad authent. non licet. C. de liber. præterit. asserunt, Viglius in rubric. post princ. de inofficios. testam. hoc lib. Ign. in authent. ex causa. col. xiij. C. de liber. præterit. Anton. Gomez. de testa. ca. xj. nu. 10. memineris tamen semper, quòd licet plures exhæredatiōis causas in ingratum filium pater expresserit, satis tamen semper erit vnam aliquā ex illis exhæredationi idoneam ab hærede probari, vt luculenter docet text. in authent. vt cùm de appel. cognosc. §. siue igitur. in prin. ibi, vel vnam ex ijs veram esse monstrauerit. collat. viij. & asseuero ex Bald. & Alexand. vtroque, ad fin. Ias.

nu.11.in d.authent.non licet. & reliquis supràlaudatis. Ergo licet exhæredato simpliciter filio de iure Digestorum testamentum valebat, nec inofficioſi querela oppugnabatur, nisi si filius ille priùs probasset se semper debita parentib. officia præstitisse, de iure Codicis si filius exhæredatus simpliciter ob ingratitudinem proponeretur, *hæredes quamlibet ingrati culpam probare tenebantur*: at de iure nouissimo & causam speciatim exprimi necesse est, & illam ab hæredib. probari oportet. quam si scripti hæredes probare nequierint, testamentum quidem valebit, sed iudicio centumuirali rescinderetur: at si probauerint, & semper & omnino testamentum ratum validumque erit. si verò nulla exhæredationis causa inseratur, testamẽtum nullius momenti erit, vt commune ex multis asseuerant Ant. Gomez. de testa. ca. 11. nu. 10. & Iul. Clar. latiùs de materia agens, de testam. q. xl. Interim *exhæredationi vel præteritioni* si filius exhæredatus, præteritúsue consentiat, tametsi nulla eius consensus mentio fiat in testamento, firmum ratumq; erit testamẽtum, ac nullo iure oppugnari poterit, vt volet etiam Anton. Gomez de testa. cap. 11. nu. 14. Imò quamuis *exhæredatione*

hæredatione se abstĕturum pater aliàs promiserit, nullo modo ad hoc obligatur, nec impeditur, quin postèà exhæredare ritè queat. vt idem Gomez. de testa. cap. vlt. nu. penult. ad fin. Et vt hoc addamus minimè spernendum. Exhæredatorum rirè ac rectè filiorum liberi suis ex ,,prijs personis auitum testamentum vel nullum dicere, vel inofficiosi querela oppugnare possunt: vt receptissimum est ex Bart. Bald. Angel. & reliquis Commentatoribus ad l. pater filium. ff. de inofficio. testa. ex Bart. nu. 2. Paul. col. penul. Imol. col. penult. & vlt. Cuman. col. ij. Alexan. col. 3. Iaſ. nu. 48. l. si quis posthumos. §. si quis filius. ff. de liber. & posthu. & glos. Cyn. Bart. Bald. Angel. Paul. de Castr. Fulgos. & Iaſ. l. si quis filium. C. de inoffic. testa. & deniq; ex Iasone, qui id magis cõmune arbitratur, ac diligenter tractat, l. in suis. nu. 45. ff. de liber. & posthu. et si nos alibi contrarium cum nonnullis latissimè probare moliamur.

Appellatione autem liberorum hîc omnes 16
descendentes intelliguntur, siue masculi siue fœmellæ. l. liberorum. ff. de verb. signif. Sed quòd *posthumi* de iure nouissimo *exhæredari non possint*, vt sup. d. est, nulla melior est ratio, quàm quia in eos non

cadit ingratitudinis causa. l. si quis suo. §. legis autem. C. de inoffic. testa. Et causæ, inquam, huius exhæredationis sunt parentes & omnes descendentes, non autem Collaterales, qui impropriè exhæredari dicuntur. Nec enim fratri aut sorori propter præteritionem competit querela inofficiosi testamenti, nisi persona turpi hærede instituta. Sed hoc fallit in tribus casibus, scilicet, Si frater minetur aut machinetur mortē fratri testatori: Si criminaliter eum accusēt: Si istius facultatibus magnam iacturam inferat. Tunc enim etiamsi turpem personā instituerit, non erit locus querelæ, secundum Ioan. de Plat. hîc. num. 9.

17 Causa autem finalis huius exhæredationis & præteritionis est, ne filij excluſi, vnà succedant cum hęrede instituto. Liberi enim superstite adhuc parente quodammodò rerum paternarum domini esse creduntur, continuato in eos dominio patris. Bart. l. in suis. ff. de lib. & posthum.

Iactitantibus autem iniquè esse se exhæredatos vel præteritos (quia non iusta exhæredationis causa in testamēto est expressa patris, & per hæredes posteà non probata: & quia tum testamentum est nullū, quò

quo ad hęredis institutionem, ipso iure) *competunt tria remedia*: Vnum *de iure ciuili*, quo testamentum dicitur nullum: Alterum *de iure prætorio*, bonorum possessio contra tabulas: Tertium *querela inofficiosi testamenti*. De quibus cõsulendi sunt Dd. in l. posthumo. C. de bonor. possess. contra tabul.

Quæstio est, Anne *Abdicatio* hodie locum obtineat: quæ erat ignominiosa, & *emancipatio & priuatio quædam*, tam hæreditatis, quàm alterius rei facta ob inobedientiam filij in vita patris. Vnde filium pater abdicatum educare vel alimenta subministrare non tenebatur: imò egenũ, vestibusq; spoliatum dimittebat, & post patris obitum penitus ab illius hæreditate repellebatur. de qua Alciat. lib. 2. disputat. ca. 28. Vigl. & Mynsing. hîc in Rubr. nu. 2. Sed sanè hæc lex Abdicationis abrogata est propter patriæ potestatis diminutionem, & sanguinis immutabilitatem, vt Impp. Dioclet. & Maximia. testantur. l. abdicatio. C. de patria potestat. Solebat ergo *Abdicatio* fieri, cùm filius patrem iniuria affecisset, aut minùs obediisset dicto illius: eum pater ad iudices vocabat, & probata causa, abdicabat: Atque abdicatum filium 18

propriè veteres reputabant abalienatum filium. & sic abdicatio erat liberorum, abalienatio Græcè ἀποκήρυξις dicta. l. abdicatio. C. de pat. potest. Si lex abdicationis non fuisset etiam abrogata, superuacaneum fuisset exhæredationum causas à Iustiniano nominatim scribi, etiam teste Alciat. lib. ij. disputt. c. xxviij. Et *Abdicatio*, inquam, opponitur *Adoptioni*, & transfertur etiam ad alia. *Generum abdicat, qui repudiat sponsum*: abdicat se tutela, qui deponit, siue relinquit tutelam. *Abdicationi* contraria est & *dedicatio siue dicatio. Dicat*, qui alteri propriũ aliquid facit: *abdicat*, qui alienat. Et *Abdicamus filios viui*, hoc est, priuamus omni iure filij: *exhæredamus*, hoc est, submouemus tãtùm ab hæreditate post mortem. Itaq; quisquis abdicatus est, idem est exhæredatus: non è contrà.

Causæ etiamè conuerso sunt, quibus liberi possint maximè filij exhæredare parentes suos: vt puta,

Si parentes criminaliter accusent filios de crimine hæreseos, vel læsæ maiestatis facto per ipsum patrem.

Si insidientur, aut insidias strui procurent vitæ filiorum, vel veneno, vel alio modo quocunque.

Si

Si pater se immiscuerit vxori filij sui: vt incestus fiat cum nuru, vel immisceat se cum concubina filij.

Si parentes prohibeant eos testamentum facere, maximè in peculio castrensi, vel quasi castrensi.

Si venenum pater det vel administrari procuret filij vxori ad necem.

Si filios furiosos non custodiant: & alimenta denegent.

Si negligant filios redimere à captiuitate hostium.

Si pater insidietur vitæ matris filij, tunc ipse potest exhæredari.

Si pater sit hæreticus. per text. §. sed hoc quidē al. atque hæc quidem. cum seq. in Authent. vt cùm de appel. cognosci. collat. viij.

Ratio autem, quòd plures sint causæ circa exhæredationem liberorum, quàm parētum: quia quę sunt maioris affectionis, circa illas & maior ingratitudo ac iniuria cōmittatur. vt volet Iaſ. d. authent. non licet. Sed in parentibus plus est affectionis: quia nullus affectus vincit paternum. l. fin. C. de curatorib. furios. Parentes enim liberos suos magis diligere quàm seipsos, probatur per gloss. l. isti quidem, super verb. hæc quæ dixi- 19

mus.ff.de eo, quod met.cauſ. &c. Ergo circa parentes maior ingratitudo ſiue iniuria committitur: & per conſequens, plurib. de cauſis parentibus licitum eſt exhæredare filios, quàm filijs parentes.

Sed hîc poſſet oriri dubitatio, an etiã dum filius repertus fuerit in vita patris ingratus: obq; id exheredatus teſtamento: an, inquã, poſtmodum, vbi pater fuerit vita defunctus, talis filius priuabitur ſuo ſuccedendi iure. dicetur quòd ſic: niſi appareat vel de Pœnitentia, filium fuiſſe correptum viuente patre. vt Alex. de Imol. l. j. ff. ſol. matr. vel de Pacto patris, quo remittit filio ingratitudinem. authent. non licet. & ibi Iaſ. nu. 3. C. de liber. præterit. vel de Reconciliatione filij, cum patre. quę, quia odioſa eſt exhæredatio, facilè præſumitur. argumento l. in ipſius. C. famil. erciſcundæ. Si enim filius poſt conditum teſtamentum, quo erat exhæredatus, ita viuat, vt ſpem meliorem de ſe patri faciat, ideoq; eum pater rurſus indulgentiùs tractet: tunc certè quemadmodum familiaritate atque mutuis officijs aboletur inimicitia, teſte Accurſ. §. fin. inſ. de iniur. & Alex. l. filio. ff. hoc tit. ſic quoque his rebus pater cum filio in gratiam redijſſe, & exhæredationem

nem tacitè reuocasse censetur. argumen. d. l. in ipsius.

Frater tamen indistinctè potest præterire 21
fratrem, ni si nistituat turpem personam. quia in hoc casu tenetur frater fratrem instituere vel exhæredare. Et sunt ad hoc tres causæ, quæ habentur l. fratris. C. de inoffic. testam. & in Auth. de nupt. §. considerandum. collat. iiij. Prima, si frater procurauit mortem fratris. Secūda, si induxit criminalem accusationem contra fratrem. Tertia, si fecit graue damnū in bonis fratris. i. fecit iacturam patrimonij. Tunc enim hæreditas non debetur fratri tali, quamuis turpis persona sit instituta, sed vadit ad alias personas, seu fratres, seu proximiores venientes ab intestato.

Et in omnibus istis causis intelligen- 22
dum est, quòd istæ sunt iustæ causæ, quibus quis exhæredatur inuitus, quia sine istis causis potest quisque volens exhæredari. vnde si filius meus non velit esse hæres, sufficit pro causa, vt dicam in testamento meo: *filius meus exhæres esto: quia noluit esse hæres.* vt l. illud. §. & generaliter. C. de inoffic. testamento.

Pœnitere dicimur, cùm quæ ipsi fecimus, 23
ea nobis pòst displicere incipiunt, & molesta

lesta esse: inde rectè sumitur *pœnitentia*, pro resipiscentia. vt apud Iustinian. l. Imperialis. C. de nupt. & *Pœnitentia suprema* quæ sit, vide ff. de donat. inter vir. & vx. l. cùm hic status. §. pœnitentiam.

24 *Pactum* est consensus duorum vel plurium in re quæ vtrique parti placet. *Pollicitatio* verò, cùm consensus amborum non iungitur: vt sit polliceri, quasi posse liceri. Alcia. in procem. C. de pact. Vnde *pactum* conuentionem significat. Cic. de Inuent. *Pactum est*, quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putatur, vt iure præstari dicatur. Vlp. de pollicitat. l. pactum. Et diuiditur pactũ in trãsactionem & pactũ: rursus in reale & personale. l. iurisgẽtium. §. pactorũ. de pact.

25 Imò quamuis pater antea pactum exhæredationis inijsset cum filio: posterio re pacto filius ab exhæredatione liberabitur. nam Paul. l. si vnus ex argentarijs. §. pactus. ff. de pact. ait: prius pactum per posterius elidi.

26 *Reconciliatio* est noua conuẽtio, vt docet Donatus. omnis enim conuentio conciliatio appellatur. *Conciliatus* tamen aliquando pro empto accipitur. vt apud Teren. in Eunuch. Prodi malè conciliatè. pro, magno empte.

Si

Si pater faciat *codicillos*, sufficit filio re- 27
linquere *legitimam* quocunq; titulo, sed si faciat *testamentum*, tunc debet eam relinquere iure institutionis, vt in Auth. vt cùm de appel. cognoſ. §. aliud. collat. 8. quia titulus institutionis est honorabilior. l. filium. §. si portio. ff. de legat. præstand. est etiam vtilior propter ius accrescendi. vt C. de caduc. tollend. l. vnica. §. his itaque. Sufficit tamen dicere: lego filio meo hoc iure institutionis, vt sit titulus institutionis. vt l. si habitatio. §. j. ff. de vsu & habitat. Et *fuit olim legitima*, quarta pars bonorum, vt C. de inoffi. testa. l. cùm quæritur. Sed hodie est triens, id est tertia, vel semis, id est media. vt C. de inoffic. testa. auctent. nouiſsimè. Si enim sunt 4. filij vel pauciores, legitima est tertia. sed si sint quinque vel plures, legitima est semis, id est medietas. vn de accipias istos versus:

Quattuor vel intra dant natis iura trientem.
Semiſſem reddunt extant ſi quinq; vel vltrà.
Arbitrium reliqua ſequitur ſubſtantia patris.

Si tamẽ pater filio aliquid relinquat minus quàm legitimam, testamentum non est propterea inualidũ: sed agitur ad supplementum. vt l. omnimodo. in princip. C. de inoffic. testam.

Hoc

Hoc capite solet quæri, Quid si mulier pariat *abortum*, an valeat testamentū? & sustinemus affirmatiuè, quia nō est animal viuum. vt l. qui mortui. ff. de verbor. signif. Sed si partus ex secto ventre est editus, rumpitur testamentum, si habeat spiritum vitalem. l. quod dicitur. ff. de liber. & posthum. Si tamen talis filius non implet conditionem positam in testamento *Si peperit*. quia non dicitur *mulier peperisse*, quando *filius exsectus* est vel extractus ex ventre. vt est text. l. anniculus amittitur. ff. de verbor. signif. vbi dicitur quòd falsè peperisse dicitur, cui mortuæ extractus est filius. Sed si nascatur monstrum, non rumpitur testamentum. vt. l. nō sunt liberi. ff. de stat. hom.

29 *Abortus & Abortio*, eandem significationem obtinent. vide §. qui abortionis. vbi Dd. l. si quis aliquid. ff. de pœnis. Et dicitur *Abortus ab Aborsu*. *Aborsus* qui in primis mensibus est, quum conceptui exordium factum est: *Abortus*, prope tēpus pariendi, tunc enim moritur quod nascitur. *Abortum grauidæ mulieris* dici, quòd non sit tempestiuè ortum, Sextus Pompeius autor est. Porrò *procurare aborsum*, homicidij species est, de quo Dd. inter quos fusè Alberic. l. qui in vtero. ff.

de

de stat.hom. *Censetur abortiuus partus* ergo, si quis nascatur 5. aut 6. mẽse: cùm genuina, iusta & legitima ætas non sit recepta, nisi 7. mense, & deinceps. l. septimo mense. ff. de stat.ho. Hinc *Abortiui substantiuè*, qui aborsu nati sunt. Et *Aborto*, i. immaturũ fœtum edo: vsurpat sic Var. lib. iiij. Columellæ verò abortio pro eodem est. & abortior deponens est.

Monstrum est aliquid præter naturam 30
editum, aut procreatum. apud Iustin. vt Cantiuncula venustè explicat, suprà de adopti. §. minorem natu. instar monstri esse censuit, si natu maiores à minorib. adoptantur: quum adoptio naturam imitari debeat.

Quasi posthumus dicitur nepos vel neptis. 31
& differt à *posthumo vero*, quia iste non rumpit testamentum post mortem testatoris. exempli gratia: Si pater instituit filium nepote prẽterito, tũc si pater moriatur ante filium, firmum est testamentum. quamuis filius posteà moriatur statim, & nepos veniat in locum eius. secus est in vero posthumo, quia ille rumpit testamentum etiam post mortem testatoris. vt ff. de iniust. rupt. irrit. testa. l. si quis filius.

Actus

Actus hîc est duplex.

Quidam, cuius cõfirmatio non dependet à futuro: & de illo procedit argumentum.

Alius est, cuius cõfirmatio dependet à futuro, vt testamentum, cuius confirmatio depẽdet à morte testatoris, vt c. cùm Marthæ. extr. de celeb. missar. Et talis actus benè irritatur per superuenientem causam.

32 Rursus quæras, *An emancipatorum liberorum præteritio* inualidet iure ciuili testamentum? dicendum quòd non, quia non sunt sui hęredes. licet glos. hîc super verb. hæredes. dicit quòd ista ratio non sit bona nisi suppleatur. quia scilicet desierunt esse sui hæredes. quia pater respectu filij sui non est suus hæres: & tamen filius tenetur patrem instituere vel exhæredare. Sed quicquid dicat glos. ratio text. d. simpliciter est bona. quia ad validitatem nõ requiritur vt aliquis instituatur, sed solùm requiritur hoc si sit suus hæres. Et præsupponit glos. (vt sic dicam) quòd si filius non instituat patrem, vel exhæreder, testamentum filij esset nullum, quod non est verum secundum

dum Ioan. Fabr. quia testamentum filij in hoc casu subsistit. sed potest impugnari per contra tab. vt l. j. ff. si quis à paren. sit. manumiss. vel per querelam inoffic. vt vult Bart. l. in suis. ff. de liber. & posthum. *Et emancipati* denique liberi de iure ciuili quò ad successionem erant incogniti, hodie tamen sunt cogniti, quia hodie sublata est differentia patriæ potestatis & emancipationis.

Qualiter filij Adoptiui instituẽdi verò sint vel exhæredãdi: est quod haud ignoretur. Vel *Adoptiuus est in potestate patris adoptãtis, sicut quando adoptatur ab auo materno vel paterno, qui non habuit eum in potestate,* vt d. est sup. de adopt. cir. §. sed hodie. Et tunc filius adoptiuus se habet ad patrem adoptantem, ac si esset filius suus naturalis & legitimus, id est pater tenetur eum instituere vel exhæredare : *Aliâs filius rumpit testamẽtum patris adoptiui.* Et tunc talis adoptatus habet se ad patrem naturalem sicut extraneus, id est, nõ curatur de institutione vel exheredatione patris naturalis. *Quandoq; filius talis Adoptiuus est emancipatus à patre adoptante.* Et tunc iure ciuili & prætorio potest eũ prẽterire, & recuperat iura patris naturalis, & non vocatur ad successionem patris ad- 33

optiui: vnde tunc non est instituendus vel exhæredandus à patre adoptiuo. *Quandoque verò filius Adoptiuus non transit in potestatem adoptantis patris: puta, quando adoptatur ab extraneo*: Et tunc pater naturalis tenetur eum instituere vel exhęredare, & pater adoptiuus non tenetur: & tamen ab intestato succederet patri adoptiuo solùm, & nõ alijs agnatis vel cognatis patris adoptantis. De quibus vide etiam suprà circa §. sed hodie. de adopt. & l. cùm in adoptiuis. C. de adopt. & §. sed hi. inf. de hæred. quæ ab intesta. deferunt.

34 *Arrogatus* filius aũt retinet omnia iura in bonis patris adrogantis, sicut suus hæres. de quo per Bart. l. si adrogator. ff. de adopt.

35 Prædictis differentijs inter masculos & fœminas, & inter suos emancipatos, & inter iam natos posthumos sublatis, hodie omnes similiter debent instituí similiter hæredes, vel nominatim exhęredari. & eundem effectum habẽt infirmandi testamenta parentum.

Omnes quidem habent eundem effectum ad infirmandum testamenta parentum. Sed deformitas est in modo & in causa infirmãdi.

Ob

Aut testator aliquid reliquit iure institutionis filijs suis. Et si sic, tunc reliquit vel legitimam, vel minùs legitima. Si primum, non habent filij remedium ad infirmandum testamentum. vt infrà de inoffi. testa. §. tã ante. & §. igitur. Si secundũ, tunc agũt ad supplementum. vt. l. omnimodo. C. de inoffic. testa.

Ob quod sic distinguitur

Aut non. & tũ sunt aut

Præteriti: qui aut sunt sui, qui tunc possunt dicere testamentum nullum, ac rũpere per cõtra tabulas. aut sunt emancipati q̃ solùm rumpunt p̃ cõtra tab. & non dicunt testamẽtum nullum. vt l. maximum. §. sancimus. C. de lib. præter.

Exhę redati: & tum

Vel non est inserta causa exhæredatiõis, & tum testamẽtum ipso iure est nullum. vt in authent. vt cùm de appel. cognos. §. aliud. collat. 8.

Vel est

† Vel est inserta causa exhæredatiõis, & tũ

Vel est ꝓbata, & tum filij nullũ habent remediũ contra testamẽtum. vt §. exhæredatos. in auth. de hæred. & Fal. collat. j.

Vel non est probata, & tunc rumpitur testamentum per querelam inofficiosi. vt l. omnimodo. §. si tamen non ingr. C. de inoffic. test.

36 Et istud intelligitur de præteritione & exhæredatione patris vel aliorum ascendentium in linea paterna. Nam prẽteritio matris habetur pro exhẽredatione, vt in §. mater. hoc tit. & ergo illa prẽteritione sic distinguendũ est. Quia vel causa non est inserta, & non valet testamentum. vel est inserta, & non probata, & tunc rumpitur ꝑ querelã inofficiosi. vt in authent. non licet. C. de li. præterit. Et sicut distinctio facta est in præteritione vel exhæredatione in testamentis ascendentium respectu descendentium, sic similiter distinguendum est in testamentis descendentium respectu ascendentium reddẽdo singula singulis. vt l. j. ff. si quis à paren. fuer. manumis.

TITV-

TITVLVS XIIII.

De hæredibus Instituendis.

TItulo præsenti Iust. tractat per modum amplificatiõis, quos non tã cogamur quàm posimus hæredes instituere: liberos puta vel seruos, plures vel pauciores, purè vel sub conditione, (non tamen ex certo tempore, aut ad certum tẽpus) etiam illos, quos nunquã vidimus testatores. Quòd si plures velimus inæquabilibus partibus instituere, necesse erit in partes assis diuidere hæreditatem, ibi si quę partes superfuerint, reliquis tacitè accesserit, si aliqua defuerint, alijs tacitè decrescet. Et quidem hæc iusto ordine: post traditã nempe tit. præceden. de singulari liberorum exhæredatione & institutione. vide Harme. lib. 5. ti. 8. & Vlp. in frag. tit. 20. & 22. Ergo agit hic Imp. de totius testamenti capite atq; fundamento, vt §. ante. inf. de legatis.

Est autem *hæredis institutio* ordinatio, i qua quis post mortem suam velit quem subintrare locum, succedereq;. Nam *instituere* est quasi hæredes domini intus statuere. Et Budæo est, autorem quasiq;

conditorem alicuius rei fieri, exéplumque posteritati relinquere, & non tantũ instituere hæredem, sed etiam creare & facere dicimus. Nihil enim refert, *quibus verbis designetur institutio*, vtrùm dicatur *hæredem facio*, vel volo, vel mando, vel cupio: an *hæres esto*, velerit. l. quoniã indignum. C. de testa. Quinimò & parẽtes si dicant: Relinquo liberis meis oĩa bona mea, satis esse videtur ad institutionem, qui nisi hoc titulo relinquant liberis legitimam, adeò corruit testamentũ, vt non sit opus expugnare per querelam inofficiosi. § ad hæc aliud cap. Nouel. vt cùm de appel. cognos. nam hoc tit. & honestiùs & commodiùs tribui solent hæreditates: quippe quòd magis honorari censentur instituti, quàm legatarij. l. filium. §. sed etsi portio. ff. de legat præst.

8 Porrò *instituere* & *inuestire* iuxta traditionem Feudistarum, idem sonant, nisi quòd quis institui dicitur præsentialiter, inuestiri autem etiam absens: hoc est in possessionem statui, vel poni. Vnde institui dicuntur hæredes, ab aliquo in hæreditatem ducti, & hoc in primo gradu. ff. de vulg. substit. l. j. in prin. *Substitui* verò, qui in loco institutorum deficien-

deficientium, id est morientium ad hæreditatem instituuntur, vt in substitutione pupillari. vt de pupilar. substit. hoc lib. in princ. tit.

Substitutio quidem aut est

Propria: quam articulo seu nu. suprà primo huius tit. definiuimus.

Impropria: cùm filius instituitur in legitima, vel in eo quod ad legitimam reducitur. Legitima enim abstracta ab omni ære alieno & funeris impensa est quota bonorum, prout sentit Bart. l. ex facto. l. ij. ff. eod. nu. j.

Improprijssima: quando hærede vniuersali instituto, alius extraneus instituitur in re certa. Huiusmodi enim institutio, si hæres vniuersalis adierit, nec hæreditas nec bonorum quota censetur. d. l. ex facto. ff. eodem.

Nullus est certus numerus hæredum instituēdorum iure ciuili definitus, sed quotquot quis velit, instituere potest: dummodo tamen nomina eorum liquidò in testamento specificentur: cùm alioquin incerti hæredes pro non institutis habeantur. l. quoties. §. hæres. ff. hoc tit. cum similibus. Excepta tamen insti-

tutione ad pias causas, in qua religionis pauperumq; fauore talis institutio permissa est. l. si quis ad declinandam. §. sed etsi pauperes. & l. id quod pauperibus. C. de epis. & cleric.

Fit Institutio aut

- Purè, seu simpliciter, vt, Titius hęres meus esto: nimirum absque aliqua limitatione.
- Sub conditione: vt, Si Seia non conuolauerit ad secunda vota, erit mihi hæres. Idq; vel sub vna, quæ si sit impossibilis, reijcitur, & pura habetur institutio: Vel sub pluribus, quæ si sint copulatiuæ, omnibus est parendum: si verò alternatiuæ, sufficit vni parere.
- In diem certum: vel quo quis anteà incapax erat hæreditatis.
- Incertum seu ad tẽpus: vt quãdo erit capax.

Sed ex certo die, puta post pascha: vel ad certum diem, puta vsque ad pascha, instituì non potest, sed reiecto tempore dicitur purè institutus. §. hæres. hoc titulo. Estq; ratio, quia nemo paganus ex parte testatus, & ex parte intestatus decedere potest. per text. §. hæres. hoc tit.

4 *Hæres* idem est quod dominus. vt inf. de

de hæred.qualit.& differ.§.j.vt & tradit Festus:quod sequitur Cuiac. & Contius, scribentes suis in commentar. perpetuò sine diphthongo. quod non vsque adeò abhorret à veritate rationis: nam dicimus & herum adhuc hodie dominum. Licet Viglius neget ab eodem fonte deriuari, quia illic prima corripiatur, hîc diphthongus sit sua sententia,quasi ab hęrēdo dictus hæres: quia proximus testatori,vel defuncto in bonorum dominio hæreat succedatq;,vel ab ære: adducendo in quantum pro(vt practicè loquamur) quia & lex xij.tabul.hæreditatem nonnunqnam pecuniam vocet. Et *hæres filius non idcirco institutus censetur*, quo minùs testamētum euertatur,quòd eius pater illud testamentum condens Titium hæredem instituit,si hic ipsius filius hęres esse noluisset, sed perinde ac si huiusmodi filius præteritus omnino fuerit, quæcunque testamento clauduntur inania sunt. Aretin.l.j.col.iij.ff.de vulg.& pupil. Idem Aret.& Alex. ac Iaſ. l.Gallus.in princ. ff. de lib.& posthum. ijdem l.si quis.§.vlt. ff. de vulga.& pupil. & *filij non ideo instituti,aut* vocati censentur, q in conditione ponantur, Guiliel. Pap. decis.xxxix. Curt.iun.consi.xcvj. num.j.

5 Et si aliqua in re filius certa tantùm instituatur, testamẽtum validum ac ratum erit, vt Paulus nume. 3. & nume. 4. Iaſ. nume. 15. Fabian. nume. 159. ac reliqui interpretes in authent. nouiſsima. C. de inofficioſo teſtamento. Paulus Picus l. in quartam. nume. 6. ff. ad leg. Falcid. *Filiusq; ſub conditione ex aſſe inſtitutus*, ſi ſubſtitutum in conditionis defectũ non habeat, expuncta ſtatim conditione omnia bona conſequitur: ſed ſi vel ſubſtitutum, vel cohæredem habeat, circumducetur conditio, quò ad legitimam ipſius portionem, & quò ad reliqua alia hæreditatis bona expectabitur, tandemque ſi conditio defecerit, bona cętera vel ad ſubſtitutum in ſolidum peruenient, vel ad cohæredem pro parte ex iure accreſcendi ſpectabunt: ſin conditio implebitur, bonis omnibus filius potietur, vt habet Anton. Gomez. de teſtam. cap. ix. nume. 49. verſ. quod tamen limita. & c. xj. nume. 32.

6 Hodierno iure profectò *filij inſtitutio conditionibus* à caſu tantùm, vel à caſu ſimul & poteſtate ſuſpenſis non offenditur, etſi iure antiquo offenderetur, ſed illis omnino deletis purè perſtat. Paulus l. ſuus quoque. col. ij. ff. de hæred. inſtit.

Dec.

Dec. col. penult. Iac. nume. 14. Lancel. in fin. ad l. si pater. C. de condit. institut. Guilielmus in cap. Raynutius. ver. reliquit. numero 28. de testament. Roderic. Soarez l. quoniam in prioribus. ampliat. j. C. de inofficioso testamento, & Iulius Clarus de testament. q. 39. Viuius libro j. opin. 205. at turpes conditiones perinde hodie atque olim filij institutionem depopulantur, ac prorsus labefactant. Albericus l. si pater. numero 193. C. de conditio. instit. Guilielmus in cap. Raynutius. ver. reliquit. nume. 33. de testam. Emanuel à Cost. d. l. Gallus. §. & quid. part. iij. pagina 113. nume. 206. ff. de liber. & posthum.

Filij

Instituí possunt ergo hæredes

- Filij
  - Legitimi, naturales. Adoptiui. Emancipati. — & omnes homines dummodo non prohibeantur à legibus, & quamuis nunquam visi nobis. vt §. 1. hoc tit. & Azo. in summa sua. C. hoc tit. nu. 25.
- Extranei siue
  - Liber homo.
  - Seruus, vel
    - Proprius, siue cum libertate, siue sine libertate instituatur, quia per institutionem, fit liber, nisi alienetur.
    - Alienus, qui dicitur etiam si in eo habeamus vsumfructũ, & hic debet adire hæreditatẽ iußu domini.

In tot partes, quot testator voluerit, & hæredes

- Secundum parteis sibi adscriptas: vel nullis partibus expreßis æqualiter.
- Si tres instituantur ex partibus, perinde est ac si ex tribus instituerentur.
- Si quatuor instituantur ex tribus partibus, perinde est ac si ex quatuor partibus instituerentur.
- Si instituantur aliqui cum partibus, reliqui sine partibus instituti in id, quod hæreditatis est reliquum, succedunt.

Reliquum autem hæreditatis ita cognoscitur, vt si

- Partes minores quàm xij. exprimantur in institutiõe, reliquum erit id, quod supereſt vsque ad xij. partes.
- Partes plures sint quàm xij. reliquum sit vsque ad xxiiij. partes, in quas hæreditas erit dividenda.

Filius

Filius est, qui ex viro & vxore nascitur. 7
l. filium. de his qui sunt sui vel alien. iur.
Quam tamen definitionem Alciat. li. 6.
Paradox. nō admodum probat. Apellus
putat Vlp. filium naturalem, non etiam
ciuilē, definire voluisse. Cùm regulari-
ter, Lex sit naturaliter potiùs intelligē-
da, quàm ciuiliter. l. fin. C. de his qui ve-
niam ætat. impetra. Porrò filius esse ne-
gatur vulgatissimo tropo, qui degenerat
à paternis moribus, qui meruit abdicari,
& tamen manet naturæ vinculum. Sic
Episcopū esse negamus, qui indignus est
hoc nomine, & tamen manet cōsecratio.
Sic *Christianum esse* negamus, q morib. est
impijs, & tamen non tollitur baptismus.
Sic dicimus *vxorē esse* desijsse, quæ se mi-
scuit alteri viro, matrimonij ius adimēs
sibi. de quo nos in Oeconomicorum li-
bro nostro quarto, cap. 19. & 25. item & a-
lio in libello nostro, de officio probæ ma
trisfamiliàs plurib. cap. quamuis nec id
latiùs anteà meminerimus explicare li-
bro nostro de officio probi patrisfami.
etiam quarto, vbi inter alia facimus mē-
tionem dictos esse filios cōmuni nomine
liberos, vt parentes meminerint, se illis
non perpetuò imperaturos. Ita vt cùm
pater filiam natam xxv. annis negligat
dare

dare nuptui, absque graui causa, posse ipsam liberè, hoc est sine consensu paterno, matrimonium contrahere: & tamen non minùs oportere patrem suppeditare pro facultatib. dotem iuxta authen. sed si post. C. de inoffic. testa. de qua etiã singulari materia reperias amplum (etiamsi dicamus) tractatum in libello nostro de officio probæ filiefamiliàs: & qua actione maritus taliter nuptæ filiæ dotẽ exigat reperias libello nostro de officio probi filijfamil. Et ne id obliuioni tradamus, *filij appellatione* ex proprietate sermonis, nepos non continetur, sed ex interpretatione. qua de re Bart. & Bald. l. Gallus. §. vt instituẽs. prẽconio Salomonij vtiliter differunt. Attingit autem aliquot locis Alciatus in elegantiss. commentar. suis de verb. sig. & Zasius noster in tractatu substitutionum, indicat consuesse ætatem nostram, cùm nominat filios, vel liberos addere nepotes, ad tollẽdas cauillationes. *Filiorum autem nomine etiam filiæ continentur*, sed non è cõtrario, veniuntq; propriè primi gradus. l. quòd si nepotes. in fin. ff. de testa. tut. *Discrimen inter filios & liberos* secundum communem vsum & intellectum in idiotam & laicum illiteratum & indoctum venire

& cadere non potest. Quod glossæ dictũ d.l.quòd si nepotes. Bart. ibidéagnoscit. & l.liberorum.ff.de verb.signif. cir. fin. Tametsi in ordinationibus, in quibus mẽs & volũtas ordinatoris euidenter & manifestè deprehẽdi, aut declarari non potest, *filiorum appellatione* venĩt etiam nepotes, vt sentit Bart.d.l.liberorum. & expressiùs Alexand.in addit. ad Bart. l. Lucius Titius, qui fratrem habebat testamento.de hæred.institut.

Filij legitimi sunt, qui secundum legem, & ex lege procreati sunt: vel si mauis, ex legitimo & iusto thoro progeniti, ratione legum non spreta. vide Authentic.de hæred.& Falcid. §. si quis autem. item l. Gracchus.C.de adult. 8

Naturales filij dicuntur, qui ex concubina ea, quæ matrimonio duci poterit nascuntur: licet à vulgo Barbarorum dicãtur etiam parùm aptè, testãte Insulano, qui sint ex illegitimo thoro suscitati: est enim propriè filius naturalis, qui sangui ne & natura sit tuus, non adoptione factus. hanc distinctionem idem firmat ex verbis Tranquilli in Tiberio. *Vulgò concepti*, qui ex vago concubitu sunt, neque patrem ostendere possunt, vt quem nuptiæ solùm ostendũt: *Spurij Latinè*, Græcè 9

ἄπα-

ἄπατορες dicti, quasi sine patre. *Nothi* verò vulgata voce illegitimi vocãtur. *Mãseres*, qui ex scorto vulgo concipiuntur. *Spurij*, ex his, q sacris initiati, aut religionem professi sunt. *Nothi*, ex adulterino concubitu, iure Pontificio.

Filij etiam naturales ex parentibus genere & censu disparibus susceptí, quamuis eorũdem matrimonium posteà subsequutum sit, legitimi non efficiuntur. Didac. Couar. in tract. de sponsal. ij. part. cap. viij. §. ij. nu. 9. vt nec illi eam item ob matrimonij subsequuti causam natalib. restituentur, qui ex concubina non ritè habita procreabuntur. Curt. iun. consil. cxxxvj. nu. 9. Crauet. cõsil. clxvj. nu. viij. Viuius lib. j. opin. cxxxvij. Imò *naturales & spurij liberi* instar legitimorum ad successionem parẽtum admitti statutis nequeunt. vt ait Ioan. Baptist. de Sanct. Seuer. l. omnes populi. col. 14. ff. de iustit. & iur. Viuius lib. j. opin. ccxcviij. si tamẽ ius succedendi cum fratribus iusto matrimonio susceptis habuerint, substitutũ indistinctè excludent. Dec. c. in præsentia. nu. 43. de proba. Eman. à Cost. l. Gallus. §. & quid si tantùm. vlt. part. nu. 62. ff. de lib. & posthu. quem etiam excludent, tametsi testator in dignitate aliqua positus

situs sit, si de illis alicubi in testamento meminerit vt d.loc.Dec.nu.39.Cost.nu. 71. quin & ijdem liberi naturales conditionem tú tacitã,tum expressam generaliter in dubio faciunt deficere, ac substituto potiores habentur. Angel.Castr. & Alex.l.ex facto.§.si quis rogatus.nu.6.ff. ad SC. Trebell. Alciat.l.cognoscere.§.liberorum. ff.de verbor.sig. Viui.lib.j. opin.cxxxvij.quamuis nonnulli neglecto rationis naturalis pondere in cótrarium perperam abierint. *Et naturales liberi*,& si à parentib.nihil dono,nihil legato nanciscí possint, possunt tamé ab eisdem parentibus substitui alijs liberis impuberibus, atque omnibus illorum facultatib. potiri, quib. substituentur. Alex. & Iaf. nu.3.l.si is qui ex bonis.ff.de vulga.Rip. l.Lucius. ff.illo tit.eod. Guiliel.in cap. Raynutius.vers.& vxorem.num.69. de testa. matri autem cuicunque naturales liberi ex alio quocunque coitu, quàm ex damnato,susceptí succedent, atq; auiam etiam à legitima excludent. Cassado.in decis. vna,in tit. de successi. ab intestato. Viui.lib.j.opin. cxxxvij. col.iij. Quod verò ad *generis stemma* attinet,parentum nobilitate non cohonestantur,nec generis splendore censentur. Tiraquel.de no-

bilit.cap.xv. Duennas reg.69.& nos latiùs in libello noſtro de Nobilitate vera & ementita. Et filij denique *qui ſe legitimos nondum mota lite aliqua* pronunciari petunt, nõ temerè audiri debent, vt inquit Didac.Couar.in tract. de ſponſal. ij.par. c. vij. §.iij .nu.2. cenſebuntur autem prę-iudicato legitimi ex coniũcta viuorum parentum cohabitatione, vt idem Dida. Couar.eadem ij.part.cap.j. nu.5. Qui *naturales filij tũ demùm ſubſtitutum excludunt*, cùm & conditio liberorum ab ipſo teſtatore expreſsim adiecta eſt,& teſtator nec eo ſanguinis ſplendore clarus eſt, nec ea officij amplitudine præditus, nec ea denique vitæ conditione aut honeſtate affectus, vt de illis cogitare nequierit, vt gloſ.vlt.Raynu.Alb.Franciſ.de Ramp. Nicol. de Neap. Raph. Cuman. Claud. col.j.Rip.nu.27.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.in j.ff.ad SC. Trebel.ex gloſ.in verſ. iuſta ſobol.in fin.& Odofr. Alber. Bald. Angel.Salicet. Caſtr.Iaſ.nu.6. communius id aſſerent l.generaliter.§.cùm aũt. C.de inſtit.& ſubſtit. Anton.Gomez.de teſta.cap.5.num 40.ver.ſed certè,in puncto iuris,quamuis verius ac proculdubio iam receptius ſit, vt idem omnino ius locum habeat ſeu conditio à teſtatore exprima-

primatur, seu à lege p̃sumatur, tantumq́; semper ratio ſtatus, & conditionis teſtatoris habeatur, vt intrepidè cõſtituo ex Bart. j. col. & quæſt. Imol. ac Caſtr. Alex. nu. 11. Vincent. ab Hercul. col. xiiij. qui id receptius pronunciant. d. §. ſi quis rogatus. & Petr. de Bella pert. Cyn. Aret. Corn. num. 4. d. §. cùm autem. Soc. l. cùm auus. num. 63. in fin. ff. de condit. & demonſtr. Are. nu. 40. Dec. num. 37. Pariſ. nu. 56. c. in præſentia. de probat. Eman. à Coſt. qui latè & eleganter quæſt. hanc excutit d. l. Gallus. §. & quid. vlt. part. pag. 212. num. 769. cum du. ſeq. ff. de lib. & poſthum. atque etiam Viu. lib. j. opin. cxxxvij. col. ij.

Adoptiuus fieri non poteſt filius ſpurius, vel naturalis tantùm. in authent. quibus mod. nat. effic. legit. §. nos verò. & not. l. legem. C. de natur. liber. & Lud. Pon. in ſing. verb. Adoptio. & *Adoptiuus* remanet in poteſtate naturalis patris, niſi adoptetur ab auo. Bald. l. cùm in adoptiuis. j. col. C. de adopt. *Adoptiuus* præteritus à patre naturali in teſtamento an rumpat teſtamentum. vide l. d. vbi Bald. in j. col. qui relatis opin. Pap. & Mar. diſtinguit, aut eſt datus in adoptionem extraneo: & rumpit. Secus ſi auo. & ibi vide ratio- 11

enm diuersitatis. Et *adoptiuus* quod ius habeat in bonis patris adoptiui. in Spec. de cogna. lega. per tot. & in tit. de reb. eccles. non alien. vers. cæterùm. & seq. *Sequitur tamen domicilium patris adoptiui*. vt glos. & Bart. l. filios. in fin. C. ad muni. lib. x. non tamen perdit proprium domicilium: sed in suo proprio domicilio tenetur ad onera, & honores. l. in adopti onem. & ibi Bald. C. de adopt. Attamen *non excludit substitutum hæredem*. l. si ita quis. §. is, cui. ff. de legat. ij. & adoptiui legitima quanta sit, & an sit aucta, Benedic. de Perusio in consil. lxxx.

12 *Adoptio autem legalis* est quædam propinquitas à lege inducta, per quam efficitur quis filius, vel nepos, vel deinceps frater, vel affinis, qui non est, naturam imitans. l. adoptiones. ff. de adopt. vt concludit Abbas in rubri. de cognat. leg. Et *adoptione legitimè facta oritur propinquitas, seu cognatio*, nedum inter patrē adoptantem, & adoptatum, sed etiam inter adoptatum, & filios adoptantis: hæc tamen cognatio respectu filiorum non durat, nisi durante adoptione. Si quis ergo volet *filium suum naturalem tradere in virum filiæ adoptiuæ*, remedium est, vt emancipet filiam adoptiuam. ita dicit tex. c. per adoptionem.

adoptionem xxx.q. iij. & Abb. c. vnico, in primo not. de cogna. lega. Et ibidem quærit, si aliquis citra solennitatem legalem coram vicinis, seu honestis viris recipiat aliquem in filium, vtrùm ex ista adoptione impediatur matrimoniũ, & vtrùm acquirat ille filius iura filij legitimè adoptati. & post Hostiẽ. tenet quòd non: quoniã non seruata forma corruit ex toto actus. *Forma enim dat esse rei, & cõseruat eam in esse.* l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhibend. c. quia propter. de elect. ꝓ hoc text. l. non nudis. & l. non epistol. C. de prob. *Debet enim adoptio fieri coram magistratu*, prout habetur in glos. j. & dic vt in ea.

Sed *presbyter nunquid posset legitimè adoptare.* Hostiens. in rubr. de cog. leg. quẽ refert Abb. c. vnico, eod. tit. in versic. secund. quer. sentit quòd sic. nec obstat tit. suprà de adopt. §. illud. quia loquitur in castratis, & spadonibus, qui generaliter generare non possunt: vnde sicut nõ possunt habere filios naturales, ita nec adoptiuos: quia *ista cognatio legalis est inducta ad instar naturalis: vnde imitatur naturam, in quantum potest.* vt attigimus in nostra Synopsi vtriusque iur. Hinc est, vt nisi quis præcedat adoptatum decem & octo 13

annis, & sic in plena pubertate, *non valeat adoptio*. vt d. est sup. de adopt. circa §. minor. Sacerdos verò de facto, & naturaliter generare potest. Pro hoc bonus text. l. si pater. ff. de adoptio. vbi dicitur quòd permaximè senibus est indulgenda potestas adoptandi, vt in solatium vitæ eorum possunt sibi acquirere filios, quos naturaliter de facili habere nõ possunt. vt concludit Abb. d. c. vnico. Et an matrimonium contractum inter adoptatam & filios adoptantis teneat: vide eundem d. c. vnico, in glos. ibi. Et *adoptio si fiat post conditum testamentum, rumpit illud.* vt Specul. de instru. edi. §. compendiosè. ver. quid sit vnus. *Quæ fit saltem in scriptis*, vt volunt glosa & Dd. l. emancipatione. C. de fid. instrument. & *inter præsentes*. l. fin. C. de adopt. *coram iudice competenti ad actus legitimos*. l. j. & ibi Baldus C. de adopt. *citatis agnatis*, glos. in verb. læderentur. & Bart. l. nam ita diuus. quã legit cum l. adoptio. ff. de adopt. ad quorum pleniorem intellectũ arborem sequentem conspicias.

Centrum

Centrum seu truncus huius arboris est *adoptans cum sua coniuge*, siue sit masculus siue fœmina, ex quo procedunt quasi in formam circuli quatuor rami: quorum duo ad centrum comparantur in ratione descendentium vel quasi, sed ad inuicem in ratione lateralium, scilicet filio-

rum naturalium & adoptiuorum. Tertius verò, scilicet filiorũ adoptati in ratione descendentium quò ad centrũ, sed in ratione collateralium quò ad filios naturales. Quartus verò in ratione affinitatis quò ad centrum, licet in istis requiratur aliqua limitatio. vt per Innoc. & Panorm. in c. vnico, de cogna. leg. Et nota secundum Beat. Thomam in quarto Sentent. distinct. 42. quòd adoptio non solùm habet vigorem à lege ciuili, sed etiam à diuina: quia lex ciuilis non sufficeret. Eius autem effectus est, impedire matrimonium simpliciter, vel ad tẽpus, secundum omnes, & etiam dirimere secundũ communiorem opinionem, quæ est Sancti Thom. Richar. Ioan. de Lig. Panorm. & glos. c. vnico, de cognat. lega. vbi dicitur quòd adoptione durãte nuptiæ consistere non possint. et facit c. j. & c. per adoptionem. xxx. q. iij. quamuis Ioan. Andr. & Specul. teneant quòd impediat solum. Et ratio huiusmodi prohibitionis est secundum Thom. & Bertachin. hunc allegantem in hac materia cohabitatio, quæ solet esse inter tales: quia lex diuina præcipuè illas personas à matrimonio, quod concupiscentia reprimit, excluſit, quas necesse erat cohabitare,

bitare, ne si ad eas liceret copula, facilis pateret aditus concupiscentię secundum Priera. in Silueſtrina.

Adoptio aũt Græcis est θέσις. & est legi- 15
timus actus, per quem qui filius non est, pro filio habetur.

Extraneus qui sit d. est suprà, cui addas 16
quòd in materia dotis, dicatur omnis ille qui non est paterfamiliàs virilis sexus, & qui non habet filium in potestate: solo eius parente excepto, omnes alij dicũtur extranei. vide Zas. §. fuerat. Instit. de act.

Liber homo d. est. suprà, & *Liber populus* 17
quis sit, Procul. explicat. l. non dubito. de captiu. & postlim. reuers.

Seruus est, qui seruili conditione sub- 18
iectus est, à seruãdo dictus. & olim erant diuersa genera seruorum: quemadmodũ & hodie numerantur seruorum diuersæ species à Iureconsultis secũdum operam & ministerium, vt *Atrarij, qui & Atrienses* ab *atrio*, quod Volzius dicat propriè locum esse ante vel circa domum, remotius tamen, & ad domum pertinens: ab atro colore dictus fortè, quòd is locus ex fumo nigresceret, quãdo culinam veteres in atrio haberent. *Focarij, Mediastini, Arcarij, Hertice*: qui versantur in agris: de his Alex. Neapolit. lib. 3. c. 25. & Pyrrh.

lib.2.de quæst.magist. *Capsarij seu Carpsarij*,qui filijs nobiliorum ciuium ad scholas euntibus,libros deferunt in capsula.l. si collactaneus. de manumiss. vindict. *Saccularij*, qui saccis, hoc est loculis quibusdam præstigias quasdam exercēt, vt aliud fiat,aliudq; videatur fieri.l.saccularij. de extr. cri. *Apolides,Insularij*,sunt viles serui, ac pessimi, sine ciuitate, & in insulas deportati,& in publicū opus, aut in metallum dati. *Orcini*, quos testator post obitum liberos iussit:ita vt hæres patronus ius haberet,non dominus.l.iiij.ff. de fideic. libert. Beroald. lib.3. *Originarij, Adscriptitij*, sunt serui colendis agris destinati,attamen ꝓpriè originarij sunt qui ex ascriptitijs sunt nati in ipso solo seu fundo.vt C.de agric.& censi. l. colonos.lib. xj. qui nequeunt vendi sine gleba,quam coluerunt. Ascriptitij verò qui per 30.annos fuerunt in solo. *Vicarij*, qui ordinario subsunt & illi parent. *Fornacarij*,qui fornaci calcarię,seu ferrarię seruiūt & inuigilāt. *Amanuenses*,quorum opera velut scribarum, dominus vtitur. *Dispensatores*,qui æra dispensant,impendiaq; & expensa rationibus notant & inferunt.l.penult. ff.de seru. corrupt. *Receptitij*, qui ob vitium redhibentur: etiā

qui

qui vxoris proprij sunt, vt quos pecunia receperat, neque dixerant doti, sed sibi retinuerant. quos Gellius scribit vænum solitos ire, quorum nomine venditor nil prestaret, autore Celio Sabi. Iurisperito. Cuius rei causam esse ait, quòd huiusmodi conditionis mancipia insignia esse in vendendo deberent, vt emptores errare & capi non possent, neque lex vendendi operienda esset, sed oculis perciperent, quod nam esset mancipiorũ genus. Sicut antiquitus *mancipia* iure belli empta, coronis induta vænibant: & idcirco dicebantur sub coronis venire. Nam vt ea corona signum erat captiuorum vænaliũ, ita pileus impositus demonstrabat eiusmodi seruos vænundari, quorum nomine emptori venditor nil prestaret.

Legitima, est portio hæreditatis, iure naturali liberis debita, minuscula dicta. sic appellata, quòd secundum naturales leges, alimentorum vice subrogatur. Ferr. quib. mod. testa. infirm. §. igitur quartã, infrà. Sed Politus dubitat, an hæc portio hodie Quartæ nomine venire debeat. 19

Itaque sciendum, quòd legitima liberorum olim quarta erat pars bonorũ, quæ pater tempore mortis reliquisset, deducto ære alieno & impensa funeris. l. Papinianus.

nianus.§. quarta autem. ff. de inof. testa. l.cùm quæritur.C.eod.titu. Hodie verò cùm quatuor sunt filij vel pauciores, tertia pars est: cùm plures extant, dimidia pars paternæ substantiæ legitima censetur.§.frequenter igitur.Nouel.de trient. & semiss.§.porrò hanc. Nouel.de his qui nupt. iterar.de quibus hos sume versiculos comprehendentes veras hæredũ partes legitimas:

Quattuor aut intra dant natis iura trientem:
Semissem verò dant natis quinq; vel vltra.
Arbitrium sequitur substantia cætera patris.

Ergo potest diuidere testator suam hæreditatem inter suos hæredes in dupondium assem, vel semissem, hoc est in 24. 12.vel in 6.vncias:idq; æqualiter aut inæqualiter,partibus scriptis seu non scriptis.Quòd si fuerint scriptæ,hæredes illis debent esse contenti: Si verò nullam fecit mẽtionem partium testator, hæredes æquales portiones percipiunt hæreditatis. Quòd si aliquibus tantùm certæ partes assignantur, aliquibus verò non, scriptas partes hæredes consequũtur nominatim scripti, & non scriptas inter se diuidunt reliqui non scripti. Cumq; hæ partes expleuerunt assem, hæreditas reducitur vel ad duos semisses, vel ad dupondi-

pondium, vt quisque hæreditatis debitã portionem obtineat. Quòd si ex partib. aliquid supererit, secundum priùs à testatore factam institutionem & partium assignationem, cuique hęredum id quod reliquum est, proportione Geometrica attribuitur. §. si plures. & §. videamus. hoc tit. & concordant l. interdum. l. itẽ quod Sabinus. cum l. seq. ff. eod.

Legitima nepotum variat. Aliàs soli sunt, non cum mortuorum fratrum filijs, succeduntq; in capita. Eodem modo ex numero eorum colligenda est triens, hoc est, tertia, si quatuor vel pauciores fuerint: aut semis, id est, dimidia pars bonorum auitorum, si plures sint. Nouell. de triẽt. & semis. in princ. Aliàs cùm permixti sunt mortuorum nepotum filij, & sic pronepotes, aut deinceps, hi in stirpes succedunt, & tantam partem accipiunt pro legitima, quantam pater eorum fuisset accepturus. §. neq; illo. Nouel. eodem tit. Aliàs denique nepotibus supersest filius vnus vel plures defuncti. Quo casu omnes nepotes in stirpes succedunt. Nouel. de hæred. ab intestat. §. sic tamen. 20

Ascendentium seu parentũ legitima, hoc est, quã liberi debent parentibus, eodem modo aucta est hodie, sicut de legitima libe-

liberorum d.est,vt Oldendorp.teste cõmuniter probãt Dd. per l. nam etsi.ff.de inoffic.testa.*Transuersalium*, id est fratrũ ab intestato succedentium legitima & olim & nunc est quarta bonorum pars. argu.l.Papinianus.§.quarta.ff.de cod.ti.

21 Et *legitimã debere relinqui iure institutionis*, hoc est iure hæreditario. hoc voluit Imp.in Nouel.vt cùm de appel.cog.§.aliud quoque capitulum. Ias.in authent. nouissima.col.j.C.de inoffi.testa. Dida. Couar.c.Raynutius.in princ. nu.j.de testa.Anton.Gomez.de testa.c.x.nu.j.ver. quod extende. & c.24. in fin. Viuius lib. j.opinio.cxxvij.amplia vt idem iuris sit, quamuis testamentum inter liberos condatur. Bertrand. consil.xix.col.j. lib.vj. Ioan.Dilect.de art.testãd.ti.3.caut.j.nu. 7.latiùs Iul.Clar.de testa.q.38. intellige tamen vt non tota portio legitima institutionis titulo relinqui necessariò debeat, sed certam aliquam rem sic relinqui satis superq; futurum sit.Et *filio* prętereà *familiàs hodie à matre legitima portio relinqui poterit sub conditione*, Si è manu patris mittatur, ac sui iuris fiat, & nil ex bonis ipse relictis pater eius consequatur.Salic. l.filijs matrem.in fin.C. de inoffic.testa. Boer.decision.cxciiij.Ioan.Dilect.de ar. testan.

testand.tit.de lega.caut.xvj.quãuis contrarium verius, & receptius arbitrantur Eman.à Cost.l. Gallus.§.& quid si.part. vlt.nu.8.ff. de liber.& posthum. Anton. Gomez. de testa.c.ix. nu.27. quin & exheredari filius à matre poterit, ne ad eius patrẽ dissipatorẽ, vsusfructus bonorum perueniat, dummodò instituatur is, qui filio iam sui iuris facto bona illa restituat, vt asserit Guiliel. Benedict. d.c. Raynutius. vers.in eodem testamento.nu. 2. & 17.de testa.

Attamen *legitima portio filijs debita*, & minui statutis, & omnino tolli potest, vt ait Alex. consil. iij. lib. vij. quem laudat Gozad.consil.xliij.num.24. Iaſ.in auth. nouissima.C.de inoffic.testam.Decius l. iura sanguinis.num.3.versi. contrarium tamen.ff.de reg.iur. Petr. Rauen. magis contrarium testatur in Alph.aureo.ver. legitima. Villalob. in su.col.quamuis eã tolli non posse, imminui verò posse tum verius meritò, tum receptius non de nihilo asseuerent. Chuchal.ad Dec. ad d. ver.contrarium. à ver.contrariam tamẽ opinionem,& Cagn. in eand. l.nu.10. & latè agentes de materia Didac.Couar.in tracta.de sponsal.ij.part.cap.8.§.vj.nu.4. & seq. Viuius lib.j.opin.cccxvj. de quib. 22

nos

nos etiam latiùs in locis communibus legalibus.

23 *Liberis autem legitima, quò ad illorum patet superest, debita non censetur.* vt Viuius lib.j.opin.cxcix. vnde eius assignatio viuo patre peti nequit, iuxta ea, quæ obseruauimus sup. nec de illa cogetur viuus pater filij delictum expiare. vt ait Duēnas reg.ccclvj. Viuius vbi sup. & opin. ccxcj. col.ij. cogi tamen potest statuto ad id ritè promulgato. vt Hippol. singul. ccclxij. & singul.cccclxxxj. idem Viuius d.opin. ccxcj. in princ. Iul. Clar. qui hāc rem accuratè tractat in practica. §. vlt. quæstio. lxxxvj. vers. secundò infertur. & versic. valebit igitur. si tamen *pater religionem profiteatur, indistinctè legitima filijs debebitur.* Didac. Couar. c. 2. nu. 7. de testamen. Vasq. in tracta. de success. tit. qui testar. non pos. lib. j. §. j. nu. 47.

24 Prætereà *si in patris vita liberis assignetur legitima portio, ac tradatur*, iuxta diuitias id tēporis à patre possessas censa atq; æstimata, non idcirco postea augebitur, quòd auctæ eiusdem parentis facultates sint, vt affirmat Boer. decis. lxij. Georg. Natta c. quamuis. col. ij. de pact. tametsi contrarium receptum affirment Bald. Nouel. de dote in vj. part. xv. special. post med.

med. Didac. Couar. d.c. Raynutius. §. j. nu. 8. de testa. Viuius lib. j. opin. cc. quorum opinio tunc vera erit, atque omnino amplectenda, cùm nullum iusiurandum filiorum in cæterum renuncianti-um interuenerit. Memineris autem sem per quòd legitimam hãc liberorũ portionem in parentis ipsorum vita illis assignari satis non est, quin etiã propterea vel totam, vel aliquam illius partem testamento atque institutionis titulo ipsis posteà relinqui necesse nõ sit, vt Iaſ. lect. j. col. penult. Baptist. nu. 112. l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. Dec. consil. lxxxvj. nu. 8. Ferdi. Loazes l. filiusfamilias. §. diui. 14. ff. de lega. lib. j. Segur. in volum. repet. fol. 52. col. j. Castel. & Anton. Gomez. num. 5. l. xvij. Tauri. quorum opinio Græcis etiam interpretibus probata est, vt constat ex Harmenopulo lib. 5. tit. ix. §. ὃ δύναται, etsi dogma cõtrarium receptius dixerit Cast. l. in ratione ij. nu. 5. ff. ad leg. Falcid. & illud tanquam verisimum sequantur Alex. & Imol. l. inter cætera. col. j. ff. de liber. & posthum. Angel. l. si non mortis. ff. de inoffi. testa. Rhoderic. Soarez. l. quoniam in priorib. fol. 2. cum seq. C. de inoffic. testa. quorũ sententia quamuis non subsistere debe-

at, si iuris definitionibus, authorumque numero metiatur, tamen ob æquũ & bonum, ac publicam vtilitatem, cui maximè consentanea est, admittendam prorsus existimo, verũ ea de re alibi vberiùs.

25 Non patitur tamen hæc *legitima liberorum portio vulgarem substitutionem*, vt etiam Socin. l. in conditionibus pupillus. col. iij. ff. de condit. & demonstr. Anton. Gomez. de testa. c. iij. nu. 17. vers. ij. principalis opinio. & c. 9. nu. 40. patietur tamen atque admittet adiectum à patre onus, ne ad certam vsque liberorum ætatem alienetur. Boer. decis. lxxxiij. nu. 6. & generaliter ac regulariter cõditiones omnes, & onera in merum filiorum fauorem vergentia non respuet, nec aduersabitur, vt Salic. l. filijs matrẽ. in fin. C. de inoffic. testa. Boer. decis. cxciiij. Ioan. Dilect. de art. testand. tit. de legat. caut. xvj. quamuis contrarium verius & iam receptius videatur esse ex Alex. l. mulier. col. j. in fin. ff. ad Trebel. Fabian. in authent. nouissima. nume. 141. C. de inoffic. testa. Segur. in rep. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. col. xlvj. ver. ex his infertur. ff. de leg. lib. ij. Anton. Gomez. de testa. ca. xj. num. 27. vers. & in terminis. Eman. à Cost. l. Gallus. §. & quid si tantùm. part.

vlt.

vlt.nu.90.cum seq.ff.de lib.& posthum. at quę in illorum fauorem non spectant, omnia omnino absque dubio expungentur.Ripa nu.46. Galiaul.nu.107.l. centurio.ff.de vulga. & pupil. Paris. consil. xxx.nu.3. lib.3. quin & legitimæ parentum,ac maiorum portioni à filijs iniunctum onus,impositacõditio, iniecta mora non minùs euanescent, atque eradentur, quàm si à parentibus iustæ liberorũ parti indicerentur. Anto.Gomez.de testa.cap.xj.nume.24.vers. quod extende.

Et omnium postremò *legitimam portionem* modò accipere & bona cętera repudiare nequit filius,aut ex ampliore summa,aut ex asse institutus. vt Alex.& Ias. col.ij.l.j.ff.de acquir.hęred. Alex.rursus l. quia poterat. in fin. ff. ad SC. Trebel. Angel.§.vlt.de hæred.qualitate & differentia inf. Et legitimæ liberorum portioni adiectum onus,atque impositacon ditio cum legitima ipsa ad substitutum vel cohæredem defertur, si liberi hæreditatem repudient, rectè procedet. Ias. col.1.ver.3.not.limit. Rhod.Soarez fol. 52.col.4.& limit.4. ad l.quoniam in prioribus. C. de inoffic.testa. Ioan. Dilect. de art.testand.tit.5.caut.34.in fin.Anto. Gomez. de testa.cxi.nu.33. intelligendũ 26

tamen id proceſſurum, quo vſq; filij ad eam ætatem peruenerint, qua teſtãdi ius conſequuntur, quia tunc ſeu teſtato, ſeu inteſtato decedant, aliud erit, vt placet Ruin. conſil. lviij. nu. 9. lib. 2.

Inſtitui tamen nõ poſſunt

Deportati, Banniti perpetuò. l. 1. C. eod. tit.

Liberi eorum, qui ſunt rei criminis læſæ maieſtatis. l. quiſquis. §. filij. C. ad leg. Iul. maieſtat.

Collegium illicitum ſeu non approbatum. l. collegium. C. eod.

Spurij, Inceſtuoſi. authentic. ex complexu. C. de inceſt. & inutilibus nupt.

Hæretici. l. Monachi. C. de hæreticis & Manichæis.

Apoſtata. l. qui ſanctam. C. de apoſtat.

Monachi. c. exiui. de verbo. ſig. lib. vj. *Religionemque ingreſſi.* d. c. exiui. vt Panorm.

Seruus, qui conuictus eſt de adulterio cum domina cõmiſſo. §. eſt tamen. hoc tit.

Mulier intra annum luctus alteri nubens. l. 1. §. præterea. C. de ſecũ. nupt.

Incertæ perſonæ. l. quoties. §. ſi quis

quis nomẽ.& ibi Bart.ff.de hæred. inſtitu.§.incertis.inf.de lega.

Omnes,quibus non poteſt legari:de quibus vid.gloſ.§.legari. & ibi Plat.inf.de legat.& Azo.in ſumma ſua,nu.32.

Deportato hærede intra deliberandi annum,non ad legitimos illius, aut teſtatoris hæredes, ſed ad fiſcum redit hæreditas.vt Alex. l.ſi quis mihi bona.§. ſi quis planè.nu.penult.& vlt. ff. de acq. hæred. Eman.à Coſt.l.Gallus.§.& quid.pag.77. nu.178. Et deportatus durante deportatione eligere poteſt, ait Eman. à Coſt. l. Gallus.d.§.2.part. nume. 14. ff.de lib. & poſthu. etſi illius inſtitutio pro nõ ſcripta habeatur,vt idem ait Coſt. d. loco & pag.43.nu.14.& Alex.conſil.26.in principio,lib.1. 27

Crimen læſæ maieſtatis eſt, vbicunq; quis contra vrbem aliquid molitur, aut qui profugit ad hoſtes,vel illos iuuat, qualicunque cauſa,ſcilicet conſilio,armis, vel pecunia: vel qui ſubiectas prouincias nititur facere rebelles: vel qui mouet ſeditiones vel bella in ciuitate: vel qui occidit prælatum,magiſtratum, vel principem:vel qui cõtra latus eius militat: vel qui arma fert vel portat cõtra Rempub. Et idem dicitur crimen perduellionis. 28

29 *Crimen perduellionis*, est hostile: nã perduelles dicuntur hostes. Secus si cõmittatur hoc crimen contra Rempub. quia tunc non dicitur perduellionis, sed simpliciter læsæ maiestatis. Et aduertẽdum quòd non subditus crimen lęsæ maiestatis non committat. vt in §. rursus. in clẽ. pastoralis. de re iud. vbi Rex Siciliæ Robertus non eo modo suffuit Henrico Imperatori, vt crimen læsæ maiestatis in eũ commiserit.

30 *Collegium illicitum, seu reprobatum intelligitur*, quod nulla lege inuenitur approbatum. l. j. ff. quod cuiusque vniuer. nom. l. iij. §. in summa. ff. de collegijs illicitis. ad quod plerique scripserunt maiorem numerum necesse esse. Alioqui collegiũ propriè significat societatem ipsam collegarum. *Tres numero collegiũ facere* Neratius existimauit: quod magis sequendum affirmat Marcellus.

31 *Spurius* est vulgò conceptus. l. vulgò. ff. de stat. ho. qui incerto patre natus est: siue is qui eum patrem habet, quem habere non licet. Cæterùm quos vulgò *bastardos* vocamus, interdũ spurij dici possunt, interdum non possunt: vt hi, quos principes agnoscere solenniter solent, quasique suis literis patentibus sigillatis adopta-

adoptare. Interpretes legitimare nullo autore appellant. vide Budæum d.l. vulgò. Spurius propinquitatis nomine habet succeſſores, qui bonorum poſſeſsionē petere poſſunt. l. ſpurius. & l. Modeſtin. ff. vnde cognati.

Legitimatio autem eſt reſtitutio nataliū. Bald. l. j. C. de iur. aur. annu. & Bart. l. Gallus. §. & quid ſi. de liber. & poſthu. & l. ij. de vulg. & pupil. & eſt ſimilis arrogationi. l. iubemus. C. de natural. lib. Bald. l. j. C. de iur. aur. an. & quòd ſit donum ſolius principis, cui ſoli conuenit. Bald. l. j. Paul. de Caſtr. in conſil. ccxxv. item eſt cuiuslibet principis ſuperiorem non cognoſcentis de facto. Abb. Sicul. c. per venerabilem. qui filij ſint legit. 23

Legitimatio quidem fieri non poteſt

- Per ſubdelegatum Comitis Palatini.
- Nec in Concilio populi. Bald. in addit. Specul. de ſucceſ. ab inteſtat. verſ. legitimati.
- Nec per ſtatutum, id eſt, vt ſpurij ſuccedant tanquam legitimi. Bart. l. ij. ad fin. ff. de teſta.
- Non fit per ſuperiorem ex diſpenſatione ſuper matrimonio. Bald. l. ex libera. C. de ſuis & legi.
- A nullo inferiore Papæ fieri

potest in terris ecclesiæ. Rota in decis. cciij. inferior. in nouis.

Nec quidem à Comite Palatino nõ habente priuilegium à principe. Alex. consil. cxxxviij. part. j.

E cõuerso potest

Per matrimonium contractum in articulo mortis.

Per confessionem patris & matris, quòd cõtractum sit matrimonium inter eos.

Etiam per matrimonium contractum cum concubina, etiãsi aliud matrimonium cum alia intermediauit.

Per patrem appellantem filium in testamento, licet sit bastardus. authẽt. item quis. C. de natur. liber.

A parentibus per subsequens matrimonium. Bald. l. eam quã. C. de fideicom. 9. quæst.

Per ingressum religionis, sicut per oblationẽ curiæ. Bald. l. j. in lectu. iiij. col. versic. iuxta. C. de sacrosan. ec.

Per papam. c. venerabilem. qui filij sint legit.

Per Imperatorẽ. Bald. l. j. C. de iur. aur. ann. vide Spec. qui filij sint legit. Anto. Rosa. tracta. leg. j. lib.

Comite Palatino. Alex. l. ij. in prin. col. fin. ver. itẽ quia. ff. de verb. oblig.

Legitimari potest

Incestuosus per Imperatorem. Bald.l.j.de iur.aur.annu. C.

Filius conceptus nasciturus, nõ autem conceptus in vtero, Bald. l.eam, quã.col.xiij. C.de fideico.

Bastardus & incestuosus simul per Comitem habentem authoritatem legitimandi Bastardos, & incestuosos. Bart. l. si ita. ff.de liber.& posthum.& l.ij.in princ. ff.de verbor.obligat.

Legitimari nõ potest

Non subditus, etiam per principem. Item nec quò ad spiritualia, etiam subditus. Bart. l.si cui. §.diuus.ff.de rit.nupt.

Filius clerici beneficiati ex cõcubina per subsequens matrimonium: secus si clericus in minoribus constitutus non erat beneficiatus. Bart.l.j. ff.de concubin. & per Bart.l.& si contra.C.de nup.

Inuitus, sed volens. Bart.l.fin. ff.de his qui, vt indign. Castrens. consil.ccxxj.& dic per principem non legitimari inuitum. Abb. c. per venerabilem.qui filij sint legit. in authent. quibus mod. nat. effic. sui.§.generaliter. sed p̃ sub-

sequens matrimonium sic.cod.tit.§.licet ingreditur. secundum Angel. in dispu.nobilis.

Filij nati ex muliere extra domum retenta per subsequens matrimoniũ. Bart.l.fin.ff.de concubi.

Nec incestuosi, vel ex adulterio nati per subsequens matrimonium. Bald.l. ex libera. C. de suis & legit. & l.eam, quã.C.de fideicom.

Nec vulgò quęsiti, seu cõcepti. Bald. l.si qua.C.ad Orficianum.& vid. Dec. consil.clv.in contrarium.

Spurius per habentem potestatem legitimandi naturales tantùm, cùm laboret maiori spurietate spurius quàm naturalis. Bald.c.j.§.naturales.in fin.si de feud.fuer.controuers.

33 *Legitimatio seu natalium restitutio filiorũ* à patre facta non opus habet cognatorũ citatione, vt atteſtatur Curt. iun. consil. lxxv.nu.j. & cons.clvij.nu.3. Ias. cons.x. lib.3.Boer.decis.cxxj. Tiraquel.l.si vnquam.ver.susceperit.nu.53. C.de reuoc. donat.

34 *Legitimatio naturalis* filij, aut spuri nõ minùs rumpet, ac prorsus euertet testamentum, quàm filij legitimi ortus. Deci. consil.lij.num.1.Paris.consil.vij.num.2. lib.

lib. 2. Iulius Clarus de testamentis, quæstione lxxxiiij.

Legitimationis rescriptum, seu legitimationis bullæ vel literæ patentes suæ Maiestatis, mentionem legitimorum liberorum non facientes, subreptitiæ censeri debent ex voluntatis defectu. Iason l. Gallus. §. & quid si tantùm. numero 102. ff. de liber. & posthum. Tiraquel. l. si vnquam. versic. donatione largitus. nume. 254. C. de reuoc. donat. 35

Apostata quis propriè dicatur, ostendit Bart. in Rubric. C. de apostat. Est aût nomen detestabile hæc vox maximè ob periurium: quia vitã iuramento pollicitam deserant: ac Græcè nescientibus est vox atrocior quàm Latinè desertor, aut transfuga. Et *Apostasia* peiùs sonat, quàm desertio. *Apostasion*, repudij libellus. Cæterùm *Apostatam*, hoc est, defectorem à fide Christiana ad Paganismum, vel Iudaismum deficientem, absque libello licet accusare propter enormitatem criminis. l. apostatarũ. in principio, tit. eod. nec tamen minùs veri *Apostatæ* sunt, quorum tota vita pugnat cum Christo, ac mundo seruit, & à baptismi professione discrepat. 36

Monachi

37 *Monachi* nomẽ ſanctum,& veneratio-
nis ſummæ plerique homines ſolitarij.

38 *Perſona incerta* eſt, q̃ ignoratur. l. ſub-
ſignatum.§.vlt.ff.de verbor.ſignific.de-
nique cuius effectus incertus eſt. l. nec in
arbitris.C.de arbitr.

39 *Legari*,idem eſt quod decerni & man-
dari. vnde & *delegare* dicimus. In teſta-
mentis tamen, in quibus verba ſecũdum
teſtatorum cõſuetudinem accipiuntur,
verbum legandi obliquum eſt.vide Al-
ciat.l.verbis legis.de verbor.ſignific.

Conditio impoſsibilis eſt aut

Impoßibilis natura, vt ſi ſic dicatur:
Inſtituo te hæredem,ſi cœlum digito
tetigeris. vt infrà de inutilibus ſtipul.
§.ſi impoſsib.

Impoßibilis iure, quæ eſt cõtra bonos
mores,vt ſi ſic dicatur:Inſtituo te hæ-
redem,ſi patrem tuum ab hoſtib. non
redemeris.vt ff.de condit.inſtitu.l.cõ
ditiones. Et iſtæ duæ conditiones ha-
bentur pro non ſcriptis.

Impoßibilis facto, vt ſi ſic dicatur:
Inſtituo te hæredem,ſi montem aure-
um dederis.Et iſta conditio vitiat in-
ſtitutionem.vt ff.de ſtatu liber.l.cùm
hæredes.§.1.

Inducens perplexitatem, & illa etiam
vitiat inſtitutionem, cùm non fuerit
animus

animus dandi Iuris præsumptione. ff. de statu liber. l. cùm hæredes. §. 1. ff. de conditio. institu. l. si Titius.

Ratio autem quare priores duæ habeantur tanquam non scriptæ, & valeat institutio, est, quia *nemo potest obligari ad impossibile*. vt c. nemo. de reg. iur. lib. 6. Quãdo ergo testator apponit tales conditiones, signum est quòd faciat derisorium quòd volet illum hæredem esse. si enim non vellet hoc, non faceret mentionem de eo. fac. l. conditiones. ff. de condit. institu. Sed posteriores duæ conditiones rectiùs dicuntur *difficultates quàm impossibilitates*. Et testator potest institutum obligare ad conditionem quantumcunque difficilem, quia difficultas præstationis non impedit obligationẽ, vt l. continuus. §. illud. ff. de verbor. oblig. Nam hoc nos facere nõ posse præsumit ius. Ex quo ergo testator sciebat talem conditionem difficilem posse impleri, licet difficulter, voluit hæredem adstringere ad illam difficultatem. si ergo nõ expediatur difficultas illa, vitiabitur institutio & libertas. Est etiam conditio impossibilis iure; si apponatur conditio contra legem imperialem, canonicã, vel dominicam. vt si dicatur, instituo te hęredẽ, si 40

ducas

ducas in vxorem, quam de sacro fonte leuasti.

Condi tionũ alia est
- *Potestiua*, vt sic dicendo: Instituo te hæredem, si decem dederis.
- *Mixta*, vt sic dicendo: Instituo te hæredem, si Romam iueris.
- *Casualis*, vt sic: Instituo te hæredem, si consul factus fueris.

41 *Conditionem potestatiuam* necesse est impleri, si debeat valere institutio. Sed si nõ stet per institutũm quòd *cõditio mixta* non impleatur, valet tamen institutio. vt l. conditionum. C. de instit. & substitut. Et *conditio casualis* retrotrahitur, vt d. est de natura conditionis.

42 Item quòd *si plures conditiones apponantur disiunctiuè* in diuersis partibus testamenti, tunc in legatis & fideicommissis implenda est vltima conditio. Et in institutionibus implenda est prima, sed in directis libertatibus sufficit aliquã adimplere, vt l. sub diuersis. & l. per fideicommissum. l. quod traditum. ff. de conditio. & demonstra. Et dicit Ioan. Faber, quòd isto modo deberet esse in glos.

43 *Impossibilis conditio habetur autem*, cui natura impedimẽto, quò minùs existat. Et *impossibile est*, quod iure vel facto fieri non potest, Baldo. Quare difficile est illud,

illud, cuius contrarium est necessarium. l. nō quicquid. de origi. iur. Et obseruatū scio *possibile & impossibile*, Ciceroni in vsu non fuisse: quæ tamen verba postmodum fixit ex Gallico sermone, aut certè admisit necessitas. Rhodiginus ait, Impossibile non Latinum verbum malè feriatis videtur: quo tamē vtitur Boetius: non reformidat cū Iureconsultis Quintilianus lib. v.

Conditio necessaria, quæ pro pura habetur, vt Alciatus ait. Et quidem si cœlum tetigeris, impossibilis negatiua. vt Commentatores appellāt. l. in illa. de verbor. obligati. quum rectiùs necessariam conditionem dicerent, nisi fortè de eo cœlo de quo *Epymorum ridiculum* enygma confinxit Virgilius: 44

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Treis pateat cœli spacium non amplius vlnas.

Quid hoc in loco significet cœlum explicat Alciat. cap. 18. lib. 1. Parerg.

Conditio vera intelligenda est ea, quæ omnino incerta est, ante cuius euentum non oritur obligatio, nec actio. 45

TIT V-

TITVLVS XV.

De Vulgari Substitutione.

SVbstitutionem vulgarem ordine tractat hîc Imper. post Institutionis primæ materiâ absolutâ, eò quòd hæredes instituti aliquando nolint hæreditatem adire, aliquando non possint, & sic igitur ne in causam intestati recidat testator, p *substitutionem* ei consulitur, quam alij appellant institutionẽ secundam. Et quidem *secundæ dicuntur*, siue secũdo gradu, siue tertio, siue vlteriori fiãt. vt ff. ad leg. Falcid. l. ex ratione. §. quod vulgo. sicut *secundæ nuptiæ* vocantur omnes post primas, licet sint tertiæ vel quartæ. vt in gl. super rubric. C. de secund. nupt. Et quia inter substitutiones communior est vulgaris, quia à quolibet & cuilibet fieri potest, ideo primò hoc tit. de vulgari substitutione: qua docemur quòd hæredib. alij poterũt substitui, vel plures in vnius locum, vel vnus in plurium, vel ipsi inter se hæredes. Instituti autem inuicem sibi eas habere partes in substitutione videntur, quas in institutione habẽt, prout inf. quæque latiùs suo loco deducemus.

Verùm

Verùm cùm hęc ſubſtitutio non vnius eiuſdemq́; formæ ſit, antequam ad ſpecialem eiuſdem tractationem deſcendatur, generalis definitio erit præmittenda. *Subſtitutio* nanq; eſt in locum cuiuſcunq; inſtituti hæredis deficientis ſuppoſitio: vel ſic, Eſt inſtitutio conditionalis in ſubſidium prioris. Accurſ. in rubric. ff. eod. tit. & hæc eſt duplex: *Directa*, per quam ſubſtitutus directè & immediatè ſine alterius miniſterio capit hæreditatem teſtatoris: vt cùm dicit, frater meus hæres eſto: ſed ſi is non vult, auunculus mihi in hæreditate ſuccedat. *Indirecta eſt* obliqua, quæ indiget alterius opera, quia ſubſtitutus quaſi p manus hæreditatem traditam conſequitur, vt, Titius hæres meus eſto: quòd ſi deceſſerit, Sempronius hęres mihi ſit, cuius fidei cõmitto, vt hæreditatem Lucio reſtituat. & hinc *fideicommiſſaria hæreditas* dicitur.

2

Et directa quidẽ ſubſti

Vulgaris, quæ eſt ſecundi hęredis in locũ primi inſtitutio, quæ & cuilibet, & à quolibet teſtamẽti factionem habente, verbis vulgaribus & apertis fieri poteſt, nil ſpecialitatis habens. Et eſt ſecundum Iaſ. tract. ſubſtit. c. j. aut expreſſa, quæ verbis negatiuis vul-

tutio est quin-tu-plex: garib.& expresis fieri solet.aut tacita, quę verbis constat affirmatiuis,in quibus tamen incluſiuè negatio ſubintelligitur.

- Pupillaris.
- Exemplaris.
- Breuiloqua,ſeu reciproca.
- Compendioſa.

3 *Vulgaris ſubſtitutio* dicta est à vulgo, quia cuilibet de populo, qui testamentũ facere potest,competat,de quo Bart.l.j. nu.5.ff.eod.exempli gratia: Titius meus hæres esto, & ſi is non erit, aut non esse poterit,Sẽpronius hæres meus esto. Exemplum expressę est:Si Titius hęres meus non erit, Lucius hæres meus esto. Tacitę denique exemplum est:Titius & Sẽpronius vter eorum vixerit, hæres meus esto.vide Dd. l. potest quis. de vulgar.& pupil.Et vulgaris quot modis in iure ſumatur, exponit Bart. l.j. ff. de vulgar.& pupil. ſubſtit. *Subſtitutio vulgaris tacita*, quæ ex pupillari ſubſtitutione expreſſa colligitur, tunc extra pupillarem ætatẽ porrigetur,cùm illa mentio vel pupillaris ætatis vel temporis infra eam ætatem fit,ſed aut ſimpliciter,aut in lõgius tempus compoſita est, quàm pubertatis ætas comprehẽdat. verbi causa, ſi ſubſtitutio in

in hãc formam exaretur: Titium impuberi filio meo substituo, aut, Titium, si filius meus intra decimum annum cadauer exuerit, bonis eius potiri volo, *extincta pupillari substitutione & vulgaris extinguetur.* at si ita testator verba fecerit: Titius, si filius meus corporis è custodia exierit vel euaserit, hęres esto: aut, Titius si filio meo intra xxv. annum quid humanitus contigerit, eius locum habeto: tũc illic semper, hic ad expressum vsq; tempus substitutio vulgaris durabit, vt communeesse antiquorum placitum testificatur Albericus l. precibus. col. vj. nu. 4. C. de impuber. & alijs. ac receptum etiam Neotericorum dogma pronũciat. Imol. l. qui habebat. ff. de vulga. & pupil. & c. Raynutius. in materia vulgaris substitutionis, colum. 36. nu. 83. de testa.

Et est inferior *vulgaris substitutio* impendio, quàm vel iure sanguinis, vel iure deliberandi transmissio. quin nec vllas vires habet, quamdiu transmissioni ex his capitibus locus est. commune dicit Socin. consil. ccxcvj. in præsenti. colum. penult. lib. 2. Alcia. l. j. nu. 22. ff. de vulga. & pupil. magis cõmune testatur Anton. Gomez. de testa. c. 9. num. 50. versic. & in expresso. 4

5 *Substitutionem* alij volunt esse secundi hæredis appellationē: primò enim fit institutio, posteà substitutio. Zasio *Substitutio* nihil aliud est, quàm sequenti loco facta subordinatio. Fumæus rectè descriptionem, non autem definitionem putat esse substitutionis, ceu Bart. cum Iasone, l. j. ff. de vulga. & pupil. substitution. existimant. Quare ipse sic eam definiuit: *Substitutio* est in locum cuiuscunque instituti hęredis deficientis suppositio. vt d. est paulò antè, & rectè quidem: cùm fiat etiam substitutio in legatis, & donationib. causa mortis, l. vt hęredibus. ff. de lega. ij. Et hæredis deficientis verbum, vti generale, comprehendit omnes substitutionum species, siue deficiat hæres in institutione, quia noluerit adire, vel non potuerit, ob ętatis vel sensus defectum, aut alio quouis modo deficiat.

6 Inter *Substitutionum species compendiosam* numerauimus, quæ tamen iure communi non est substitutio, sed propter militum multum fauorē valet iure substitutionis. Iure autem communi non valet, sed potest fieri loco illius fideicommissum. text. in §. fin. tit. seq. vnde qui fideicommissariā substitutionem vocant,

vt &

vt & rectè monuit Fumæus, terminos cõ fundunt. *Aliud est enim fideicommissum, aliud substitutio.* Substitutio nẽpe, vt ipse dixit, est in locum deficientis suppositio. In fideicommisso verò rogamus hæredem, vt ab hæreditate adita deficiat, & deinde restituat: sic vt necesse sit illum adire, qui rogatur restituere. l. cogi. ff. ad Trebellianum. Deinde in substitutione substitutus directè capit hereditatem ex testamento, alteri per manus hæredis instituti.

Compendiosa substitutio quòd dicta sit, euenit, quia sub compendio plures substitutiones complectatur, cùm substituitur directè cuicunq; instituto, quocunque tempore, certo vel incerto, defecerit vltra pupillarem xiiij. annorum. Quod de homine sano intelligendum. Nam si furioso vel dementi illo modo substituatur, tum eam exemplarem vocabimus. Exemplum incerti temporis erit, si testator dicat de suo hærede: Si intra xxv. annũ suæ ætatis decesserit, F. hæres esto. de qua l. precibus. §. fin. C. de impub. Sed obseruandum, vt habeat nomen compẽdiosæ: verùm oportebit eum, cui substituitur, excessisse xiiij. annum: intra enim illud tempus semper vocatur pupillaris. 7

l.in pupillari. ff.de vulgar. Fit aũt compendiosa nonnunquam per verba directa, vel obliqua, vel etiam per communia, id est ea, quæ vt directa, & vt obliqua salua recti sermonis proprietate interpretantur.

8 *Substitutio directè facta* tunc dicitur, quãdo per verba substitutionis nulla fides, nullum ministeriũ, & nullus actus alterius cuiuscunq; requiruntur. l. omne verbum. C. communia de legat.

9 *Reciproca seu breuiloqua substitutio vulgaris*, noua, & alia substituendi forma breuis est: ob id reciproca dicta, quòd duobus fiat reciprocè: veluti si quis duobus institutis hæredibus dicat, Vos inuicem substituo. & tametsi duas aut tres possit continere species substitutionum, non propter eam mixturam fiet tertia seu distincta species, non magis, quàm si quis dixerit: Hominum quidam albi. hæc enim accidentia sunt, non species. *Dicitur autem reciproca*, quasi retroducta, repetita, reflexa. quia sicut fluctus reciprocantur in angusto mari, id est sese repercutiunt refluendo: ita ista substitutio de nouo in alterum retroducitur, reflectitur & repetitur. Quin & substitutionum species, quæ sub reciproca continentur,

nentur, ſaluæ manent: nec vſquam mutatur eorum natura, & ſemper eſt vel vulgaris vel pupillaris, benè quidem alteratur, quia non tantam vim exprimunt, ac ſi ſpecialiter expreſſæ eſſent. Itaque Dd. nomine, vt Zaſiano verbo loquamur cum Spiege. magiſtrali vocarunt breuiloquam, ob l. cùm in teſtamento. §. his verbis. ff. de hæredibus inſtitut. vbi hæc ſubſtitutio dicitur breuiter fieri.

Exemplaris ſubſtitutio eſt illa, quæ ad exemplum pupillaris fit, cuiuis perſonæ non valenti iure teſtari: veluti ſi fiat furioſo perpetuo, muto, prodigo, cui bonis interdictum eſt. *Exemplaris dicta*, quia eſt exemplar & imitatio pupillaris ſubſtitutionis. Ex eo certè, quia ſicut fit pupillaris impuberi, non valenti teſtari, quàm diu impubes eſt: ſic fiet de furioſo, vt ei, donec reſipuerit, poſsit ſubſtitui: quoniam interim prohibetur teſtari, dũ furit.

Atque ſicut *pupillaris ſubſtitutio ceſſat, ceſſante cauſa*, ſcilicet defectus ætatis: ſic & hæc finitur furioſo reſipiſcente. Hoc autem nomen exemplaris fixerunt noſtri Dd. propter leges quaſdam, quæ voluerunt poſſe ſubſtitui illis miſera-

bilibus personis: cuius rei tres tantùm locos in iure ciuili Fumæus annotauit. Et *dicitur hæc exemplaris substitutio, quasi pupillaris* ideo, quum concedatur etiam fieri ab ijs qui ritè vel rectè sibi testamẽtum facere nequeãt, vt testatur Viglius, §.qua ratione.num.4.inf. de pupil.substit.& matrem tum à legitima, tum à cæteris filij bonis exigit, atque expellit. Iaſ. nu.43. Rip.nume.48.in l. ex facto. ff. de vulgar.

11 *Substitutio pupillaris* & exẽplaris quomodo differant, Bald.l.humanitatis.vij. col.in verſ.modò videamus. C.de impu. & ali.ſubſti.vbi in effectu ponit xiiij. differentias, ſex in potentijs, & octo in actibus. Et quidẽ ſubſtitutio pupillaris habet ſimilitudinem in decem cum exemplari. de quibus Bald. d. l. humanitatis. in xj.col.verſ.viſis differentijs.

12 *Substitutio vulgaris* eſt, quæ à quocunque, de quocunque, & in quemcunq; caſum concipi poteſt, nil ſpeciale habens. Solomon. l.Gallus. Viglius hîc de vulg. ſubſtit. & eſt, quando quis inſtituitur, & poſt mortem ſubſtituitur alter. Alexan. conſil. clxj. *Et hæc fit aut verbis affirmatiuis*, vt l. fina. & ibi Bart. in iij. & Bald. in ix.no.& in xij.oppoſit.C.de hęred.inſti.

l.ſi

l.si Titius.& ibi Bart.ff.eod.tit.& l.j.colum. iiij.in viij. q.verſic. vlterius quæro quib.verbis.ff.de vulg. & pupil. aut *verbis negatiuis*, vt d.loco ſuprà per eundem Bart.

Et valet q-dem ſubſtitutio vulgaris

In legitima, cùm non ſit onus. l.ſi poſthumus.§. quod vulgò. & ibi Alex.& l.ſeq. de lib. & poſth.

A matre facta. Bart.l.ſi mater. de vulgar.& pupil.

Si inſtitutio nõ teneret in principio. l.iij.vbi Dd.§.fin. de liber. & poſthum.

Fratri minori facta Sanct.Frãciſci.

Spurio proprio,

Deportato,

Reo mortis,

Et incapaci.& quidem tãtùm compendioſa, ſic quatenus continet vulgarem. Bald.l.ij.C.de hęred.inſtitut.

Deniq; ſi hæres repudiet. l. iij. C.de impub.vbi Bart.

Per aditionem hæreditatis. l. poſt aditam. C. de impub.& ali. ſubſtit. Bart.l.j.ff.de vulg.

Per agnitionem bonorum poſſeſſionis. Bart.l. j. in xiiij. col. in

ver. vlterius quęr. & l. in conditionib. vbi Ioan. de Pra. de cond. & demonstr. Contrarium notatur l. iij. C. de impu. & ali. subst.

Substitutio vulgaris expirat

Patre volente adire, licet filius institutus recuset adire, quia non excludit patrem. l. fin. in princ. & ibi Bart. in j. q. C. de bon. quæ lib.

Facta monacho monasterio volente adire: quia monasterium non excludit, licet aliàs monachus æquiparetur seruo. Bart. Cep. c. Raynutius. de testa.

Querela, vt Bald. ait l. humanitatis. eod. tit. iiij. col.

Cùm primus hæres priuatur, & sic si hæres adiuerit: vnde requirit priuationem primi hęredis. Bald. d. l. humanitatis.

Non verò expirat

Morte hęredis viuo testatore. Cast. consil. 150. incip. super. Bart. l. si pater. & l. ij. ff. de vulgar.

Fideicommissaria per pubertatem. l. si frater. & ibi Bald. C. de fideicom.

Per aditionem, quia hæres adiuit, & tamen fuit posteà priuatus, & fit locus substituto per priuationem: quod non esset, si iam expirasset per aditionem. Bald. in authent. hoc amplius. 4. col. C. de fideicommis.

Substi-

Substitutio ergo ex vna specie ad aliam profertur, atq; extenditur. Iason consil. cciij. lib. 1. Ioan. Dilect. de art. testand. ti. 5. caut. 5. Anton. Gomez. de testa. c. 3. nu. 10. Emā. à Cost. l. Gallus. & §. quid si. par. 5. nu. 3. & seq. ff. de liber. & posthum. Si autem illa ab aliqua conditione pependerit, nec ad testatoris filios ante conditionis euentum transmittetur, si aliud ipsius testatoris voluntas coniecturis collecta nolit. Curt. iun. consil. 3. nu. 15. & Frā cisc. Viuius cum multis alijs, l. 3. opin. 335.

Substitutio vulgaris ferè fit

Si hæres non eris, id est: si non poteris esse hæres, vel si non volueris esse hæres, substituo tibi Seium.

Vni hæredi pluribus substitutis, secundum partes quas volet.

Pluribus hæredibus, vno substituto in solidum.

Vni hæredi, vno substituto.

Plurib. hæredibus, substitutis pluribus alijs.

Pluribus hæredib. institutis, & inuicem substitutis: & tunc substitutionum parteis sunt similes partibus institutionum, nisi aliter testator expresserit.

Aliquādo hæredis substituto, quo casu vtrique succedere possumus.

Seruo

Seruo qui putabatur liber instituto, eius substitutus vnà cum illo æquali parte succedit.

84 *In omni substitutione* est cõditio, Si, vel similis potestatis. vt, instituo Petrum hęredem: & si ille moriatur, instituo Ioannem.

85 *Directa institutio vel substitutio* solùm potest fieri in testamentis, & non in codicillis, vel in donatione causa mortis. vt inf. de codicillis. §. penult. & C. de codicil. l. hæreditatem. *Fideicommissaria* tamen potest fieri in codicillis, imò si testator scienter faciat codicillos, tunc directa verba obliquantur, & valet institutio, vel substitutio. vt ff. ad Trebel. l. Scęuola. j. respons.

Vt hoc sciatur, an testator potuerit instituere vel substituere in testamẽtis, vel in codicillis, fac sic distinctionem. Aut constat testatorem voluisse facere testamentum, & deficit tamen aliqua solennitas, propter quam non potest valere vt testamentum, licet posset valere vt codicillus: & tunc non valet vt testamentum, neque vt codicillus, vt hîc in glos. prima, nisi apposita sit clausula, Si nõ valeat iure testamenti, valeat iure codicillorum. quam clausulã expono, quia tunc

valet

valet vt codicillus. vt l. j. ff. de iure codicillor. Aut constat voluisse facere codicillum, & tunc valet etiam Institutio vel Substitutio directa, sed verba obliquantur. vt l. Scæuola. ff. ad Trebel. Aut est dubium. & tunc aut posuit directam institutionem vel substitutionem: & si tunc non valeat vt testamentum, nō valebit etiam vt codicillus. l. nec codicillum. C. de codicil. Sed si nō apposuit directam institutionem vel substitutionē, tunc valet vt codicillus. vt l. illud. §. tractare. ff. de iur. codicillor. Bart. l. j. ff. de codicil.

Et *plures possunt substitui* in locum vnius & è contra. Et plures possunt etiam sibi inuicē substitui, & in illo casu si partes sunt diuersæ in institutione, intelliguntur repetitę in substitutione, sicut in institutione sunt expressæ. Et quando duo sunt instituti, quorum vnus est substitutus alteri, si tamē illi substituto substituatur vnus tertius, tunc ille tertius admittitur ad vtranque partem, scilicet substituti in secundo gradu, & instituti in primo gradu. Et quando testator fecit institutiones & substitutiones: & expressit diuersas partes in institutionib. tunc illæ partes intelliguntur repetitæ 16

in

in ſubſtitutionib. verbi gratia: Inſtituit vnum in ſex vncijs, alium in quatuor, & tertium in duabus, & eos ſibi inuicē ſubſtituit, ſi tunc primus deficiat, habebit ſecundus octo, & tertius quatuor. vt l. ſi ex teſtamento. ff. eodem. Et hoc quidem maximè obtinet, ſi ſubſtituat per nomina appellatiua: ſecus ſi per nomina propria, vel etiam ſi grauauerit ſubſtitutos ad æqualia onera. vt gloſ. l. j. C. de impuber. & alijs ſubſtitut.

TITVLVS XVI.

De Pupillari Subſtitutione.

ALteram partem directæ ſubſtitutionis proſequitur Imp. quę pupillaris eſt: docetq; pupillariter ſubſtitui poſſe impuberi vel nominatim, vel generaliter. Maſculo ad xiiij. annos, fœminæ vſq; ad xij, & eò amplius ſubſtituitur, ſi hæredes fuerint, & ante pubertatem deceſſerint, ille pupillariter ſuccedat. Subſtitui verò & exhæredato, & poſthumo poteſt.

Pupillaris ſubſtitutio eſt illa ordinatio, qua pater in ſuo teſtamento, exiſtenti in ſua poteſtate filio, ſed impuberi aliū ſubſtituit:

stituit: vt si Titius filius meus, quem hęredem instituo, decesserit antequam ad annos pubertatis veniat, Caium ei substituo. de quo Zas. in tract. Substitution. c. 2. circ. 3. membr. princip. Mynsing. nu. 2. in Rubr. huius tit. & Kling. numero 6. tit. præced.

Differt autem à vulgari substitutione, quia hæc à quouis testatore: illa verò à solis parentibus, fieri consueuit. Item vulgaris aditione hęreditatis: pupillaris verò substituti adueniente pubertate regulariter extinguitur. de quo Vigl. d. rub. num. 1. & 2. 2

Hæc Pupillaris substitutio duplex est:

Expressa, quæ fit verbis generaliter vel specialiter, expressè positis: vt, vos filios meos impuberes hæredes institutos inuicè substituo: vel, si filius meus Sempronius hęres mihi erit, & in pupillari ętate post mortem meam decesserit, Lucium ei substituo.

Tacita, quæ continetur in expressa vulgari, & ex quadam legis interpretatiõe, & præsumpta mente testatoris dependet: vt, quisquis mihi hæres erit, is filio meo, si hæres extiterit, sed ante pubertatem decesserit, succedat.

secundum

secundum Bart. l. 2. nume. 26. ff. eod. & vide Zasium l. 2. ff. eod.

3 *Mater autem propter defectum patriæ potestatis* non potest filio pupillariter substituere. Bart. d. l. 2. nume. 7. ff. eod. col. j. versic. secundò quęro. Ergo imprimis ad substitutionem pupillarem

Requiritur
- Vt inspiciatur tempus mortis patris, an sit pupillus. Bald. d. l. humanitatis. xj. col.
- Vt is, cui fit substitutio pupillaris, sit de liberis.
- Vt sit impubes.
- Vt sit in patria potestate.
- Vt nõ recidat in potestatem alterius, sed morte patris efficiatur sui iuris.
- Vt non desinat ante mortem testatoris esse in potestate.
- Vt testamentum testatoris priùs fiat, quàm pupilli.
- Vt institutio vel exhæredatio pupilli in testamento patris expressè fiat.
- Vt adeatur hæreditas paterna, quæ obitu pupilli, post mortem sui patris substituto contingit.

4 *Substitutio pupillaris expressa* matrem omninò, tum legitima portiõe, tum bonis à linea materna pupillo quæsitis interuertit, tam iure fori, quàm iure poli.

Anton.

Anton.Gomez. de teſta.cap.4.nume.7. verſ. ſed his non obſt. quin & tacita pupillaris ſubſtitutio hæreditatem pię alicui cauſæ delatura matrẽ excludet. Rip. l.j.col.penult.ff.de vulgar.& pupil.aliàs autem ſecus.vt Dec. conſil. ccxj. ſubtilis eſt caſ.in princ.

Et *ſubſtitutio pupillaris*, quam auus prę 5
terito filij emãcipati nepoti facit, hodie valet, ac firma rataq́; eſt. Franciſc. Rip. lib.ij.num.31.ff. de vulg. & pupil.nec vlla vnquã hodie irrita fiet pupillaris ſubſtitutio, quòd patris teſtamentum ob filij præteritionem irritum ſit. Roman. conſil.clvj.in caſu propoſitæ.ad fin. Anton.Gomez.de teſta. cap.iiij.num.4. Eman.à Coſt.l.Gallus.§.& quid.par.3.nu. 103.ff.de liber.& poſthum. Et *hæc ſubſtitutio* de certis bonis trahitur ad omnia bona vndecunq; quæſita. Caſtrenſ. conſil. vij.incip.circa primum videtur.

Deinceps *pupillaris ſubſtitutio* tãquam 6
directa non poteſt fieri tacitè, ſed verbis expreſsis: ſecus fideicommiſſaria. Bart. Socin. in conſil. ccxlix. incip. materia. verſic. ſed præmiſ. cir. fin. in ij. part. Et *pupillaris hæc non habet locum*, niſi adeatur hæreditas. Socin.j.vol.conſil.xx. col.vj. & nõ poteſt fieri niſi ab vno, & in ſolidũ.

Facta baſtardo legitimato poſt mortem patris. l. 2. ff. de vulg. & pupil.

Si naſcatur frater pupilli: aliàs exẽplaria rumpitur, ſcilicet ſi naſcatur frater furioſi, cui eſt facta ſubſtitutio.

Contra matrem: ſecus in exẽplaria.

Valet ſubſtitutio pupillaris

Si deceſſerit in pupillari ætate, vel poſteà quandocunq; infra pupillarem ętatem, ſed poſt valet vt fideicommiſ.

In teſtamento coram duobus teſtibus inter liberos, ſi ſit facta de liberis, non de extraneis. Caſtr. conſil. ccccliiij.

Quando filia eſt ignorãter præterita, quæ ab inteſtato non poterat ſuccedere. Alex. conſil. xlvij. ij. part.

Filio adoptiuo facta. l. ſi adrogator. ff. de adopt.

Facta militi in alterius poteſtatẽ recaſuro. Bart. l. ij. hoc tit. ff.

Niſi pupillo inſtituto vel exhæredato. l. ij. in princ. de vulga. & pupil. vbi Bart. in iiij. col.

Facta puberi, etiam vt fideicommiſſaria. Bart. l. verbis. in vlt. col. in verſi. ſed quær. ff. de vulg. & pupil.

Non valet

In teſtamento non ſolenni, niſi alter ex filijs ſit ſubſtitutus. Bart. l. ij. 4. col. de vulg. Alex. col. xj. in fin. l. hac conſultiſ. C. de teſt. vbi Caſt. cõſ. cccl.

Facta

Facta à patre de turpi persona, cui non est concessa administratio bonorum. l. cùm oportet. §. nõ autem. C. de bon. quæ libe.

Facta per matrem, quia non habet filium in potestate. Bart. l. si mater. ff. de vulg.

Hereditate non adita. Bald. l. humanitatis. C. de impub. & alijs substit. & l. quidam. vbi Bart. C. de iur. deliber.

Pupillo in potestate patris recasuro per mortem aui substituentis. glos. & Bart. l. si pater. ff. de adopt.

Minori 25. annorum prohibito testari per statutum. Bart. l. ij. hoc tit. ff.

Substitutio pupillaris non potest reuocari per pupillum, etiam si rex sit, vel sapiens vt Salomon. vt Bald. & fieri potest in codicillis. glos. l. si fundum. §. fi. ff. de leg. j. 7

Si pupillus habeat filios legitimos. sed magis secundũ ius Canonic. quàm ciuile, testante Bald. d. l. humanitatis. in x. col.

Per pubertatem, non fideicommissum. l. si frater. & ibi Bald. C. de fideicommis.

Cum testamento contratabulato. Bart. l. etsi cõtra. in fin. de vulg. & pu.

Si pupillus per dignitatem liberetur à patria potestate. ff. de vulg. & pu.

Expirat

Si emancipetur, vt etiam iure fideicõmissi nõ valeat. Bart. l. ij. ff. de vulg.

Per ingressum religionis, non tamẽ totaliter. l. in pupillari. de vulg. & pupil. vbi vide Bart. Imol. & Alex.

Morte pupilli viuo testatore. l. lex Cornelia. in j. col. Bart. ff. de vulg. & pupil. Castrens. consil. cxlix.

8 *Substitutio tacita* non excludit auiam. Bart. l. ij. in princ. 8. col. ff. de vulga. & ibi per Alexã. xxj. col. nec excludit fratrem emancipatum. Alex. xx. col. d. l. ij. & excludit fratrem cum aliqua distinctione tamen, vt d. Dd. d. loco dicunt. non excludit autem matrem hodie, nisi constet de mente testatoris. Bart. l ij. penult. col. & Alex. in xv. col. ff. de vulg. & pupil.

9 *Substitutio pupillaris & exemplaria*, in quibus sint similes, ponit Bald. d. l. humanitatis.

Si pupillus vel posthumus non nascatur.

Si testator fuit vsurarius, & non cauit de restituẽdis vsuris incertis: secus de certis, quo casu testamentum non valet. Castr. consil. cxlix.

Non expirat

Si alter ex duob. pupillis fiat pubes, viuo

viuo testatore. Bald. l. in testamento. vj. col. de testa. milit. in viij. q. nec si vnus moritur pubes alter pupillus

Facta de tutore per eius excusationē à tutela. l. amicissimos. in princ. ff. de excusat. tut.

Substitutio tacita pupillaris excludit hę redem matris, ad quem mater præmoriens pupillo non transmittit hoc priuilegium. Bald. l. fin. in fin. C. de institut. & substitut. 10

Substitutio pupillaris quot & quib. modis finiatur. glos. vnic. in versic. item no. & Bart. l. in pupillari. de vulg. & pupil. in j. col.

Et substitutio tacita pupillaris non continetur in expressa vulgari, stante statuto, quòd testamenta intelligantur, vt iacent, sine vlla interpretatione. Alex. xix. col. vers. alius casus. ff. de vulg. & pup. Substitutio pupillaris tacita, aut est præsumpta, aut probata, aut quæ inest compendiosè, aut quæ inest breuiloquè: de quibus Bald. l. precib. in ij. col. C. de impub. & Dec. consil. clxxxij. j. vol. ad quos breuitatis ergo Lectoré remitto: nec hîc omnia sunt accumulanda.

Substitutiones possūt esse vel Directæ, quibus substitutus sine medio alterius per- 11

uenit ad hæreditatem: vel *Fideicommissaria*, quibus substitutus per medium alterius peruenit ad hæreditatem.



12 Si fiat ergo substitutio à milite per *verba directa*, puta hæres esto: tunc valet ante pubertatem, & post iure directo. Sed si institutus decedat in pupillari ętate, tunc substitutus habet omnia bona vndecunque acquisita. Sed si decedat post pubertatem, tunc habet solùm bona substi-

substituentis. vt not. d. l. centurio. Quod quidem verum est, nisi mater sit in medio, quia tunc post pubertatem ista substitutio est fideicommissaria. secundum opin. commu. Dd. licet Bart. d. l. centurio. dicat quòd sit semper directa. *Si verò per verba obliqua*, puta hereditatem restituas: tunc substitutio semper est fideicõmissaria. vt l. cohæredum. §. cum filio. ff. eod. *Si per verba communia*, puta talé substituo, tunc etiam semper est directa, nisi mater sit in medio, quia tunc post puber tatem est fideicommissaria. vt l. precib. C. eod. Si autem fiat à pagano, id est, non milite, & *per verba directa*: tunc ante pubertatem valet iure directo, sed post pubertatem non valet. vt l. verb. ciuilib. ff. eod. Si *per verba obliqua*, tunc semper est fideicommissaria. vt l. Scæuola. ff. ad Trebel. Sed *si per verba communia, & cum denotatione temporis*, vt sic dicendo: si in pupillari ætate, vel quandoque pòst decesserit, tunc valet iure directo vsq; ad pubertatem. & posteà est fideicommissaria. Sed si fiat *sine denotatione temporis*, tunc semper est fideicommissaria. vt d. l. cẽturio. etiam per Dd. Et multum refert an substitutio sit directa vel fideicommissaria, quia per *fideicommissariam* non excludi-

tur mater,& detrahitur Quarta Trebellianica. Sed *per directam* excluditur mater:nec abstrahitur Trebellianica: l. coheredi.§.cũ filio.ff.eod.Et in dubio semper dicenda est directa. vt l. quotiens. ff. de reb.dub. Et ex istis clarè patet solutio ad casum c.si pater. de test.in vj. quia illæ substitutiones fuerunt directæ & pupillares, & ideo mater excludebatur. & licet filius non possit excludere matrem in suo testaméto,vt allegabatur per procuratorem matris: tamen mater potest excludi à testamento filij,quãdo hoc testamentum fit per patrem, vt respondebatur per procuratorem pauperũ Christi.

Modi requisiti præcipui circa pupillares

Vt expressa pupillaris contineat tacitam vulgarem.l.nam hoc iure.ff. de vulgar.& pupillar.substit.

Vt substitutus succedat pupillo, nõ tantùm in ijs bonis,quæ vel à patre,matre,vel cognatis, verùm etiam,quæ ab alio quouis extraneo illi obuenerunt: nisi miles fuerit,q hæredem hac mente substituit, vt ea sola velit ad substitutum pertinere, quæ à se ad institutũ peruenerunt. l.sed si plures. §. ad substitutos.vbi & Bart.latiùs,ff.eod.

Vt pupilliariter substituti efficiantur

substitutiones

tur heredes necessarij.d.l.2.§.prius.& l.sed si plures.in princip.ff. hoc tit.

Vt nullo reddito testamento patris, nihilominùs sustentetur pupillaris substitutio.

Vt secundæ tabulæ & patris & filij testamentum dicantur.

Vt pupillaris & expressa, excludat matrem à successione filij,extraneo quoque substituto. per tex.& l.Lucius.in fin. ff. eod. & l.Papinianus. §. sed nec impuberis.ff.de inoffic. testa. Zas. c.ij. in tract.substitut.cir.6.membrũ principale. licet alij plures modos enumerent.

An autem tacita pupillaris matrem excludat:quando, & quando non,quomodo, & quomodo non, & sic vlteriùs: require apud Bart. d. l. 2. nu. 32.& d.l.Lucius.nu.1.ff.de vulgar.& pupil.substitut. 13

Timens filio suo impuberi periculum immi- 14
nere ex substitutione pupillari, potest vulgarem apertè facere,& pupillarem secretè. & cauere in aperta ne clausa aperiatur vi uo filio & adhuc impubere.Si tamen velit,potest vtranq; apertè facere.Præterea *potest testator non solùm impuberi here-*

di instituto pupillariter substituere, sed etiã exhæredato. quo casu substitutus habebit quicquid ad pupillum ptinebat. Sicut de institutione impuberum instituto torum vel exhæredatorum d. est, ita de posthumis dicendum est. Nec potest testator pupillare testamentum facere, nisi sibi ipsi faciat testamentum. quo non subsistente, nec pupillare testamentum subsistit. quia est pars & sequela paterni testamenti: quæ omnia declarantur ex textu hîc, §. sin autem quis.

15 Ad hæc *testator habens plures liberos impuberes*, potest singulis pupillariter substituere, ne aliquis decedat intestatus, vel potest substituere vltimo morienti, vt hæreditas maneat integra. *Potestq; pupillaris substitutio fieri per proprium nomen*, vel generalib. verbis, sic dicẽdo: quisquis mihi patri hæres erit, sit filio meo impuberi hæres. & in hoc casu substituti fiunt hæredes filij pro portionibus in quibus facti sunt hæredes patris. *Fieri quoq; potest substitutio pupillaris* masculo vsque ad xiiij. annum: & fœminæ vsque ad xij. annum. Extraneo autem & filio puberi non potest. possunt tamen obligari à testatore per fideicommissum, vt hæreditatem totã vel pro parte restituant. quæ appro-

approbantur per §. singulis autem. hîc. Exempli gratia: Instituo filium meum puberem heredem: & quandocunq; sine liberis decesserit, substituo ei Titium. p hãc enim substitutionem rogatus est filius meus post mortem suam Titio hæreditatem restituere: quia Substituo est verbum commune, quod ad directam & fideicommissariam substitutionem trahi potest. Et quia hîc conuenientiùs est, vt trahatur ad fideicommissariam, ideo huiusmodi substitutio est fideicommissaria. vt l. precib. §. si verò. C. de impub. & aliis substitut. Secus si diceret, *Titius hæres esto*: quãquam aliqui dicant quòd illa verba etiam possent obliquari. quod tamen non videtur dicendum iuxta ea quę diximus suprà. finaliter vt hoc ex Zas. enarremus cap. 2. circ. 7. principale membrum. in tract. Substitution.

Deportatio patris. l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniust. rupt. & irrito facto testamento.

Testamentum secundum à patre factum. l. si quis eum. §. fin. ff. de vulgar. & pup. substit. & l. cũ in secundo. ff. de iniust. rupt. &c.

Si hæreditas paterna non fuerit adita. l. 2. §. quisquis. versic. adeò. ff. hoc tit. & l.

Aduersãtia pupillari substitutioni:

nam quod.§.si quis.ff.ad SC.Trebel.

Incapacitas filij, vt quia est naturalis tãtùm, spurius vel incestuosus. l.Lucius.& l. si is qui.6.ff.hoc tit. & rationem huius habet Bart.l.2. nu.3. iam d. tit. cui adde Gabriel. Paleotum in tract. de nothis & spurijs.c.37.

Minima capitis diminutio, hoc est, Adoptio seu adrogatio. l.nec ei.§.eorum. ff.de adopt.

Ingressus religionis. authent.ingressi. C. de Sacrosanct.eccles.

Pubertas. l.in pupillari.& ibi Bart.& Iason.

16 *Substitutus pupillaris* non minùs grauari, onerariq; potest, quàm quiuis ab intestato successurus, vt habet commune interpretum dogma.& Rhoderic. Soarez. l.quoniam in prioribus.fallent.j. nume. 15.C.de inoffic.testa.

Impuberibus in potestate testatoris existentibus, siue

- *Institutis.*
- *Exhæredatis.*
- *Natis.*
- *Posthumis.*

Pupil-

Pupillaris substitutio fit

Ita { *Si impubes hæres nõ sit, substituo Titium. Et hoc casu, si impubes moriatur ante aditã hæreditatem, substitutus dicitur succedere testatori.*

Si impubes hæres sit, & intra pubertatem decedat, substituo Titium. Et hoc casu, si impubes moriatur post aditam hæreditatem, substitutus dicitur succedere impuberi.

Pater substituendo impuberi, dicitur duo testamenta facere: vnum sibi si impubes decedat ante hæreditatẽ. alterum filio, si decedat post aditam hæreditatem. Et ideo non valet pupillaris substitutio, nisi pater faciat sibi testamentum validum. Potest tamen pater pupillarem substitutionẽ facere separatam à suo testamento, & suo proprio sigillo signatam.

Pariter substitui potest { *vel singulis liberis.* / *vel ei, qui nouissimè impubes morietur.*

Instituti à patre, si pupillariter substituantur, pro portionibus institutionum impuberi succedunt.

Filio

Filio	*Emancipato*	*pupillariter nō substituitur, sed per fideicommiss.*	
	Puberi		
Substitutio hæc pupillaris	*In filio post 14. annos,*		*expirat.*
	In filia post 12.		

17 *Substitutus pupillo* non implens voluntatem defuncti intra annū monitus priuatur de praxi, vt etiam approbat Angel. in authent. de hęred. & Falc. §. & hoc quidem. verſ. ſed tunc quæritur. col. j. & Bald. in Authent. hoc amplius. vj. q. in repet. C. de fideicom. Sed quid ſi pupillus obijt poſt priuationem. Bald. ibi in q. xxx.

18 *Subſtitutus pupillaris* debet in inuentario ſcribere omnia bona, quæ erant tempore mortis teſtatoris, nō tempore mortis pupilli. Bart. §. quod vulgò. ff. ad leg. Falcid. v. colum. in verſ. quæro quando. Et ſubſtitutus tamen faciens inuentarium cōuentus ad legata an detrahat Falcidiam, reſoluit Bart. l. in ratione. d. §. q vulgò. q. j. ad quem, ne huic prolixius æquo commoremur, Lectorem remittimus.

TITV-

TITVLVS XVII.

Quibus modis testamenta infirmentur.

IAm quum dictũ sit satis amplè à Iustin. Imper. quib. modis testamenta ordinentur & fiant, imò de iure subsistant, Idcirço iusta methodo hîc idem tractare aggreditur, quibus modis eadem infirmentur: vti nil stabile sit in istis temporalibus, quod rumpi vel infirmari non possit. vt in authent. de nupt. §. distrahitur. collat. iiij. Et hęc quidem ex Papiniani opinione l. j. ff. de iniust. rupt. & irrito testamento. & Vlpia. in fragm. tit. 23. Et quia infirmantur dupliciter, scilicet, ipso iure, vt si rumpitur, vel irritum fit: vel p iudiciũ, id est, nõ iure: Idcirco primo in hoc titulo tractatur de primo modo infirmandi testamenta: & in titulo sequenti de secundo modo.

Non iure factum testamentum iniustum 1
dicitur, in quo solennia, vel requisita iuris ad testamentum solenne, vel in scriptis, vel nuncupatiuum necessaria omissa sunt, & illud ab initio ipso etiam testatore viuente nullum est. l. si vnus. C. de testa-

testamentis.

2 *Aut ipso iure testamentum fit*, quod dicitur iustum, quod scilicet secundum iuris dispositionem legitimè factum est, & ab initio quidem valet, sed posteà infirmatur vel ipso iure, vel officio iudicis.

Testamentũ aut

- *Rumpitur si vel*
  - *Posthumus (etiam fortè monstruosus) præteritus post testamentum factum nascatur. maximè in mense, quo certum est non posse viuere.*
  - *Adoptetur filius post testamentum factum.*
- *Irritũ **
  - *Secundum testamentum perfecto fiat, tunc rumpitur primum, nisi à secundo confirmetur.*
  - *Si vel codicillus est continens institutionem veniẽtium ab intestato.*
  - *Si fiat ingressus religionis.*
- *Iniustũ †*
  - *Secundum testamentum si sit imperfectum, tamen non rumpit primum.*
  - *Secundum testamẽtum si perfectum sit, rumpit primum, quãuis ex illo non adeatur hæreditas.*

Irritum

*Irritū fit	*Per testatoris capitis diminutionem, sed reconualescit si testator sit sui iuris tempore mortis.*
	Si testatorem egentem hæres vel non enutriat, vel ab hostibus captum non redimat.
†Iniustū vel nullū, vel non iure factum:	*Si testium numerus non sit adhibitus.*
	Si testator testamenti non habeat factionem.
	Si testator filium in potestate præterierit.
	Si testator Imperatorem litis causa hæredem instituit.

Testamentum ruptum est, quod ab initio valet, sed ex pòst facto infirmatur, manēte tamen testatore in eodem statu. §. j. & ij. hoc ti. & l. j. & ij. ff. eod. nec potest quidem aliquid rumpi, nisi priùs fuerit iustum, firmum, omnibus numeris, hoc est ritè absolutum. & quod non est, id vtiq; rumpi non potest. l. nam & sub. de iust. rupt. & irrit. testa. quum *priuatio habitum præsupponat*. l. decem. de verborum obligat.

	Agnationem sui hæredis vel posthumi. §. j. hîc. & l. 3. ff. eod.
	Adoptionem actiuam, vel adrogationem filij, filiæue, ab ascendente factam.

ctam.d.§.j.& l.verum.ff.eod.

Rumpitur aũt testamẽtũ per

Secundum testamentũ ritè perfectũ. Per hoc enim de iure ciuili tollitur prius, niisi fortè posterius vel iure militari factum sit, vel in eo scriptus est, qui ab intestato venire potest. Tunc enim & posteriore nõ perfecto, superius rũpitur. §. posteriore. hîc. & l.2. ff. de iniust. rupt. & irrito testa.

4 Attamẽ potest *testamentum ruptum* cõfirmari per testatorem accedentib. quinque testibus, & valebit vt codicillus. l. j. cum glos. in verb. iudicium. C. de codicillis. Interim *testamentum ruptum natiuitate posthumi* non potest pro parte valere, & pro parte non: secus quando rumpitur per querelam inofficiosi testamenti. Alex. l. si posthumus. in princ. de lib. & posthu. Et amplius an rumpatur agnatione posthumi, si filius institutus ingrediatur monasterium. Bald. in Authent. si qua mulier. iiij. q. in vij. col. de Sacrosanct. eccles. quod non. & in addit. Spec. de stat. monach. in iij. col. in princ. ver. an filio. & vide Alex. consil. clx. ij. parte. & vide Castr. post Bart. l. tale. §. fin. ver. vltimo. ff. de pact. Sed profectò *non rumpitur testamentum* nisi per eum, qui tenet primum locum suitatis. l. si quis posthumos.

mos.§.si filium. & ibi Dd. & Alex.de liber.& posthu.l.si quis filio. de iniust. testam. nec rumpitur per emãcipationem filij,nisi in casu l.Gallus.§.& quid si tantùm.de lib.& posthu. Bald. l. fin. in vlt. col.in prin.in ver.vlteri⁹ queritur. C.de instit.& substit. Et *testamentum filij,cuius pater est apud hostes*,an patre reuerso rumpatur.Bart.l.si is,qui pro emptore.xviij. col. de vsucap. Itaque *rumpitur testamentum* per legitimatũ post illud. & per ingressum religionis. vt videas in Spec.de statu mo.in j.char.

Irritũ fit testamẽtum

Per quamlibet capitis diminutionem de iure ciuili ipsius testatoris.l.si quis filio.ff.hoc tit.de iure quidem ciuili. at de iure prætorio solenne testamentum hac ratione irritum factum,testatore pristinum statum tẽpore mortis recuperante, reconualescit.§. non tamen.hoc tit.& l. qui ex liberis.§. testamento. ff.de bonor. possess.secund.tab.

*Per non additionem ab hærede testatoris hæreditatem.*vt l.j.ff.eod.

*Per interfectionem testatoris sui ipsius ob metum pœnæ propter delictũ imminẽtis.*l.si quis filio.§. eius

qui.ff.de iniust.rupt.& irrit.testa.& l. 2.C.qui testa.fac possʃ.

Denique dum in hoc pia causa est hæres, & filius est præteritus vel exhæredatus. l. Papinianus.§.ſi Imperat.& ibi Bart.ff. de inoffic. testa. & ibi gloſ. & l. ſi quis ad declinandam.C.de epiſc. & cleric. vbi gloſ.in ver. ſimili modo. quæ dicit, Si quis velit inſtituere eccleſiam, & filium exhæredare, alium quærat quàm Auguſtinum. Bald. l. & in epiſtola.j.col.in fin. C. de fideicom.dicit eſſe nullum. Idem ſi filio eſt relicta legitima, ſed non titulo inſtitutionis. Bart.l.j.q.ij.v.princ. in xv. col. de Sacroſan. eccleſ. & ibi vide Bald. Alex. tamen contrà conſil. lxxxvj. iiij. part.

5 Eſt autem *irritum teſtamẽtum*, quod ab initio valet, ſed ex mutatione ſtatus teſtatoris vis eius quoque fit languidior. §. alio autẽ modo.inf. eod. & l.ſi quis filio. §.irritum.ff.hoc tit.

6 *Et irritum dicitur*, quod effectu firmum non eſt.xj.quæſt.iiij.cap.irritam.

7 *Iniuſtum teſtamentum eſt*, quod non iure ciuili factum eſt. & ideo generaliter denotat nullum. Et quidem quando teſtamentum ſit nullum, vel non, ſequens tabula docebit. ꝑter Oldrad. cõſil. clxxj. inci-

incipien. thema tale est, Titius.

In quo vnus filius est præteritus, & alter institutus, vel pia causa. Bart. l. j. in v. q. princi. xv. col. vers. secund. C. de sacrof. eccles.

Continens præteritionem emãcipati, ipso iure, vt habet glo. & Flo. l. si extraneo. ff. de vsufru.

Continens præteritionem filij in potestate, ipso iure. l. si ita scriptum. §. testamentum. & ibi Dd. & Alex. de liber. & posthu. & l. si filius, qui in potestate. eod. ti.

In quo filius est institutus in re non extante. glos. in l. iij. §. sed vtrum. de mino. Bar. l. suus quoque. in princ. in vlt. col. vers. quęro quid si pater. ff. de hęred. inst.

Sine institutione hæredis. l. j. in fin. de vulg. & pup. Bart. l. cohæredi. §. fin. eod. tit. l. proximè. ff. de his quæ in testa. delen.

Testamentum est nullum

Continens institutionem incapacis, puta Fratrum Minorũ, nisi habeat cohæredem, vel substitutum, quia incipit valere in personam cohæredis vel substituti. Bald. in authent. ingressi. in viij. col. vers. circa prim. pon. de

Sacrosan. eccles. Bart. l. iij. de his quæ pro non script. hab.

In quo verba non diriguntur ad filium, cui relinquitur, sed ad hæredem: vt, Relinquo bona mea Titio, & volo vt Titius hæres det filio meo ducenta. Casus est singularis secundum Barto. l. pater filium. §. final. de legat. iij. Castrens. in authentic. vnde si parens. C. de inofficioso testamento.

In quo filio relinquatur res minor legitima sua, cum prohibitione iuris accrescendi. Bald. l. quoties. in iiij. oppos. C. de hæred. instit.

Si duo reperiantur eadem die condita, & de prioritate non constet. l. j. §. j. & ibi Bart. in j. quæst. ff. de bonor. possess. secun. tabul. post glos. ordina. ibi & Bart. l. si duas. in princip. in lec. Nicol. de Neapolis, in vltima col. in vers. vltimo dicit glos. ff. de excus. tut. Tanc. in summa tit. de iurisdict. q. v. quia incertus est hæres ex quo adeat hæreditatem.

Non subiacens querelæ ex priuilegio: ratione solennitatis omissæ. Bald. l. cùm lege. in 2. no. C. de episcop. & clericis.

Continens

Continens legatum omnium bonorum, nisi institutionem etiam, in vno nummo contineat. glosa in §. aliud quoque. in ver. præterire. in authentic. vt cùm de appellatione cognoscitur.

Continens præteritionem filij, non inserta causa, quia noluit institui, licet probetur quòd filius dixerit metu factum ipso iure. glos. sing. l. ij. C. si quis aliquem testari prohibue. in ver. remoueri. secundum Ioan. de Imola, l. j. ff. eodem tit.

Continens præteritionem posthumi, etsi posthumus illud approbet. Bald. l. si cùm vel in vtero. C. de testament. milit. versic. ex hoc infero. Nec quidem etiam conualescit, etiamsi testator vixit tantum post natiuitatem filij, quòd potuit illud mutare, & non mutauit. Bart. in consil. xcj. & Alexand. cxlij. ij. part.

Continens præteritionem à matre. Castrens. consil. cccij. incip. dictum testamentum.

In quo posthuma est hæres instituta: & si intrabit monasterium, in ducé ta tantú. Bald. l. si pater. ij. col. in ver.

iuxta hoc formo.C.de instítut.& substitut.

Continés preteritionem legitimati.Castrens.consil.ccxxiiij.

Ex persona hęredis incapacis vel legatarij: vndecim casib.notatis per Specul.eod.§.compendiosè.ij.chart. vers. ij.oppono.

Ex persona testatoris intestabilis in sedecim casibus, quos ponit Specul. de instrum.edit.§.compendiosè.in princip.Panorm.in rubric. de testa. j. & ij. col. vbi enumerat xviij. casus. de quo vide §. testamentum de quibus.vers. j.

3 *Testamenti nullitas* autem cùm proponitur,sufficit in libello petere hæreditatem ab instítutis, qui si excipiant de testamento,replicet de nullitate, vel petat ex officio declarari testamentum nullũ, petat hęreditatem ab instítutis. Bart.l. filio præterito.xiij.col.in fin. vers. quæro ex prædictis. ff. de iniust.testa.& Bald.l. suus.C.de repu.hære.j.colu.in vers.nota hîc duplicem mod.

9 *Testamentum imperfectum,vel non solenne dicitur*, si non relegatur testibus & testatori.l.fideicommissa. §.quoties. de lega. iij. nec testamentum dicitur imperfectum,licet desit verbum (instituo)si sint

modò

modò alia verba æquipollentia. Item testamentum imperfectum probat voluntatem defuncti in fauoré coniunctę personæ. l. in testamento. & ibi per Bart. ff. de fideicommiſ. libert. l. fin. ff. de rebus eor. & Bar. l. ij. §. testamentum. quemadtestament. aper. videlicet quò ad legata & fideicommiſſa tantùm. d. l. in testamẽto. Mat. Inn. Idem in testamento irrito d. l. Paul. & ibi Bart. de re. eo. Item fauore piæ cauſæ. Bart. d. l. in testamento. Deinde testamentum imperfectum probat naturalem obligationem. Testamẽtum tamen imperfectum ratione voluntatis imperfectę nõ valet, etiam inter liberos. gloſ. in ver. futuros. in ver. item hoc fallit. & Bart. l. ſi is qui. j. col. ver. opp. l. hac conſultiſsima. ff. de testa. Bald. l. hac cõſultiſsima. §. ex imperfecto. j. oppoſit. C. eod. tit. Item nec ad pias cauſas. Bald. l. ex ea. in princ. ff. eod. tit. ſed Bart. contrà l. in testamento. C. de fideicomm. libert. Demùm testamentum quando imperfectum habeat locũ. Bart. l. iubemus. C. de testament.

Testamentum dicitur perfectum, quando testator coram notario & testibus rogatis declarauit voluntatem ſuam de inſtitutione, & legatis, quam tamen notarius 10

rius tunc non scripsit, sed testator ei dixit vt etiam publicet post cras. Alexand. consil. lxxiij. j. parte, & consil. sequent. Ita vt perfectum seu solenne plenariè & rectissimè habeatur testamentum, quando tota voluntas testatoris est completa, & declarata. Bart. l. si is, qui. j. col. in fin. vers. quæro quando dic. ff. de testa.

II *Testamentũ vitiatum, vel rasum est suspectum, & non valet.* l. fin. & ibi Dd. C. de edicto diui Adria. tollen. nisi fit subscriptum à plurib. notarijs. glos. not. l. si quis ex argentarijs. §. j. in ver. editionis. & ibi Ioan. de Prat. & moder. ff. de eedend. Attamen *abbreuiatũ valet*, si legi possit. Bar. in auth. quod sine. C. de testa. *Testamentũ aũt cancellatũ* si petatur publicari, & edi, publicet cũ interlineaturis, et facta mentione de eis. Bart. l. ij. §. testamentum. ad fi. C. quemadmo. testa. aper. & Angel. in rep. vers. testamentum. Et licet nonnulli dicãt IC. testamentum reuocari incertis modis: tamen eius sumus animi, vt si non omnes, saltem præcipuos subnectamus.

Corá principe, vel eius consensu factum, sine eius consensu. l. omnium. & ibi Bart. in iiij. not. C. de testam.

Etiam ad pias causas reuocatur per resurrectionẽ testatoris miraculosam, si fortè cõtingat, quod rarum. Bart. l.

j.q.v.prin.xix.col.de Sacroſ.ec.

Secundum iuratũ,per primum habens clauſulam derogatoriã. Ita not.Bal.l.ſancimus.in ij.col. verſ.quærunt hîc Dd. C. de teſta.ſequitur Mar. Anto.Baue. in ſuo tract.de virtute Iuramenti.

Etiã ſi in eo ſit inſtitutus Prin ceps,vel Deus.l.ſi quis. & ibi Bal. C.qui teſtam fac.poſ.Etiamſi ſit quoque approbatum per princi-pem.l.omnium.& ibi Bart. C.de tẽſta. Imò & Papæ. l. cùm hæredes.& ibi Bald.qui teſta.fac poſſ.

Teſtamentum mutatur vel reuocatur tollitúr-ue: aut infirmatur,

Primum, per ſecundum ipſo iure.Bal.l.fin.vlt.col. verſ. item cum prim.C.de codicil.Alex.cõ ſil.38.& hoc quidem,quia tacitè habet ſecundum clauſulam,Ceſ-ſans,&c.Bald.l.fin.v.q.cir. prin. C.de edict.d.Adri.Attamen primum non reuocatur per ſecun-dum non perfectum. gloſ.l. ſi is, qui.in verſ.futuros.ff.de teſta.& Card.in Clem.j.xxvj.quæſt.de teſta.& quod not.l.hac conſultiſ ſima.§.ſi quis autem.& ibi Bald. C.de teſt. & Oldrad.conſi.cxix. incip.Titius concludit teſta.vbi dicit quòd teſtamentum primũ

ſolenne non tollitur per ſecundũ ſcripum manu teſtatoris,& non lectũ per notarium.

Primum per ſecundum non ſolenne in quo ſint inſtituti venientes ab inteſtato, vel filij: quia reducitur res ad cauſam inteſtati. Bald.l.eam,quã. vij. col.verſ.extrà quęro. C. de fideicõ. & Bart.l.militis.§.veteranus.de teſta.milit.hoc tamẽ verum eſt, ſi in primõ ſit ſcriptus hęres extraneus.l.hac conſultiſsima.§.ſi quis autem.C.de teſta.ſiue etiam venientes ab inteſtato, ſecundũ Caſtr.in conſil.cccIxij.per d.§.ſi quis. ſubaudiendo ibi,maximè,quod eſt ſingulare.vt & Alex.tenet conſ.clxvij.& pleniùs conſil.lxxxv.part.iiij.d.l.ſi filius.contra Raphaelem ibi,de liber.& poſthum.

Primum perfectum quò ad legata. Bald.d.l.hac conſultiſsima. §. ſi quis. per teſtamẽtum ſecundũ imperfectũ. vt Card.in Clem.j.xxvj.q.de teſta.vbi dicit valere primum, quò ad inſtitutionem, non quò ad legata,quæ nuda volũtate potuit teſtator tollere, & fideicommiſſa: ſicq; ſecundum imperfectum cœptum poſt decem annos operatur circa legata, & fideicommiſſa

in

in primo. per l. si iure.

Primum non solenne cum duobus testibus inter liberos reuocatur per secundum inter extraneos cum septem testibus, si testator dicat nolle primũ valere, & aliud faciat solenniter. auth. hoc inter liberos. C. de testa. & in corpore de testamento imperfecto. §. & si quidem. & ibi Angel. col. viij. Sed si secundum est inter liberos, etiam non solenne sicut primum, reuocatur primum: quia vtrunque quò ad filios est solenne & perfectum. Angel. ibid. post glos. & vide Alex. consi. lxxxvj. vj. col. iiij. parte.

Primum solennius septem testibus factum, per testamentum secũdum in terris ecclesiæ factum coram duob. testibus & notario, secundum Fede. de Sen. consil. ccxxvij. incip. factum tale qui. &c. Ioan. de Imol. l. nemo potest. de lega. j. Ludoui. Pon. in authent. similiter. ad leg. Falc. & Alex. de Imol. consil. cxcvij. ij. col. ij. parte.

Primum, in quo Notarius confecit Instrumentum, per secundum testamentum per testes probatum. Alex. consil. cxxxvj. iiij. parte.

Primum, si hæreditas adiri potest

ex ſecundo de iure ciuili. Bar. l. ſi quis eum. §. fin. verſic. iuxt. l. noſtram. ff. de vulgar. & pupil. & ibi gloſ. & Imol. & l. cùm in ſecundo. de iniuſt. teſta. & l. ſi filius, q in poteſtate. de lib. & poſth.

Primum, in quo teſtator iurauit ſe non facturum aliud, per ſecundũ, non obſtãte iuramento. Bart. d. l. ſi quis in principio. in vlt. col. in princ. in ver. quæro quid ſi teſta. & no. xiij. q. ij. vltima voluntas. & ibi gloſ. & Cyn. & l. j. C. de Sacroſan. eccleſ. in Specu. de lega. §. nunc tractemus. verſ. ſed ſi legatus. Caſtr. conſil. lvij. & conſil. ccxiiij. quod maximè verum eſt inter filios. Oldrad. conſil. cxxvij. licet contrariũ teneat ipſe Imol. d. l. ſi quis. §. fin. &c. cùm contingat. de iure iur. & Anchar. in regula ea quæ. Bald. c. item ſacramẽta. in vlt. col. de pac. iur. fir.

Primum, ſi teſtator dixerit coram ſeptem teſtib. ſe velle inteſtatum decedere, & primum teſtamentum non valere. per Alex. conſil. ciiij. ij. part. & per eundem l. ſi ita. §. regula. de liber. & poſthum.

Primum per ſecundum factum intra decem annos poſt primum, ſi in ſecundo tollatur clauſula derogatoria poſita

posita in primo,& ei specificè derogetur:quod non requiritur,si secundum fiat post primum, post decem annos. Salicet.l.sancimus.C.de testam.Alex. consil.vij.iiij.parte.

Primum continens institutionem capacis, per secundum continens institutionem incapacis, cùm hereditas fisco debeatur. l. cùm quidã. ff. de his quib. vt indignis.

Primum habens clausulam derogatoriam secundi specialem, quãdo vnicum tantùm præcesit p testamentum secundum cũm clausula reuocatoria cuiuslibet alterius testamẽti:sed si plura præcesserint, debet in vltimo fieri specialiter mẽtio de clausula derogatoria:secundum opin. Dd. l. si quis in princ. de legat.iij. & glos. l. si mihi. §. in legatis.de leg.j.Sed Angel.Imol.Raphael & Castrens.vt refert Alex.contrà sentiunt.l. ij. de liber.& posthum. & Bald. l.humanum. C.de legibus,& in Authent.hoc inter liberos.de testa. & Angel.consi.cccxiij.quidam d.Nãcia.& Raph. d. l. si quis. scilicet quòd non referat an vnum an plura testamenta præcesserint.Alex. idem in cõsil.cxxxiiij.j.part.

Primum,

Primum, per testamentum secundum continens præteritionem filij, & institutionem venientium ab intestato, si filius præteritus viuo testatore moriatur. l. si duobus. §. si prius. de bonor. possess. contr. tab. vid. Alex. Dd. & glos. l. si filius. de liber. & posthum.

Primum cum clausula: Si non valet iure testamenti, valeat iure donatiõis inter viuos vel quocunque modo valere posit. per secundum testamentũ: & sic hæres ex primo non potest niti ex donatione. Bald. l. ex testamento. vers. quæro. C. de fideicommis. Alex. l. stipulatio hoc modo. prim. col. de verbor. oblig. Bald. Angel. & Imol. l. hæredes. §. fin. de testa.

Non solenne inter filios, per secundum solenne inter extraneos. Angel. §. & siquidem. authent. de test. imper. declarando tamen, vt ibid. per eum. & ibi text. & in authent. hoc inter liberos. C. de testa. Item per secundum nõ solenne inter filios. vt Angel. vbi sup. & Alex. consil. lxxxvj. iiij. parte.

Filij natiuitate. l. tale. §. final. & ibi Bald. & Castrens. ff. de pact.

Primum solenne per secundum pium, vel ad piam causam, licet non solenne.

lenne. Bald. l. si iure. de lega. iij. Bart. l. in testamento. de testa. l. fideicommissa. §. j. de lega. iij. Ioan. de Imola l. si is, qui. ff. de testa. c. quia ingredientibus. eod. tit. Alex. consil. lxxxvj. parte iiij.

Primum antè factum etiam cum septem testibus ad causam profanam, & etiam sine cursu decem annorum per testamentum secundum coram duob. testibus factum post ingressum monasterij. Anton. de Butrio c. in præsentia. versic. ex his deciditur. de probationib. Alex. consil. lxxxvj. iiij. parte.

Præterea si appetas scire testamentum an, & quando reuocetur, tollatur, mutetur, vel infirmetur per secundum, vide in Speculat. de instrum. edit. §. compendiosè. vers. tertiò oppone. & Alex. consil. vij. iiij. part. & in consil. lxxxj. iiij. parte, et xxxvij. j. parte. 12

Testamenti error seu reuocatio, vel infirmatio requirit tot testes, quot testamentum exceptis casibus suprà commemoratis. not. l. cùm proponebatur. de lega. ij. Bald. l. fin. C. de fideicom. in lect. antiq. Et testamentum debet commutari eadē cum solennitate, qua fuit conditum. l. hę redes palàm. §. j. & ibi Dd. & Bar. in prin. de testa. Bart. l. cùm proponebatur. vers. 13

quæro per quot teſtes. ff.de leg. ij.p Bal. l.fin.in penult.col.verſ.ſcias per quot teſtes. C. de fideicom. & l. errore. ij. q. C. de teſta. Alex.in rub.ff.de acq.poſſ.l.quẽ admodũ.eod. tit.& in conſ. cxl.j. part.

14 *Teſtamentum ergo* vel reuocatur coram tribus teſtibus, vel apud acta cum curſu decennij.Dd.& Caſt. ſingu. l. ſancimus. in fin.C.de nupt.& Alexan.l.ſi ita.§.j.de lib.& poſthum.

15 *Teſtamentum debet* aperiri poſt mortem teſtatoris.l.ij.ff.quemad.teſta. aper. niſi teſtator velit aperiri eo viuo. quod poteſt.l.ij. & ibi Angel. & Caſt. C.eod.tit. nam teſtamẽtum non apertum mortuis teſtib. non probat.gloſ.ſing.in verb.obſignentur.ſecundum Bart.in verſ.quęro quid ſi teſtes.d.l.ij. C. quẽad. teſta. aper. l.ij.in prin. vbi Bart. ff.eod.qui dicit verum eſſe in teſtamento in ſcriptis, quòd corruat,ſi vnus teſtis moriatur antè,quã publicetur,vel viuo teſtatore, niſi eo viuo facta fuerit recognitio ſubſcriptionis,& ſigilli à teſte corã Notario & teſtib. vel etiã tempore ſubſcriptionis fuerit rogatus alius notarius de ſubſcriptione illius, vel niſi viuo teſtatore aperiatur. vt ibi per Bart.& Bald.in addit.Spec.de inſtru.edit. verſ.ſi deceſsit. & Bart, Cepol. in çaut.

in caut. xvij. & seq. Bald. l. ij. C. de fideicommiss.

Testamentũ debet insinuari. vt l. testamẽ ta. l. cõsulta. & l. omniũ. C. de testa. & quidem ex forma statuti non debet insinuari per substitutum pupillarem viuo pupillo, sed per substitutum fideicommissarium. sic Bar. l. is potest. in iij. col. in fi. vers. hoc dixi iã pluries. ff. de acq. hæred. Nam testamentorum insinuatio est meri imperij. Speculator de iurisdic. omni. iudi. vers. nota. & secundum quidem insinuatum præualet primo etiam habenti clausulam derogatoriam. Bald. l. sancimus. col. vlt. versic. idem puto si testamentum. de testa. 16

Testamentorum editio vel codicillorum per quos peti possint & qualiter, docet Specul. §. j. de testa. & quidem quia sunt communia, ideo inter hæredes & legatarios sunt exhibenda. vt idem Specul. in instru. edit. §. videndum restat. versic. ex præmissis. etiam si reuocata: itẽ filio præterito. Bald. l. final. C. de edend. in vij. col. vers. ij. quæritur. Imò quod plus est debent exhiberi cuicunque iuranti sua interesse. Bart. l. fin. ff. de tab. exhibend. l. j. in prin. ff. quemad. testa. aper. item ad fundãdum ius in testamento. Bart. l. fin. 17

Item & quando est quæstio inter hæredem scriptum & legitimos. ibid. Deniq; testamentum primum debet edi, non in totum lacerari etiam iussu testatoris, sed cassari. Bart. l. ij. §. testamentum. & §. etsi plura. ff. quemad. testa. aper.

18 *Attamen testamentum integrũ*, & in particula, potest exhiberi legatario cũ substantialibus suis. Bald. in addit. Specul. de instru. edit. in xij. col vers. integrum. & ibi per Specul. §. ostenso. vers. si autem. Et debet edi exhæredato, & legitimis sine die, & consule, de mandato iudicis. Bald. l. iij. in ver. contrarium dico. C. quemad. testa aper. in antiq.

19 At omnium postremò, probatur testamentum, per instrumentum habẽs duos vel tres testes. vt Specul. de probat. §. videndum. vers. ante testamentum. vt & perditum probatur per duos testes. & de materia per Benedict. in repetit. c. Raynutius. in verb. testamentum. j. fol. 187. col. j. de testa. tamen eius error non probatur per duos testes. vt inquit Alex. sed per tot, quot in eo requiruntur. cons. cxl. j. part. sed benè interim redditur suspectum etiam ex dicto vnius testis. l. j. in fi. per glos. Bar. in ij. col. in vers. quando cõ tradicunt Instrumẽto. ff. quẽad. testa. ap.

Et

Et *testamenti Instrumentum* authenticũ factum & collationatum coram septem testibus si perdatur, probato casu amissionis, & tenore testaméti per duos testes, erit probatum testamentũ. quod est not. secundum Bald. per illum tex. l. testium. in vlt. notab. C. de testi. vide Alexandrũ l. ij. in vlti. colum. vers. extra glosam. C. de bonorum possessione secundum tabulas. 20

Sed ne hoc omittatur plus quàm necessarium scitu, circa id quod suprà dict. est. Quòd per testamentum imperfectum posterius rumpatur priùs factum iuxt. l. sancimus. C. de testa. istud dictum fallere in octo casibus, vt altius repetamus. 21

Modus seu casus

1 Quãdo testator dixit, se nolle prius testamentum valere. Et elapsi sunt x. anni: tunc enim prius rumpitur. vt d. l. sancimus.

2 Quando primum fuit minùs solenne iure cõmuni, & secundum minùs perfectum erat militare. vt ff. de testamento milit. l. eius militis. §. militia.

3 Quando secundum est minùs perfectum iure communi, est tamen perfectum iure militari. vt l. ij. ff. de iniust. rupt. irrit. testa.

4 Quando in secundo minùs perfecto instituti sunt venientes ab intestato. C. de testam. l. hac consultissima. §. si quis.

5 Quando testator non solùm reuocauit primum verbo, sed etiam facto, quia incidit primum testamentum, & si hoc fecit, quia voluit decedere intestatus, tunc succedunt veniẽtes ab intestato. Sed si hoc fecit, quia reputauit institutum hęredem esse indignũ, tunc succedit fiscus. In dubio tamen præsumitur quòd fecit, quia voluit decedere intestatus. vt l. nostram. C. de testament. Si tamen testamentum consumptum vel corrosum sit à tineis vel à muribus & alijs eiusmodi, non reuocatur vel rumpitur per hoc, si nomen hæredis posit adhuc videri. vt l. j. §. si rasæ sint. ff. de bonor. possessione secundum tab. & d. l. nostram.

6 Quando hęres adiuerit hæreditatem ex secũdo testamento, quod putauerit esse validum, rumpitur primũ, non per secundum imperfectum: sed quia ex primo non aditur hæreditas. vt l. Claudius. ff. de acquir. hæred.

7 Quando testator in secundo imperfecto expresserit hæredem institutum

tutum in primo esse indignum, rumpitur primum: quia fiscus venit ad hereditatẽ. vt l. hęreditas. C. de his quib. vt indig. licet aliàs in codicillis seu testamento minùs solenni non directo posset auferri hæreditas. hoc tamen fieri potest, quando testator exprimit hæredem indignum esse. Si tamen in illis quod legatum est in primo legetur alteri, adimitur legatum: sed non hęreditas. vt l. ex parte. ff. de adimend. & transferend. lega.

8 Quando in secundo imperfecto ponatur clausula, SI NON VALEAT IVRE TESTAMENTI, VALEAT TAMEN IVRE CODICILLORVM, VEL CVIVSCVNQVE ALTERIVS VOLVNTATIS VLTIMAE. Nam per hanc clausulam inducitur ademptio hæreditatis à venientibus ex testamento, quæ quidem ademptio confirmatur per aditionem hæreditatis venientium ab intestato. vt not. Bart. l. si iure. ff. de lega. iij.

Testamentum autem dicitur solenne, 22
quod certis obseruationibus suis est perfectum: à solo vel à solito dictum. Sic solennia quoque munera Iurisconsultus vocat, quæ certo tempore ex moribus

mittebantur. Zaſ. l. ij. ff. de orig. iur.

23 *Teſtamentum ruptum* & ratum ſunt contraria. Cic. de Orat. Teſtamentorum ruptorũ, aut ratorum iura. niſi quòd propriè teſtamenta dicãtur rupta, dum anteà fuerint facta firmiter & iuſtè: ex opin. Cuiac.

24 *Teſtamentum ruptum* ampliùs rumpi nõ poteſt. iuxt. l. ij, vbi Bald. j. oppoſit. C. de bonor. poſſeſ. contra tab. Specul. de dolo & contu. in prin. verſ. j.

TITVLVS XVIII.

De inofficioſo teſtamento.

REſcindantur quomodo teſtamenta aperit hoc tit. Imper. veluti ſuprà prox. tit. declarauit, quemadmodum vel teſtamenta etiam iure facta infirmentur, ſine facto hominis ipſo iure: quia ſæpè alioqui fiat, vt teſtator firmum et ſolenne poſt ſe relinquat teſtamẽtum, tamen in eo ſine cauſa aut exhæredet aliquem, quẽ tenebatur inſtituere, aut tacitè, et nulla ipſius facta mentione prætereat, ceſſantibus alijs remedijs. Interim de inofficioſo queri nemo vltra fratres, ſorores, liberos

beros et parẽtes potest, vt infrà in tab. suo loco declaratur latiùs. Et tunc demùm liberi maximè cõqueruntur de inofficioso, quãdo nullo alio iure ad defuncti bona possunt peruenire, & nihil penitus illis sit ex testamento relictum, id est quartam legitimam non habeant.

Testamentũ quidem inofficiosum est, quod 1
contra et non ex officio pietatis paternæ confectum est à parentibus, filiis sine legitima causa exhęredatis. l. 3. et 4. ff. eod. inductis vt plurimum nouercalib. delineamentis et persuasionibus. Hinc querela inofficiosi, qua liberi contra parentes agunt, vt qui eos vel sine iusta causa, vel iusta sed non probata, exhæredarint Marc. l. nam et his. ff. de inoffic. testam. Huius verbi de inofficioso, vis illa, inquit, est, docere immerentem se, et ideò indignè præteritum, vel etiam exhæredatione summotum. Hęreditas enim paterna liberis naturali ratiõe debetur, ad quam eos et natura et commune parentum votum vocat. Sed parentes ad hęreditatem liberorum ratio commiserationis admittit. l. scripto hærede. ff. si tabulæ testa. nul. extabunt. &c. l. nam et si parentibus. in princ. ff. de inoffic. testa. Vnde fit, vt infirmetur testamẽtum officio

iudicis per querelam inofficiosi: scilicet qua imploratur iudicis officium nobile, vt aditione hæreditatis ab eo infirmata, hereditas deriuetur ad causam intestati. Est enim querela illa præparatoria ad petitionem hæreditatis, vt volet Castrens. in Rubr. C. eod. ita vt exhæredatis, vel iniustè præteritis succurratur,

Hisce nẽpe remedijs:
- *Iuredicendi testamentum nullum.*
- *Possessione bonorum contra tabulas.*
- *Querela inofficiosi testamenti.*
- *Supplemento legitimæ.*

2 *Cumq; querela* sit remedium extraordinarium, tum demùm illi locus erit, cùm alia cessent, & exhæredato vel præterito sine causa nihil est relictum, vnde legitimam consequi possit. Sed si deest aliquid legitimæ, querela inofficiosi testamenti cessante, actio ad supplementũ legitimæ intentari debet. l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. eod. & l. omnimodo. C. eod. & §. sed hæc ita. & §. fin. hoc tit.

Querela inofficiosi cõpetit

- Descendentib.
  - Omnibus filijs sine causa à patre exhæredatis, vel à matre præteritis. l. liberorum. ff. de verb. significatione.
  - Liberis naturalibus & legitimis simul.
  - Legitimis tantùm, hoc est, adoptatis ab ascendente, vel arrogatis.
  - Non naturalibus & spurijs: nisi in testamento matris. §. 1 & 2. hîc. & d. l. Papinianus. ff. eod. & glos. l. 1. verb. naturales. ff. de bonorum possessione contra tab.
- Ascendentib.
  - Patribus à filio, non milite, sed emancipato exhæredatis.
  - Et quidem ascendentib. in infinitum, obseruata eadem distinctione parentum. Eadẽ enim remedia hoc loco parentum sunt, quæ & liberorum, secundum Plat. d. §. 1. nu. 5.
- Collateralibus
  - Vicinioribus, vt fratribus, & sororibus, vtrinque coniunctis, hoc est, germanis, seu cõsanguineis, ex legitimo matrimonio natis, non autem vterinis, exhæredatis, turpi persona hærede instituta, nisi & ipsi turpem vitam agant, vt vsurario, infami, lusore, & similibus secundũ tab. hîc. in d. §. infrà numero 3. & l. fratres. C. eod.

Nõ cõpetit his, quib. aliquid in testamento ẽ relictũ

- Siue legitimam habeãt portionem, quæ
  - Olim relinqui poterat titulo
    - Donationis.
    - Legati.
  - Hodie titulo institutionis tantùm relinqui potest.
- Siue nõ habeant: sed qui non habent, agunt ad supplementum legitimæ, quæ portio filiorum est
  - Trieẽs, si sint quatuor vel pauciores
  - Semis, si sint plures.

  Eius partis quã ab intestato habituri erãt.

Querela

3 *Querela inofficiosi*, scilicet testamenti, ius quoddam est rescindendi testamentum vel donationem vel dotem in totũ captam. Non quidem est actio, (vt quidã tradidere) quoniam non agit, vt quid detur. Neq; accusatio: quoniam neminem super punitione accusat. Mediam itaque viam obtinet, & aperit viam succedenti. An verò querelę nomine veniat actio, an accusatio, & eadémne sit quæ petitio hæreditatis, vel officium iudicis dici debeat, differunt Doctores l. j. C. contra tab, l. posthumus. §. penult. & l, qui de inofficioso. ff. eod. Sed vanè & pueriliter. Nam Iurisconsulti promiscui appellãt aliàs actionem. vt l. ij. & l. quemadmodum. ff. de inoffic. aliàs accusationem. vt l. si instituta. & l. si suspecta. ff. eod. tit. aliàs vt communiter, querelam. quam vocem modestiæ causa vsurpãt, ad denotandam hanc actionem: quæ locum quando habeat alibi declaramus. Viglius admonuit ἐν τῷ βασιλικῷ, Græcos probare conari, Querelam esse causam ipsius actionis, vocareq; petitionem hæreditatis de inofficioso. quemadmodum enim, quòd quis in testamento scriptus est hæres, causam illi petundæ hæreditatis præbet. l. j. ij. iij. ff. de petit. heredit. ita & quòd inofficiosè

ficiosè exhæredatus vel præteritus est:& vt non ipsa hæredis scriptio, vel institutio, sic nec inofficiosi querela actio est, sed actionis causa. Sic Orphicianum, Tertyllianumq; S.C. causam actioni præbét, actiones dici nequeunt: idq; & Scæuolæ autoritate probant. d.l. qui de inofficioso. fac.l. si quis filium. C.eod.& Vlp.qui plura esse iudicia petitionis hæreditatis significat.l.diuus.§.final.de petit.hæredit.Plura autem sunt ex causarum diuersitate. Legitur tamen interdum & inofficiosi testamenti actio dicta l. quemadmodum.sed & creditæ pecuniæ actio inuenitur: quum tamen nulla sit propriè creditæ pecuniæ actio, sed condictio significatur, q̃ ex creditæ pecuniæ, id est, mutuo numeratæ causa procedit. Item actio ex stipulatu, vbi incertum est, propriè datur. Instit.de verborum oblig. in princ. Nonnunquam tamen ex stipulatu actio in re certa dicitur, vt ex stipulationis scilicet & interrogatiõis causa procedere condictio significetur: atque hoc modo, & ipsa querela actio appellatur, pro petitione hæreditatis, quæ ex causa oritur.

Querelam

Querelã habere dicitur { *Res* } *Cùm ex ea querela nasci potest.*
{ *Persona* } *Cùm queritur de iniuria, vel molestia aliqua.*

4 *Querela præparata* (quæ non nisi extraneis datur. l. si quis filium. l. scimus. in fi. C. de inoffic. testa.) dicitur, quæ in controuersiam aliquo modo perducta est. Præparasse autem querelam videtur is, qui ad denunciationem, vel actionis editionem processit: multò magis qui litem contestatus est. l. quemadmodum. ff. de inofficioso testamento.

5 *Competere nobis dicitur*, quod iure possumus. glos. l. damnum. in princ. de damno infect. hinc competẽs tempus. l. fortissimi milites. C. de erog. milit. annon. Competens tribunal apud Vlp. l. sed & eæ ff. de procur.

6 *Descendere*, pro nasci, oriri, apud Vlp. tum cæteros reperias. Hinc à nobis nati descendentium nomine veniunt, qui cũ ascendentibus rectam lineam constituunt: de qua vulgatum illud, Nullos ascẽdentes inter se posse cõnubium contrahere. Quare si Adam hodie superstes esset, non posset ducere vxorem, pro glos. l. nuptię. ff. de rit. nupt. sup. de nupt. §. inter eas.

Colla-

Collaterales seu trāsuersales, qui ex, seu à latere, & transuerso, coniuncti sunt: vt fratres & sorores, eorumq; liberi. vt inf. de gradib. cognat. 7

Consanguinei tantùm: ὁμοπάτριοι. Phil. lib. de spec. leg. item ἀμφιμήτορες, qui ex eodem tantùm patre sunt, non quidem matre.

Et qui dē sunt fratres quadruplices:

Consanguinei et vterini simul sunt etiam vt attestatur Nicasius Voerda hoc tit. secunda opposit. et germani: qui ex vtroque parente sunt nati, ἀμφιθαλεῖς, vt notatum reperimus in Græco indice. sed et αὐτάδελφοι dicuntur. his opponuntur ἑτεροθαλεῖς.

Vterini, qui ex eadem matre nati sunt, et duobus parentibus. ὁμογάστριοι, ὁμομήτριοι, ὁμογάλακται, ὁμογενεῖς, ὁμογνίοι, ἀμφιπάτορες, quasi, qui ex eodem vtero prodierunt.

Et quibus modis ab istis reddatur testamētum irritum, vel habeatur pro officioso: vt infirmetur legere est apud Iurisconsult. toto illo tit. ff. de iniust. nupt. & 8

irrit.

irrit. facto testamẽto. Et contra quos detur querela inofficiosi testamenti: nempe contra hæredes scriptos vel nuncupatos, tam directos, quàm fideicommissarios cuiuscunque dignitatis. l. Papin. §. si imperator. ff. eod. l. j. & l. si hæredem. C. eod. tit. Et quidem datur querela inofficiosi testamenti ad rescindendum testamentum, quod ad hęredis institutionem attinet: vel ad consequendam legitimam, quam quis alia via habere nequit. d. l. Papinianus. §. si quis impuberi. & Castrens. d. rub. C. eod.

9 *Liberi* siue in linea paterna siue materna iniustè exhæredati vel prætériti ergo possunt querelare testamentum parentũ quasi cõtra pietatem factum. & sic è contrà testamentum liberorum querelatur à parentibus iniustè exhęredatis vel prętéritis. Et similiter testamentum fratris vel sororis querelatur à fratre vel sorore iniustè exhęredato vel exhęredata, si institutæ sint turpes personæ (hoc est, qui sunt infames ipso iure, vel per sentẽtiam, vel ipso facto) sed vlteriorib. hæredibus
10 collateralibus non datur querela. *Et prætéritus in linea materna tantùm:* quia filius prætéritus à patre, in cuius potestate est, nõ querelat, sed dicit testamentum nullum

lum, sed habet contra tabulas. vt sup. de exhæred. liber. §. emancipatos. hodie tamen etiam dicit nullum. vt C. de liber. præterit. l. maximum.

Querela inofficiosi testamenti potest intentari vsq; ad quinquennium post aditam hæreditatem. vt l. sancimus. C. eod. Est etenim quoddam remedium restitutorium, quod imploratur per officium iudicis: & non præsupponit obligationem neque actionem. vt l. quæ ad collusionē. ff. de act. emp. & vend. Et nō est actio neque accusatio: licet impropriè tamen, vt paulò antè dictum est, aliquādo dicitur actio. vt d. l. quemadmodum. C. eod. & aliquando accusatio. vt l. posthumus. in fin. ff. eodem 11

Sicut filius exhæredatus iniustè querelat testamentum patris, & prēteritus dicit nullum: sic è contrà pater exhæredatus iniustè in testaméto filij ipsum querelat, & præteritus dicit nullum. Et sicut filius prēteritus à matre querelat testamentum matris: sic è contrà mater prætērita testamentum filij. Et intelligitur istud de testamēto filij emancipati. quia filius in potestate non potest testamentū facere, vt sup. quibus non est permissum fac. testam. §. j. 12

13 Et licet frater vel soror possit querelare testamẽtum fratris turpibus personis institutis, filius tamen fratris vel sororis hoc non potest etiam cũ patruo vel auunculo. vt glo. l. fratres. C. eod. Testamento tamen expugnato per patruũ vel auunculum admittitur filius prædictus cum patruo vel auunculo ad successionẽ hereditatis. & hoc vult glos. hîc in verb. vincere. quæ variè & obscurè loquitur.

14 Tam liberis naturalib. & legitimis simul, quàm adoptiuis, qui transeũt in potestatem adoptãtis, & posthumis datur querela, si nihil sit eis relictum. Sed si aliquid eis relictum sit minùs quarta legitima, agunt ad supplementum, & non per querelam.

15 *Legitima* autem est portio bonorũ hæreditariorum, quam pater relinquere debet filijs nõ ingratis institutionis titulo, quæ hodie pro numero liberorum institui solet. Nã si plures erunt liberi, quàm quatuor, erit semissis: sin pauciores, triens, hoc est, tertia pars hereditatis totius paternę. vt memini sup. tetigisse, & quidẽ secundum auth. Nouissima. & ibi Iason. nu. 13. C. eod. Sed fratrum & sororũ legitimã, instituta præsertim turpi persona in testamento fratris, tantùm quadrantem,

drantem, hoceſt, tres vncias eſſe cõprobatur arg. l. Papinianus. §. quarta. ff. hoc tit. Et quanquam huius quartæ non fiat expreſsa mẽtio in Iure Ciuili, abſonum tamen non fuerit per naturalem ęquitatẽ interpretando ſic colligere: quoniam frater debet fratri alimenta. per l. non omni. & l. cùm plures. §. in ſoluẽdis. C. de adminiſt. tut. ſumpto argumento ab alimentis ad quartam, vt Old. claſ. 5. act. 2.

Inofficioſi ſanè teſtamẽti querela ſolùm hodie filijs competit, cùm adiecta cauſa exhęredantur, & adiecta cauſa ab hæredibus non probatur. Viglius in princ. nu. 2. & nu. 3. hîc. licet ipſe poſt Imol. l. j. col. ij. ff. de teſta. ab eo frequenti dogmate deſciſcat. Habebit prætereà locum hæc inofficioſi teſtamẽti querela, correcto Digeſtorum Iure, in teſtamentis, quę hodie vel filijfamilias vel patresfamilias de bonis caſtrenſibus aut quaſi caſtrenſibus exarauerint. Iaſ. l. vlt. nu. 5. C. de inoffic. teſt. quin ſi illa filio legitimè exhæredato non cõpetierit, vel quòd cauſa ſit probata, vel quòd temporis lapſu pręſcripta ſit, eiuſdem tamen filij liberis ac teſtatoris ipſius nepotibus competet. Alex. col. iij. Iaſ. nu. 18. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. ff. de lib. & poſthum. & l. ſi quis filium. 16

um. C.de inoffic.teſt. & l. in ſuis.nu.28. ff.de lib.& poſth. Nec non tentari debet inofficioſum teſtamentum cõtra ipſum hæredem, qui ſi reſtituendæ hęreditatis onere grauatus ſit atq; ante factam reſtitutionem ſuccubuerit, ſententia contra illum lata fideicommiſſario nocebit: ſi verò pendente lite reſtituat, iudiciũ ad fideicommiſſarium tranſibit: at ſi antè, quàm conueniretur, reſtituit, inofficioſi hæc teſtamenti querela in eum, cui reſtitutio facta eſt, ſtatim dirigetur. quippe quia ea in ſpecie ſi feratur contra hæredem ſententia, alteri non oberit, quod etiam procedet, cùm reſtitutio pro parte tantùm facta proponetur. Anto. Gomez.de teſta. cap.xj.nu.15. Hinc etiam euenit, vt teſtamento imperfectè inter liberos condito quæ continentur ſeruari omnia perinde debeant, acſi teſtamentũ ſuis omnibus partibus conſtet, non verò vt ab inteſtato debita. vt receptum eſt à Curt. iun. l.hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. nu.2.C.de teſta. Eman.à Coſt. l.Gallus.§.& quid ſi tantũ.par.j.nu.467. ff. de lib. & poſthum. Iul.Clar. de teſta. quæſt. xiij. Intellige autem, quòd illud demum teſtamentum imperfectũ inter liberos ſuſtinebitur, quod ſolennitatum

non

non voluntatis ratione imperfectum fuerit. Alex. consil. lxxvj. nu. 14. lib. 3. Soc. iun. consil. 147. nu. 30. & seq. lib. 2. Ioan. Cepha. consil. xcix. nu. j. vbi cõplures diligenter laudat. copiosè Iul. Cla. vbi sup. q. ix. vers. penult. & Francisc. Viuius lib. j. opin. ccccx. Censetur autem testamentum inter liberos conditum, quoties ipsi solùm liberi instituuntur, licet alij legatis cohonestẽtur. commune ponit Ioan. Cephal. consil. lxxij. nu. 15. & seqq.

Notandum præterea, quòd si illis, qui volũt querelare, cõpetat aliud ius, tunc non admittuntur ad querelam, vel si eis aliquid acquiratur non per se sed per seruum vel per filium, etiam nõ admittuntur. vt l. nihil. ff. eod. Et ratio est, quia querela est remedium subsidiariũ, quod nõ datur nisi alijs actionib. deficiẽtibus. 17

Et quando dicitur hîc, quòd aliquid est relinquendum liberis vt excludãtur à querela, intelligitur, vt hoc eis relinquatur iure institutionis si fiat testamentum. vt in Authent. vt cùm de appellatione cog. §. aliud. sed si fiat codicillus, vel alia vltima voluntas, tunc sufficit relinquere quocunq; titulo. vt in Authent. de trien. & semis. §. j. collat. iij. 18

Tutor accipiẽs legatum pupillo suo reli- 19

ctum in testamento, potest illud testamentum querelare nomine proprio, sed nõ nomine pupilli qui sic faciendo amitteret legatum. Et tutor querelans testamentũ nomine pupilli sui licet succumbat in querela, nõ tamen perdit legatum sibi relictum in testamento, quod quere lauit. vt, habeo filium, nomine Titium, quẽ exhæredaui, & Titius filius meus est tutor cuiusdam Seij pupilli, cui Seio pupillo ego aliquid legaui. licet tunc Titius filius meus accipiat istud legatum no mine Seij pupilli sui, tamen ipse Titius filius meus adhuc potest querelare testamentum meum. & causa dubitationis erat: quia quando quis accipiat legatum, tunc videatur approbare tale testamentum, & ideò non posse illud testamentũ querelare. vt l. nihil. ff. eod. Cuius contrarium hîc deciditur: quia accipit legatum vt tutor. Casus verò secundi membri sic figuratur: habeo filium pupillum nomine Titium, quem exhæredaui, & dedi sibi tutorem nomine Seium, & illi tutori Seio aliquid legaui: licet tunc Seius querelat testamentum meum nomine Titij pupilli filij, & succumbat in querela, tamen ipse Seius non amittit legatũ suum. & causa dubitationis erat, quia qui

qui querelat testamentum & succūbat, ꝑdit legatum sibi relictū in eo testamento. vt l. Pomponius. §. meminisse. ff. eod. cuius tamen contrarium hîc deciditur: quia querelat vt tutor. Ex quo patet, ꝙ interdum vbi quis non potest agere vt ipse, benè possit agere vt alius. simile est ff. de adopt. l. si pater. §. qui duos.

Habens quartam quocunque titulo nō po 20
test querelare. Et siue vnus siue plures sint querelātes, sufficit ei vna quarta pro virili portiōe diuidēda. vt §. igitur quartam. hoc titulo.

Correcta est ista materia de

1. Quia olim ad excludendam querelam sufficiebat relinquere quartam quocunque titulo. vt ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. in omnibus. Sed hodie oportet relinquere eam iure institutionis si fiat testamentum, vel alio titulo si fiat alia voluntas. vt dictum est § tam autem.

2. Quia olim ad excludēdum querelā non potuit minus relinqui quā quarta. vt §. igitur quartam. hîc. & l. cùm quęritur. C. eodē. Sed si hodie minùs relinquatur, agitur ad supplementum & non querela. vt sup. eod. §. tam au-

inoffi cioso testa- mẽto in no- uem hodie pun- ctis:

tem. verſ. ſed hæc ita. & l. omnimodo. C. eodem.

3. Quia olim legitima fuit quarta pars bonorum. vt l. parentib. & l. cùm quæritur. C. eod. Sed hodie legitima eſt triens quãdo ſunt quatuor filij vel pauciores: & ſemis quãdo ſunt quinq; vel plures. vt authentic. nouiſsima. C. eod. Et ſicut dicitur hîc de quarta, ita debet intelligi de triente & ſemiſſe vt ſolùm vnus detur quando ſunt plures potentes querelare. & diuiditur inter eos pro virili portione, id eſt, quòd quiſq; habeat tertiam partem vel mediã eius, quod habuiſſet ab inteſtato. argumento l. parentibus. C. eodem.

4. Quia olim filius exhæredatus habebat probare, ſe non fuiſſe ingratum. vt ff. eod. l. 5. §. j. Sed hodie hęres habet probare, filium fuiſſe ingratum. vt l. omnimodo. C. eodem.

5. Quia olim poſthumi poterãt querelare vt exhæredati. argumento eius, quod dicitur ſup. eod. §. tã autem. hic. verſic. poſthumi. Sed hodie non poſſunt. quia non poſſunt exhæredari. vt l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. eodem.

6. Quia olim querela nõ præparata non tranſmittebatur ad ſuũ hęredem. vt l.

vt l. posthumus. §. fin. ff. eod. Sed hodie transmittitur ad suũ hæredem. vt l. sancimus. C. eod. Et dicitur querela pręparata, quando quis habet propositum querelandi, & illud propositum expresit. vt l. si pater tuus. C. eodem.

7. Quia olim sufficiebat dicere: exhæredo filium meũ, quia ingratus est. Sed hodie oportet exprimere causam ingratitudinis. §. aliud. in Authent. vt cùm de appel. cognoscat. collat. viij.

8. Quia olim testamentum factum de castrensi vel quasi castrensi peculio non poterat querelari. Sed hodie potest, nisi esset miles faciens testamentum in expeditione. arg. eius, quod dicitur §. sciendum. sup. de testa. milit.

9. Quia olim rupto testamento per querelam, perijt pupillaris substitutio & non debebantur legata. Sed hodie omnia ista manent firma. vt in auth. ex causa. C. de liberis præterit.

Officiosus dicitur, qui se immiscet officijs iuuandi gratia. & *non officiosus*, id est, quietus & domi residens. Interdum pro eo, Cotaneo teste, quod nocet, intelligimus officiosum, ab officiendo. 21

Officium, ab efficiẽdo, ab eo quòd quęritur quid efficere in eo vnumquemque 2

conueniat, pro conditione personæ, vt eleganter tractat M.T.Cicero libris Officiorum: & prorsus consentit cum Græca voce καθῆκον, nisi quòd Latina quã Græca plenior est, sicut Cicero in epist. quadam ad Atticum docet his verbis: Quod de inscriptione quęris, non dubito, quin τὸ καθῆκον officiũ sit: nisi quid tu aliter. sed inscriptio plenior, de officijs. Vtuntur prætereà Latini hoc nomine pro beneficio, vel honesto quodã obsequio, pro magistratu, aut pro eo, quod in publico fit, vt cùm Vlp. dicit: Fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis remotę sunt. l. ij. de reg. iur. Sunt tamen, qui hæsitant, an veteres & probati scriptores sic vsurpauerint, aut saltem rarò feciſſe hoc si fecerũt. Nostris, vt genericum nomen, multa continet. vt not. glos. l. legatis. §. si ex officio. ff. de leg. iij. Sic sumptum & artificiales, & officiales simul operas complectitur. In specie verò, non alias, quàm sui nominis, hoc est, officiales designat, quarum est mentio l. si non sortem. ff. de condictione indeb. Quod admonuit Zasius §. libertus. iam d. l. Iurisconsultus per tropum officium pro officialibus vsurpauit, sicut l. ij. ff. si cert. pet.

Quere-

Quere la autẽ inoffici osi testamẽti expirat,

Competẽte alio remedio, quo quis consequitur legitimã, veluti d.§.tam autem naturales. hoc tit.

Taci ta testamẽti
- Approbatione
- Acceptilatione
- Legatorũ agnitone

Respectu sui ipsius & non alterius. §. si tutor. hoc tit. tul.& l.nihil interest.ff.eodem.

Renunciatione tacita, hoc est, si per quinquennium post aditã hereditatem tacuerit. l. si quis filiũ. in fi. & l. scimus. §. fin. C. eod.

Sed ius agẽdi ad supplementum legitimæ vsq; ad xxx. ãnos durare, Ang. hoc loci affirmat, §. j. nu. 6. Sequitur enim naturam actionum personalium, quæ perpetuæ sunt, vt inf. tit. de perpet. & temporalib. act. dicitur. Et nunc tempus postulat, ad sequentem titulum nos conferamus.

TITVLVS XIX.

De hæredum qualitate & differentia.

FActa

Acta quia fuit mentio titulo xiiij. præsentis libri: idq; seq. & alijs multis in locis hęredũ: & cùm inter eos multum sit discriminis, prębet Imperator hic eorũ tractatum peculiari titulo: quo explicat imprimis diuersos hæredes, eorumq; iura, & qualitates.

1 Hæredis appellatione omnes significari successores, credendum est. l. hæredis. de verb. sig. Quinetiam hæres singulariter nominatus, ad pòst natos porrigitur hęredes. l. tale. §. vlt. ff. de pact. & quidem quòd etiam vlta proximum hæredem extenditur, probatur per l. fi. C. de hær. instit. vnde solemus dicere, & quidẽ Alciato teste ex sermonis proprietate, hęredis hæredem testatoris hæredem esse. Et hæres singulariter nominatiuus dicebatur olim dominus. §. itẽ extraneus. hoc tit. hodie plerunq; certarum rerum: vel est quasi dominus, vel habet ius in re tantùm. Neq; enim in his rebus plus habuit defunctus. l. & nõ tantùm. §. veniunt. de petit. hæred. Quod nisi dixerimus, nulla erit prorsus, Appello teste, inter rei vẽdicationem & hæreditatis petitionem differentia. Porrò hæres Iuris interpretatione eandem personam sustinere creditur,

ditur, quam defunctus gesit: & ideò ad eum transfertur, quæ propter mutuum consensum iure ciuili, vel gentium obligatione oritur: quæ iuris est. Quin & hęres, & hæreditas, vnius personæ vice funguntur, licet duas appellationes recipiãt. l. hæreditas. ff. de vsucapio. teste Alberi. Hæres item nomẽ Deæ, cui veteres post acceptã hæreditatẽ rem diuinã faciebãt.

Hæredes aut sunt,

Necessarij: qui coguntur adire hæreditatem, vt serui proprij testatoris: post mortem nempe testatoris siue velint siue nolint, libertatem accipientes, ita vt non habeãt vllo modo facultatem rę pudiandę hęreditatis. vt l. j. C. de necessar. ser. hær. instit. & §. j. hic. Sed hoc genus hæredum, apud Christianos sublata seruitute, hodie non est in vsu.

Sui et necessarij, vt

Liberi existẽtes adhuc in potestate testatoris, quos nemo alius præcedit in gradu. §. 3. hic. l. j §. suos hęredes. ff. de suis & legit. hæredib.

Extranei, †

Nepos & neptis ex filio, si post testatoris mortẽ in potestatẽ patris non recidant.*

* Et isti dicuntur
- Sui, quia domestici sunt, & quodāmodò in vita patris domini. And. Barb. cons. 28 penult. col. ij. volu. & vide Dec. 217. consil. col. ij.
- Necessarij, quia velint nolint cogūtur iure ciuili adire hęreditatē: sed iure prętorio possunt abstinere ab hæreditate.

† *Extranei*, vt
- Filij emāncipati à patre īstituti.
- Filij à matre instituti.
- Seruus institutus, & à testatore ante mortem manumissus.
- Quilibet denique, qui non est in potestate testatoris.

2 *Nepotes* autem, viuente adhuc eorum patre, impropriè vocantur sui hæredes, respectu aui paterni. Idem de filijs emancipatis, & post humis iudicatur, qui post mortem aui nascuntur: de quib. vide Iaf. l. qui se patris. nu. j. & ij. C. vnde lib.

3 *Suitas* est qualitas hæredum, qui primum in potestate paterna locum tenent, cōtinuationem dominij, necessitatemq; successionis ipso iure inducens, vt refert Alciatus lib. 5. Parerg. c. 19.

4 *Suorum hæredum iura* & adiectione huius conditionis, Si filius voluerit, labefiunt,

unt,& appoſito vulgari ſubſtituto,euertentur. Socin. l.conditionibus pupillus. col.iij.ver.ij.concluſ. ff.de condit.& demonſtrat. Aret.in col.antepenul. Alex. penult. Iaſ. antepenult. l. ſi filius hæres. ff.de lib.& poſth. Corn.l.iij.nu.22. C.de iure deliber. Socin.l.j.num.75.ff.de vul. & pupil. Alex. conſil.iiij.videtur inſpectis.col.vj.lib.ij. quin & coheredis additamento iura ſuorum quòad pupillaris ſubſtitutionis cõfirmationem ruunt.Ripa d.l.j.nu.166.ff.de vulg.& pupil. exheredatione autem ſolùm tollentur, quatenus ipſorum ratio ducitur, quatenus verò parentum commoda ſpectantur, non loco ſuo mouebuntur. Anton. Gomez. de teſtam. c.iiij.num.3.

Et ſuus hæres repudiatam ſemel hæreditatem iterum, re integra,repetere poteſt.Iaſ.l.pupillorum.num.2.ff.de acquirenda hæred. 5 6

Hæres ſuus cõprehenſa teſtamento ignorare præſumitur.Curt.iu.conſil.viij. at extraneus neutiquam præſumetur, ſi ſe hereditati immiſcuerit. Cagnol.l.qui in alterius. nu.12.ff.de reg.iur.Nec hæres ſuus pro hærede vſucapiet. Anton. Gomez. de teſta. c.3. nu.20. c.10.nu.19. atq; accuratiùs Arius Pinel in rubric.ij.part.

pag.

pag.24.col.ij. cum seq. à ver. sed omissis. C. de bonis maternis.

8 *Suus* se immiscere potest vsq; ad xxx. annos, non pòst. Alex. l.j. C. quando non pet. part. glos. Dd. Bal. & Angel. l. licet. C. de iure deliber. & l. filio præterito. de iniusto testam.

9 *Suus & necessarius* excludit agnatos, ni si abstinuerit. Bald. l. defunctus. C. de legitimis hæredib.

10 *Suus* sub conditione institutus non dicitur necessarius. l. ex parte. & ibi Bart. ff. de acquir. hær. idem l. si filius, qui patri. iiij. col. in fin. vers. sed quid si eum. ff. de vulg. & pupil. l. sub conditione. & ibi Alex. de lib. & posth. vbi à contrario dicit secus in purè instituto.

11 *Suus* perpetuò adire potest, & trãsmittit ius adeundi. l. cùm antiquiorlb. & ibi Bart. C. de iure delib. j. col. vers. tu verò dicas clariùs. etiam ad quoscũque. vt ait Socin. j. vol. consil. xx. col. vj. quanuis ad extraneum. Bar. l. j. §. in nouissimo. j. col. vers. quæro nunquid illi. C. de caduc. tol. & l. j. C. de his qui ante apertas tabulas.

12 *Sui* hæredis existentia est triplex. Bal. l. quidam. vj. col. C. de iure delib. verfic. circa quod nota.

13 *Suus filius* nõ debet institui sub qualibet

bet conditione, ſed nepos ſic, & alij vlteriores. Bald. l. ſi pater. vj. oppoſ. C. de inſtitutionibus & ſubſtitut. l. ſuus. in prin. de hæredibus inſtit. & Bald. l. Gallus. §. inſtituens. in j. oppoſ. ff. de liberis & poſthumis.

14 *Suus* cùm morietur, non poteſt inſtitui, ſed extraneus ſic. l. extraneum. & ibi Bald. j. col. verſ. iij. lectura eſt. C. de hæredibus inſtituend.

15 *Suus* poteſt ſuccedere de iure ciuili omiſſo beneficio prætoris. l. ſuú. & ibi Bal. in princ. C. de iure deliberandi.

16 *Suus præteritus* cum cauſa vel ſine dicit teſtamentum nullum: ſed emancipatus præteritus, dicit nullum ſi ſine cauſa, ſi cum cauſa verò intra annum habet bonorum poſſeſsionem cõtra tabulas. Baldus l. certum. penultima colum. verſ. ſecundæ quæſtioni. C. vnde cog. Bart. l. filio prę terito. de iniuſto teſta. Dyn. l. Gallus. de liberis & poſthumis. §. exhæredatos. in Authentic. de hæredibus & Falcid. Sed ſuus præteritus an præſtet legata coniunctis perſonis. Baldus l. certum. penultima colum. C. vnde cognati. verſic. iuxta hoc quęritur. & arbitror quòd non.

Fratres, vel Agnati: Si desunt filij. Castrensis in consilio cclj.

Omnes fautores. in casu Clem. causã. §. verùm. de elect. secúdum Card. j.q.

Suorũ appellatiõe item veniunt

Parentes. Patroni. Patronæ. Frater. Soror. Vxor. Socer. Socrus. Gener. Nurus. Vitricus. Nouerca: Priuignus. } Et eorum liberi.

Non autẽ Furiosus. Pupillus. Fatuus. } secúdum Ab. c. de cętero. in fi. de test. Et hoc maximè in materia accusandi de iniuria sua vel suorũ

Amicus intimus. Bald. sing. l. j. xxij. col. C. qui accus. non pos. vbi dicit verum etiam in materia accusandi de iniuria sua. & vide omnino Alex. l. j. in fin. de publ. iud. & l. ij. ff. de accusat. & per Fel. d. c. de cætero. in fi. & c. cùm dilectus. circ. fin. de accus. Francis. Aret. remissiuè l. j. C. vnde vir.

17 *Suus abstinens* ab hæreditate potest intra triennium pœnitere, & adire. l. fin. C de repud. hære. nisi habeat substitutum vulgarem. Bald. ij. col. ver. item quæro.

iunct. versic. præced. vbi etiam dicit non posse pœnitere q renunciauit legitimè. Bart. ibi. & l. j. ij. opp. C. eodem.

Suitatis Requisita sunt duo, vt — *Hæres sit in potestate testatoris tempore mortis ipsius.* — *Obtineat primum locum seu gradum inter descendentes.* — §. iij. hîc. & Iaſ. l. qui ſe patris. C. vnde liberi. nu. j.

Suus non prescribit pro hærede. Bart. l. in suis. paulò post princip. versic. ex hoc dicto procedit. ff. de liber. & posthum. l. j. & ibi Bart. C. de vsucap. pro hæred. Suus interim præsumitur adiuisse, non extraneus. Baldus consil. allegationes suprascriptæ. Angel. de Viso. in consil. tãta est scientia patris. &c. 18

Suitas facit cõfirmationẽ — Tabularum pupillarium, etiã si hæres repudiet. Bald. l. quidã. iij. col. vers. nota quòd exiſtentia. vij. col. versic. circa quod not. C. de iur. delib. l. si filius qui patri. & ibi Bart. penult. col. in fi. vers. quidam sunt. ff. de vulg. & pupil. & Franc. Aretin. d. l. si filius qui. Tutelæ sine aditione. Bart. d. l. si filius q patri. penult. col. versic. item confirmat.

Transmissionis hæreditatis ex pupillari. secundum Bart. l. sed si plures. §. quos possum. de vulg. & pupillar. & Alexand. d. §. quos possum. in secundo notab.

Transmissionis hæreditatis non aditæ. Bart. l. ventre. iij. col. in princip. vers. ex illa parte not. ff. de acquir. hæred. Castrens. consil. cxiiij. C. de iur. delib. l. iij. l. si fratris. C. de iur. delib.

Talem, vt sua virtute filius dicatur dominus paternorum bonorum, & post obitum patris non solùm dominium, sed etiam possessio in eum continuatur. l. in suis. & ibi glos. sup. verb. quodammodò. ff. de lib. & posthum.

Vt suo hęredi & non extraneo concedatur querela inofficiosi testamenti: de quo vide Angel. hic num. 5.

Plures effectus Suitatis vid. per Dd. d. l. si filius, qui patri. & l. Iulianus. de acquir. hęred. & apud Porcium nume. 13. d. §. 3. hoc tit. nostro.

19 *Suus præteritus* an præstet legata coniunctis personis. Bald. l. certum. penult. colum. C. vnde cognat. vers. iuxta hoc.

20 *Sed tamen* suus præsumitur hæres, & tenetur in dubio ad debita patris. Bald. singul. l. apud hostes. de su. & legi. ij. colum. ver.

ver. item sequeretur quòd per existentiam. Card. in Clemen. j. ij. & viij. q. de homic. l. pupillus. §. fin. de verbor. signif.

Et quidem habetur pro additione Suitas. Oldrad. cons. xx. incip. quidã habens matrẽ. Aret. l. si fratris. C. de iur. delib. 21

Suitas tollitur

Per dationem cohæredis extranei. Dd. & Bart. l. si fratris. ad fi. & ibi Bald. ij. col. vers. sed vlterius. Castrens. Alex. iij. not. cum alijs concor. ibi per eum adductis. C. de iur. delib. l. si filius hæres. de liber. & posthum. & Francis. Aretin. d. l. si fratris.

Per dationem substituti vulgaris. Socin. j. volu. cons. xx. col. vj.

Per capitis diminutionem. l. j. §. capitis. & ibi Bart. ad Tertul.

Per beneficium abstinendi. per Dd. & Bart. l. j. circ. medi. C. si vt se ab hære. absti.

Per dationem substituti vulgaris expressam, nõ per tacitam cõprehensam sub pupillari expressa. Bart. l. Papinianus. §. quarta. vlt. col. vers. nota quòd existentia. ff. de inoffic. testa. l. Gallus. §. & quid si tantùm. iij. col. vers. sed contra. ff. de lib. & posthum.

22 *Suitatis iuri* nõ potest expressè renunciari. Bald. l. quidam. vij. col. vers. sed hic quæritur. C. de iur. delib.

23 *Suitas ergo* (rectè omnibus consideratis) vel sui hæredis existentia, est quid intellectuale, per quod immiscetur in hę reditate per legem etiam ignorans. Bal. l. apud hostes. C. de suis & legit. ij. colu. vers. sed circ. prædicta. Bald. l. quidam elogio. vij. col. vers. sed quæritur. C. de iure delib.

Suitas non tollitur, nec perimit

Quando per repudiationem perimentur legata: quum nõ videatur tunc data licentia abstinendi, nisi cum causa. Bald. sing. l. j. j. col. vers. modò contra istam. C. si quis omis. caus. testa.

Quando substitutio est facta per fideicõmissum, quia est clausula vulgariter, pupillariter, & p fideicommissum. Bald. l. non iustam. j. col. vers. ex hac. so. no. C. ad Trebel.

Per ingressum monasterij. Baldus & Alex. plenè l. sub conditione. de liber. & posthum. Ludo. de Rom. l. is potest. de acquir. hære. & ibi Francis. Aretin.

Per adoptionem vel legitimationem.

tionē. Bald. l. eam quam. ij. col. in prin. verſ. vnde no. q̄ exiſtētia. C. de fideic.

Si plures modos harum limitationū requiras, dum quæque exactiſsimè in hunc libellū non poſsint intrudi, vide l. ſi filius hæres. ij. col. verſ. ad id autē. de lib. & poſth. vbi Alex. viij. col. cum ſeptem ſeqq. verſ. extra gloſ. perſequar latiùs, vbi ponit vndecim modos limitandi. & Bald. l. poſt aditā. de leg. hęre.

Suus amouens rem hæreditariam, vel non ponens in inuentario, priuatur beneficio abſtinēdi. l. ſi ſeruus. §. amouiſſe. de acq. hæred. ſecundum Paul. de Caſtr. l. fin. §. licentia. & l. ij. C. de iur. delib. 24

Et ſuus repudians non tranſmittit etiam ad ſuos. Bald. l. j. col. j. verſ. not. quòd recuſans. C. de his qui ante apert. tab. 25

Hæredes verò extranei ſunt omnes qui ſunt extra lineam deſcendentem, & teſtatoris poteſtati ſubiecti non ſunt. §. cæteri. hoc tit. 26

Hæres ſuus & extraneus tenetur alere ſpurium teſtatoris. Bald. in authent. licet. C. de natural. lib. 27

Hæres extraneus tenetur dotare filiam teſtatoris. Bald. l. j. & l. fi. C. de dot. promiſ. nec nō ſtare colono, ſi filius repudiauit hæreditatē, etiā ſi inſtrumentū loca 28

tionis dicit per se, & filios suos. Flor. l. arboribus. §. quicquid. ff. de vsufruct. l. emptorem. in fin. C. locat.

29 *Hæres* extraneus fideicommissarij, vel substituti, non admittitur ad fideicommissum factum Titio, & hęredib. sed hęres suus sic, id est, filius. Bart. l. Gallus. §. etiam si. ff. de lib. & posthum.

30 *Hæredi* extraneo iusso manumittere per testatorem non possunt operæ promitti, etiam ex testatoris dispositione: quia debet manumittere sine promissione operarum, licet testator promiserit operarum reseruationem. Bald. post glos. l. mater. C. de oper. liber. per l. cerdonẽ. ff. eod. tit.

31 *Hæres* autem extraneus eius, in quem testator iussit rem peruenire, si alienaretur ab hęrede suo, an habeat ius vendicandi rem alienatam contra prohibitionem testatoris. Castrens. cons. xij. Et hæres extraneus mariti, cui est facta substitutio à socio sub conditione Si sine filijs decederet, an veniat ad substitutionem. Paul. de Castr. consi. clxxxviij.

32 *Dicuntur* etiam extranei hæredes, voluntarij, quia inuiti non coguntur adire hæreditatem: tales sunt liberi emancipati, aut qui à matre hæredes instituuntur.

tur. Si verò semel adierint hæreditatem, amplius eam repudiare non possunt. l. sicut maior. C. de repudianda vel abstinéda hæreditate. Iuuantur tamen hodie beneficio inuentarij. Nam si ante aditionem hæreditatis confecerint Inuentarium, non tenentur posteà creditorib. vltra vires hęreditatis. de qua re vide l. scimus. & ibi Dd. C. de iur. delib.

Extranei etiam sui dici possunt, ratiõe delicti. glos. probata l. iij. ff. de offic. præsid. vbi dicimus præsidem etiam aduersus extraneos imperium habere, si malefecerint: licet aliàs in suæ tantùm prouinciæ homines habeat. 33

Suus & extraneus hæres sanè conueniunt in iure deliberandi, in cuius locum succesit hodie beneficium Inuentarij. vt l. scimus. C. de iur. delib. vterq; enim eorum iuuatur beneficio Inuentarij, si hæreditas defuncti plus detrimenti quàm emolumenti adferre videatur, secundũ Angel. & Porc. in princip. hic d. §. extraneis. Disconueniunt autem 34

In tribus:
- In suos hęredes continuatur dominium defuncti, ita vt & ignorantes fiant hæredes: Sed in extraneis opus est ad acquisitionẽ dominij, noua & actuali aditiõe

hæreditatis.§.ſui autem.& ibi gloſ.ſuper verb.etiam ignorantes. inf.de hæreditatib.quæ ab inteſta.deferunt.

Immiſcere & abſtinere propriè ad ſuos, ſed adire & repudiare ad extraneos hæredes refertur.gloſ.in verb. de adeunda .d.§.extraneis.

Extraneus ſemel repudians hęreditatem eandem denuo adire nõ poteſt: ſecus verò eſt in ſuo hærede.l.ſicut mater.& l. fin. C. de repudianda & abſtinenda hæred.

34 *Hæres ſuus* & neceſſarius per beneficiũ prætoris, an æquiparetur hæredi extraneo.vide Franc. de Aret.l.ſi filius,qui patri.ij.col.verſ.vlt.no.ibi.non obſtat. tex. l.nam &c. de vulg.& pupil.

35 *Hæres ſuus* & neceſſarius,non præſumitur ſcire tenorem teſtamentarium:quoniam poteſt adire,etiam clauſo teſtamẽto:non extraneus,qui cùm nõ poſsit adire,niſi teſtamẽto aperto,præſumitur ſcire tenorem. gloſ.& Bart.l.eius, qui. ff. ſi cert.pet.Caſtrenſ.conſil.xvij.l.cùm hæres. de libe. leg. quod verum,niſi fuerit abſens. d. l. eius qui. & Baldus l. ſi tutor. C. de peric. tut.ſed idem Paul.conſil. x. dicit quòd hodie hæres etiam ſuus præſumitur ſcire tenorem teſtamenti: cùm hodie

hodie non fiat in scriptis: & maximè si inceperit hæres soluere legata. In d. verò cons. xvij. dicit Paul. quòd hæres suus non præsumatur scire tenorẽ testamenti, nisi sint aliæ coniecturæ in contrariũ. & tenet Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. oblig. & plenè per Alexand. xiij. col.

Hæreditas
- Aditur
  - Nuda voluntate: qua declaramus nos velle esse hæredes.
  - Cùm hæres gerit se pro hęrede: id est, rebus hæreditarijs tanquam hęres vtit.
- Repudiatur sola voluntate: qua declaramus nos nolle esse hæredes.

Hæredes, qui adeunt inuentario confecto, non tenentur vltra vires hæreditarias: vt volet hodierna praxis frequentissima: licet alibi Chassaneus in consuetud. Burgund. videatur contrà sentire. 36

Et surdus vel mutus potest adire hæreditatem, si intelligat quid agat, vt prẽter ll. scriptas, & l. mutum. vbi Bart. ff. de acquir. hæred. & d. consuetud. & praxis admittunt Iura Saxonum: alioqui est rẽgula generalis procul dubio, vt 37

Hære-

Heredes isti debeant esse capaces adeundi hereditatem

- Tempore testamẽti,& Tempore mortis testatoris. — si sint necessarij.
- Tempore mortis, — si sint sui.
- Tempore testamẽti,mortis,& Tempore aditę hæreditatis, — si sint extranei.

☞

☞ *Qui postquã adiuerint hæreditatẽ non possunt*

Abstinere ab hæreditate. / Repudiare hæreditatem. — nisi:

- Minor xxv. annis institutus adiuit, & petat se restitui.
- Grande æs alienum in hæreditate latebat.

&*

* *Testamenti factionẽ habere dicũtur,*

- Qui possunt hæreditatem adire ex alieno etiã testamento.
- Qui possunt testamentum facere.

38 *Hæres* autem suus an si staret vltra triginta annos quòd se non immiscereret hæreditati, per hoc perdat facultatem se immiscendi,cùm in continenti mortuo patre

tre censeatur esse hęres. vide Bart. Socin. consi. suo lxiiij. incip. in causa. versi. quia ad hoc. circa fin. & vers. j. capiendo. ibi & ad rationem. j. part.

Hæres suus, vel extraneus, non præsumitur scire tenorem codicillorum. l. nō est. vers. si tamen. & ibi Castr. ff. de transact. & Bart. l. eius qui. de peric. tut. versi. veniamus ad quartam. in fin. & meliùs. l. certa. §. sed si parauerit. de lega. j. & l. tres fratres. ff. de pact. & per Bart. l. is potest. de acqui. hæred. & Alex. l. ij. ff. de edend. & per Bar. l. qui Romę. §. duo fratres. de verb. obligat. in iij. chart. Dyn. & Bald. l. cætera. §. fin. de lega. j. 39

Ad hoc vt quis sit hæres necessarius requiritur,

Vt sit seruus tempore factiōis testamenti. vt hoc tit. in princ. & l. si alienum. ff. eod.

Vt sit seruus tempore mortis testatoris. vt sup. de hæredib. instituend. §. seruus. Nā si ante mortem esset liber, tunc non reciperet libertatem ex testaméto, nec esset necessarius hæres, sed extraneus. vt inf. eod. §. cæteri. versic. seruus quoque.

Vt iste seruus non sit legatus alteri: quia tunc acquireret hæreditatem legatario, cuius ipse esset seruus.

seruus. Et hoc maximè obtinet, nisi fuerit sibi substitutus. vt ff. de vulg. & pupil. substit. l. fin. §. j.

40 Est igitur hîc casus, in quo quis cõpellitur beneficium recipere, quia seruus cõpellitur recipere libertatem. Et hoc siue sit institutus cum libertate, siue simpliciter. vt sup. de hæred. institu. §. j. Et ita fallit hęc regula quæ est. l. inuitum. ff. de reg. iur. & l. hoc iure. §. non potest. ff. de donat. Et iste seruus recipit libertatẽ à seipso. vt ff. de acq. hæred. l. ex parte. licet sit ignorãs. l. eius qui. ff. si cert. pet. Fabri tamen dicit q̃ diuersis respectib. potest dici recipere libertatẽ à testatore, & à seipso. A testatore tanq̃ à dante: à seipso, tãq̃ ab hærede: cui aliquid potest detrahi. vt ff. de hæred. instit. l. sub conditiõe. §. fin.

41 *Ideo ius* ordinauit necessariũ hęredem, vt quando testator nõ esset soluendo potiùs detraherẽtur bona hęredis sui quàm ipsius testatoris, ne defunctus afficiatur iniuria. vt sup. qui & à quibus manumit. non pos. §. j. cir. fin. pro quo incommodo habet seruus commodũ, quod acquisita per eum post mortem domini pertinent sibi, nec teneatur de illis satisfacere creditorib. nam qui grauatur in vno, in alio debet releuari. l. eũ qui. ff. de iureiurand.

ad hoc

ad hoc tamen requiritur, vt impetret separationem bonorũ, quia si bona per eũ acquisita attingerẽt bona domini sui ante separationẽ, tenetur de bonis suis creditorib. satisfacere, si bona domini non sufficerent. vt l. j. §. fin. ff. de separationibus bonor. nisi fuerit minor, qui potest petere restitutionem, si bona per eum acquisita attingebant bona domini ante separationem. vt l. ait prætor. §. non solùm. ff. de minorib. quam quidem restitutionem potest petere minor, quò ad istam separationem: sed non vt ab hæreditate abstineat. vt l. necessarijs. §. final. ff. de acquir. hæred. Sic etiam seruus, cui fit mora de relicta sibi libertate per fideicommissum acquirit sibi. sed debet etiã isto modo separationem bonorum impetrare. l. penultima, C. de his quibus vt indig.

Ad hoc, vt suus hæres iure prętorio abstineat (vt sup. tetigimus) ab hęreditate, non requiritur vt adeat prætorem: sed sat erit si se non immiscеat. vt ff. de acquirenda hæreditate. l. qui se. & C. si ab hæreditate se abstinuerit minor. l. j. Et est hodie sublatus effectus Suitatis, quantum ad illa quę sunt inutilia liberis, sed non quantum ad ea quæ sunt vtilia, 41

scilicet

scilicet quò ad confirmationem substitutionis pupillaris vel tutelæ vel quò ad transmissionem hæreditatis non aditæ vel quòd filius possit facere pacem cum occisore patris sui. vt notatur l. si filius qui patrem. per Bart. ff. de vulg. & pupil. substit.

42 *Extraneus* hæres est, qui non est in potestate testatoris, ad cuius extranei heredis institutionem requiritur, vt ipse sibi vel alij ex testamento aliquid capere possit. quæ quidem capacitas attenditur tribus præcipuè temporibus, vt habet prædicta tabula nunc altiùs exponenda: scilicet, quando fit testamentum: quando moritur testator: & quando aditur hæreditas, siue purè siue sub conditione institutus sit. Et medium tẽpus inter prædicta tempora non nocet, licet in eo sit incapacitas.

43 *Extraneo* hæredi instituto datur deliberatio de adeunda vel repudianda hæreditate. Sed sicut si suus hęres immiscuerit se hereditati, non potest postea abstinere. Sic etiam si extranens hæres adiuerit hæreditatẽ, non potest postea repudiare, nisi sit minor cui præses vel prętor dat restitutionem in integrũ. Hodie tamen non est opus deliberatione, quia si

seruc-

seruetur cõstitutio diui Iustiniani Imp. hæres se immiscens vel adiens non tenetur vltra vires hæreditatis.

Hæredum extraneorũ alius est

Filius emancipatus.
Filius institutus à matre: quia fœminæ non habent filios in potestate. sup. de adopt. §. fœminæ.
Seruus institutus hæres à domino, & ante mortem domini manumissus: quia licet recipiat hæreditatem ex testamento, non tamen libertatem. Et ideo non est hæres necessarius: quia ad hæredem necessariũ requiritur, quòd vtranque scilicet hęreditatem & libertatem ex testamento recipiat. vt suprà de hæredib. instit. §. seruus. versic. si verò à viuo.

Ad sciendũ capacitatẽ omnium hæredũ, sic distinguendũ est, quia aut quæritur de hærede

Extraneo: Et tũc requiritur capacitas tribus temporib. suprà dictis. vt ff. de hæred. instituend. l. si alienũ. §. in extraneis.

Suo:†

*Necessario:**

Sub conditione: ☞

Tt Et tunc

Ab inteſtato: & tunc requiritur capacitas tempore mortis tantùm, ſi non ſit factum teſtamentum: & tunc ſi eſt in poteſtate, ſuccedit vt ſuus. ſup. eod. §. ſui: ſi non eſt in poteſtate, ſuccedit vt extraneus. vt ſup. eod. §. cæteri.

† *Et tunc aut ſuccedit*

Sed ſi ſuccedat ex teſtamento, tum conſideratur capacitas tempore mortis, & tempore facti teſtamenti: & non conſideratur tempus additionis hæreditatis: quia tunc inter mortem & adutionem non eſt medium iure ciuili. l. poſt mortẽ. §. j. ff. de legat. j.

Sed ſi factum ſit teſtamentum, tum conſideratur tempore deſtituti teſtamenti: quia tunc defertur hæreditas ab inteſtato. vt l. ſi quis filio. ff. de iniuſt. rupt. irrit. teſta.

* *Et tunc conſideratur capacitas tempore mortis tantùm. l. filius. §. final. ff. de liber. & poſthum. & hoc ſi purè inſtitutus ſit.*

☞ *Et tunc conſideratur capacitas tempore exiſtentis conditionis. l. ſi ſub conditione. ff. de liber. & poſthum.*

In legatis autem conſideratur capacitas ſolùm tempore quo cedit legatum. vt l. interuenit. ff. de legat. præſtandis. Et inca-

incapacitas medio tempore non nocet, vt hîc dicitur. Ex quo patet, quòd si aliquis sit bannitus bãno imperiali post testamentum factum, & restitutus tempore mortis testatoris, non nocet sibi bannitio. vt l. si in conditione. §. solennis. ff. de hered. institu. Si tamen institutus medio tempore esset priuatus omni libertate, noceret sibi. vt l. interdicit. ff. de cõdit. & demonstrat. Et quando instituitur seruus, attenditur capacitas ex parte domini. vt sup. de hæred. instit. §. seruus.

Quòd si deliberatio ad adeundam hæreditatem petatur ab Imperatore, tunc debet peti infra annum. Et si ab alio iudice inf. nouẽ menses. C. de iur. delib. l. sancimus. §. & hoc quidem. A lege autem datur annus ad deliberandum à tempore scientiæ delatæ hereditatis. Et transmittitur ius deliberandi ad hæredes, quò ad tempus residuum. Nam si moriens fuit in deliberatiõe per medium annũ, tunc hæres suus potest deliberare infra medium annum residuum. vt l. cùm antiquiorib. C. de iur. deliberandi. Et potest iudex extra arbitrium suum statuere tempus deliberandi. ff. de iur. delib. l. j. dummodò tamen non statuat minùs quàm centum dies. ff. de iure deliber. l. ij. 44

Qui quidem tenebitur in solidum omnibus creditoribus & legatarijs: nempe si deliberet & postea adeat hæreditatē sine confectione Inuentarij.

Duplex remedium, ne quis grauetur per additionē vel immixtionem hæreditatis. scilicet

Vt deliberet antequam adeat hæreditatem, vel se immisceat. vt hoc tit. §. extraneis.

Qui verò si faciat inuentarium, tenebitur etiam creditoribus & legatarijs satisfacere. sed à legatis detrahit Falcidiā. vt C. de iur. delib. l. fin. §. si verò postquam.

Vt non deliberet sed faciat inuentarium. vt hîc. §. sciendum. circa fin. Istud est vtilius multò quàm primum suprà dictum: quia si vtatur hoc secundo remedio, adeundo scilicet vel immiscendo se sine deliberatione cum confectione inuentarij, non tenetur creditoribus, neq; legatarijs vltra vires hæreditatis. vt l. scimus. §. & si post præfatam. C. de iur. delib.

45 *Et debet* Inuentarium cōfici infra tres menses ab adita hæreditate si res sint præsentes: aut infra annum si res sint absentes. vt C. de iur. deliber. l. sancimus. §. fin autem dubius.

Inuen-

Inuentarium & eius beneficium est in- 46
ductum per d.l.j.C.de iur.delib. Et dici-
tur Inuentarium, quo bona inuenta scri
buntur.glos.& Card.in Clem.quia con-
tingit.§.illi. de relig.domib. & æquipa-
paratur cum libro rationum.l.j.§. de ser
uis.& ibi Bart.ff.de tut.& ratio.distr.Et
inuentarij faciendi beneficium non por
rigitur in iniuriam aliorum. Specula.de
fideicom.§.j.vers.penult.

Inuentarium bonorum cõscribere qui- 47
uis cogetur,à quo bona poscuntur,vel cõ
uentione,vel accusatione. Arius Pinell.
l.j.part.ij.num.23.& num.24.C.de bon.
matern. Ias.l.si fideiussor. §.vlt. col.vlt.
num.28.ff.qui satisd. cogan. & qui praxi
tamen receptum profitetur Picus l. post
contractum.num.96.ff.de donat.

Inuentarium non solùm prodest aduer- 48
sus obligationes merè hæreditarias, sed
& aduersus mixtas,à propria hęredis ꝓ-
missione ortas iuncta hęreditatis aditio-
ne,sine qua alioquin cũ effectu nõ gigne-
rentur. Ias. l.quæ dotis.num.52. ff.solut.
matrim.

Innẽtario non confecto nec negabitur, 49
nec attondebitur legitima filiorum por
tio.vid.Vigl.hîc.§.extraneis.nu.6.vt nec
quiuis alius hæres ad legata vltra ipsius

hæreditatis vires generaliter tenebitur. commune cum Alex. ponit Franc. Turzan. opin. xv.

50 *Inuentarioq́*; deniq; non confecto Trebellianicę quartę ius petit. vt Corn. consil. cccliij. col. ij. lib. j. & consil. xxij. col. viij. lib. ij. & consil. clxviij. col. iiij. lib. iij. Dec. consil. ccclxxx. col. vlt. & consil. ccccxcv. Curt. iun. consil. liiij. col. iij. Socin. in rub. ad fin. & l. Marcellus. §. quod autem. col. penult. in fi. ff. ad SC. Trebel. Capra cõs. vij. in fin. tametsi contrarium magis arrideat cum Aym. Crauet. consil. xvij.

Hæreditas aditur

Verbo: nam solo animo ad extra declarato aditur hæreditas. & ita aditur verbo. vt l. auia. C. de iur. deliberand. Sufficit ergo vt quis dicat deliberatè coram testibus, volo adire istam hæreditatem. secus si diceret indeliberatè. vt glos. l. serui electione. ff. de legat. j.

Facto: quando quis facit actum, qui non solet fieri nisi per hæredem, vt est vendere, colére, locare. &c. nisi protestetur contrarium. vt l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæred.

Et quando ad petitionem creditorũ datur tempus alicui, & intra illud tempus nõ adit, neq; repudiat, tunc præsumitur adijsse. vt l. scimus. §. sin autem. hoc aliq. C. de iur. delib. & hoc fauore

petentium. Nã si esset fauor petẽtis repudiasse tunc pſumeretur repudiasse. Verbi gratia ſubſtitutus petit tempus aſſignari inſtituto, vt adeat vel repudiet: tunc ſi intra illud tempus neutrum faciat, lapſo tempore preſumitur repudiasse vt not. Bar. l. quamdiu. ff. de acq. hæred.

Et ad hoc vt iſtis modis iam d. fiat aditio requirũtur ſex:

Vt adiens ſciat hæredem esse defunctum. vt hoc tit. & ff. de acquir. hæred. l. ſi is ad quem.

Vt ſciat ſe eius hæredem eſſe. vt hîc.

Vt non ſit inſtitutus ſub conditione. quia iſtis modis ante exiſtentiã conditionis non fit aditio hæreditatis. vt ff. de acquir. hæred. l. is qui hæres.

Vt ſit ſui iuris. nã aliàs requiritur eius iuſſus patris, vel domini. ff. de acquir. hæred. l. ſi quis mihi. §. iuſſus.

Vt habeat intellectum. vt inf. eod. §. ſicut autem. verſic. cum qui. in fin.

Vt ſit maior xiiij. annis. vt C. de iure deliberand. l. potuit.

51 *Immiſcere & abſtinere:* vel adire & repudiare ambulant pari paſſu: vt ſicut nuda volũtate quis poteſt ſe immiſcere vel adire hẽreditatẽ, ſic cõtraria voluntate poteſt abſtinere vel repudiare. vt hîc in tex Filius tamẽ inf. trienniũ poteſt abſtenti onẽ ſuã reuocare. vt l. fi. C. de repu. here.

TITVLVS XX.

De Legatis.

DIsserit Imper. hoc tit. de quarto modo, iure ciuili, singulatim acquirendi rerum dominium: nempē de legato, quod est adiacēs vel accessorium quoddam in testamento. secundum glos. & Ias. nu. 4. in rub. ff. de lega. j. Imprimis numerando quatuor legatorum genera, quæ olim extabant: commonstrando postea hodie esse omnium legatorum eandem naturam, adæquataq; esse fideicommissis. Habet verò totus hic titulus aliud nihil (licet prolixus & obscurus satis) quàm varias legatorum species, quę valeant, & nō valeant.

1 *Est autem legatum* donatio quædam à defuncto relicta: & ab hærede præstanda. vt §. legatum. hoc tit. & l. legatum. ff. de lega. 2. hoc est, est delibatio seu diminutio hæreditatis, qua testator ex eo, quod vniuersū hęredis foret, alicui collatum quid velit. l. legatum. ff. de lega. j. Vtraq; autē definitio causalis est. Præcipuarū enim causarum, videlicet efficientium, materialium, formalium, & finaliū facit

facit mentionē. Et licet verba sint diuersa, tamen vtriusq; definitionis idem est effectus, vt inquit Iaſ. l. j. nu. 6. ff. de lega. j.

Quorū legatorum ciuili iure olim fuerunt ſpecies quatuor: ſcilicet per

- Vendicationem.
- Damnationem.
- Sinēdi modum.
- Præceptionem.

Cum certis verbis vnicuiq; ſpeciei legatorū aſſignatis. tamē hæ oēs hodie ſublatæ ſunt p̄ nouā conſtit. Iuſtin. l. j. §. j. C. cōmu. de legat. nā vna & eadem omniū legatorū eſt natura hodie. In quibus magis mens & voluntas, quàm verba ipſius teſtatoris debent conſiderari. †

† vt inquit Imp. hîc. §. ſed olim. verſ. noſtram autem. & idem præcipit l. ſi quis filium. C. de liber. præterit. &c. dicens: Vbi manifeſtiſsimus eſt ſenſus teſtatoris, verborum interpretatio nunquam tantùm valeat, vt melior ſenſu exiſtat. Docendi tamen cauſa loco ſpecierum hi gradus poſſunt conſtitui:

Legatorum aliud eſt

- Legatum purū.
- Conditionale. } iuxt. Kling. hîc, num. 2.
- In diem. } iuxt. Kling. hîc, num. 2.
- Ex die.
- Generale. †
- Speciale. *

† vt si testator dicat Sēpronio lego equū.
* vt si Alex. Mag. testaméto legasset alicui Bucephalū. §. si generaliter. inf. eod. l. legato generaliter. & ibi Bar. ff. de lega. j.

2 *Vendicare*, vulgò est appropriare, hoc est, sibi proprium facere, & assumere. Rei mouentis vendicatio quomodo fiebat olim, Alciat. l. pecunię verbum. de verbo. sig. ostend. vendicare etiā dicitur qui retinet. l. Seius. ad Trebel. & Vēdicatio rei singularis, id est, in rem actio, q̄ & designanda est, & vtrū tota, an pars, & quota petatur, expressim dicendum est. l. si in rē. ff. de rei vend. vid. Placent. tit. 4. li. j.

3 *Damnatio & damnum* ab ademptione, & quasi diminutione patrimonij dicta sunt. l. iij. ff. de dam. infect.

4 *Sinendi modus quis sit*, & quam vim sinere habeat in edictis, & quid iunctum negandi aduerbio apud Iurisconsul. designat Alex. Genial. dier. lib. j. cap. iiij.

5 *Modus propriè* rationē significat, id est, mensurā, siue formā. Ratio verò iubet, ne quid nimis, sed oīa cum moderatione fiant. Proinde modus q̄ finem excesit, vt consistat, ad modum reducendus est. per l. placuit. ff. de vsur. & not. ibi Alber.

6 *Præceptio*, p̄ p̄ręsumptione, vel potiùs, vt sic dicamus, antecaptione, apud Papi. l. ij. de

l.ij.de fund.instruct. Cùm pater, inquit, duob. præceptionem bonorũ auię dedisset. Rhenan. noster in Thesau. locution. Tacito solennium, ostendit, præcipere veteribus quoq; autorib. interdum esse, præsumere siue antecapere. Sic Vlp. l. si filia. ff. famil. ercis. Si filius familiàs, ait, iussu patris obligatus sit, debebit hoc debitum præcipere. Hinc etiam præceptionem dare Scæuol. de lega. iij. l. nomen. §. j. Filio ex parte, ait, hærede scripto præceptionem dedit.

Legatum per vendicationem dicebatur, quod legatarius post mortem testatoris non etiã spectato hærede, statim sibi, aut præsumebat, aut defunctus ad hæredem eius trãsmittebat: & his fiebat verbis. Stichum seruum tibi do, lego: vel illam rem tibi præsume, habe, vendica. Nec in eo traditio hæredis spectanda est, sed ipse legatarius possessionẽ accipit. quã in rem missionem (vt ait Alciat.) videtur Iusti. appellasse. l. j. in prin. C. commun. de legat. 7

Legatum per damnationem, huiusmodi fiebat verbis: hęres meus illi dato: aut, illi ab hęrede dari iubeo: aut hęres dãnas esto dare. Iurisconsulti veteres huiusmodi legatũ aũt indebitè solutum, repeti nolebãt, ꝙ Iustin. sustulit. Id duntaxat legatũ, nõ debitum solutũ repeti vetãs, ꝙ religiõis 8

& pietatis intuitu, SS. ecclesijs, venerabilibusue locis sit expensum: quod tamen summo iure magis, quàm iure constituisse videtur.

9 *Legatum* per sinendi modum sic legabatur: Hæres meus rem illam Titio permitte sumere. In quo legato hæres rem tradere non tenetur, sed vendicanti legatario non permittitur prohibere.

10 *Legatum* præceptionis non nisi vni ex hæredibus dari potest, vt aliquid ex hæreditate præcipuum habeat: quòd si coniunctim multis, aut disiunctim singulis relinquatur, omnib. vna tantùm res quæ nominata est, sicut & in legato vendicationis debetur. l. si pluribus. de lega. j. nõ vni res, & alij æstimatio. vid. cap. j. lib. iij. pareg. Alciati.

Per quæcunque verba voluntatẽ testatoris aptè exprimentia fiant legata, pesi possunt per triplicẽ actionẽ

- Per rei vendicationẽ.
- Personalẽ ex testamẽto.
- Per hypothecariam.

Et licet fideicommissa olim fuerint laxiora quã legata: hodie tamen exæquãtur. Attamen vt Tyrones Iuris faciliùs eorũ naturam intelligant distinctè de eis subsequenter tractandum erit. Interim hoc rescisatur vna actione electa alia extinguitur.

Legatum

Legatum purum seu præsens, opponitur conditionali. l. j. ff. de condit. & demonstrat. 11

Generale legatum, quod de pluribus cópetit, & ad quælibet, exceptis illicitis, & illegitimis seu iniustis, refertur. 12

Speciale legatum verò, quod ad vnam duntaxat rem in essentia consistentem spectet. iuxt. Dd. opin. l. j. §. item. de aqu. plu. ar. 13

Lega tum diffe rt à

- Donatione causa mortis. vt d. est sup. tit. de donat. cir. princip. varijs modis per tabul.
- Donatione inter viuos: quia legata possunt reuocari vsq; ad mortem, etiam sine causa. ff. de adimend. lega. l. iij. in fin. quod non est in donatione inter viuos. vt sup. de donat. §. alię. licet donatio inter viuos de causa reuocari possit. vt C. de reuocand. donat. per tot.
- Ab hæreditate: quia legatum est de iure singulari, & sine onere. Hæreditas autem est ius vniuersale, & sæpè cum onere. vt ff. mãdat. l. si hæreditatem. & ff. de edend. l. quædam. §. nihil.

Legatum tamen interdũ est cum onere: & 14

re:& potest cum onere esse.vt l.j.§.fin. ff. de lega.iij.dicit tamen hic Fabri,quòd si testator in testamento dicat:dono tibi talem fundum, præsente donatario & accipiente non esse donationem sed legatum.ex quo fiat in testamento.quia verba debeant intelligi secundum materiam subiectam. vt sup.eod.fac.Clem. dudum.§. si verò. de sepul.potest tamen in testamento si velit testator aliquis alius cõtractus celebrari.vt l.hæredes palàm. §.fin.ff.de hæred.institu.

15 *In legatis* voluntas est validior quàm verba,quia voluntas defuncti habetur ꝑ lege.in authent.de nupt.§.disponat. collat.iiij.præcipuè vbi constet de voluntate, at si non constet, tunc verba declarãt voluntatem. vt ff.de supel.lega.l.Labeo.

16 *Et valet* hodie legatum siue fiat ꝑ verba directa,vel obliqua.

17 *Potest enim* testator dicere:Iubeo,Oro, Opto, Mando, Cupio, Desidero, Volo, Rogo,Obsecro,Committo, Exigo, Adhortor,Cõmonefacio,Confido,Suadeo, vel similia verba. vt C.communia de legatis.l.ij.vt,credo te daturum illi hoc.vt ff.de legat.j.l.etiam hoc modo. & l. si eo modo.ff.de lega.j. Non enim curandum est quæ verba testator dicat: sed in quem intentio

intentio sua dirigatur. vt est text. ff. de legat. ij. l. cùm pater. §. donationis. Sed si dicat, non dubito te hoc facturum, tunc si verba referantur ad hæredem, censetur fideicommissum. vt l. vnum ex familia. §. fin. ff. de lega. ij. Secus si referantur ad alium. vt l. generali. ff. de vsufruct. legat. & glos. l. peto. ff. de lega. ij.

Ad sciendũ quæ actiones competãt legatario: Sic distinguẽdũ est: quia vel Legata est

- Res aliena: & tunc cõpetunt duæ actiones, scilicet
  - Ex testamẽto.
    - C. communia de leg. l. j. Istud tamen sic debet intelligi: non quòd legatarius possit simul diuersis actionibus agere. sed possit ex istis vnam eligere. vt ff. de legat. ij. l. cùm filius. §. varijs.
  - Hypotheca ria.
- Res testatoris: & tunc vel legatũ est
  - Res in specie, & si sic, tunc competũt legatario tres actiones, scilicet
    - Personalis. Ex testamẽto. Quia legatũ trãsit directè in dominium legatarij. vt ff. de furt. l. à Titio.
    - Rei vẽdicatio. Et hypothecaria in rebus, scilicet quia fuerunt defuncti:
  - Res in genere: & tunc solùm competunt duæ actiones, scilicet ex testamento, & hypothecaria. In casu etiam solùm cõpetit vna actio, & vna exceptio: vt si legata sit liberatio debiti. vt ff. de liberat. lega. l. quod mihi. & ff. vt in possessio. legato, l. j. §. si debitori.

Testator

18 *Testator* non solùm potest legare rem suam siue sciuerit siue ignoraverit, vel hæredis: sed etiam rem alienam etiã hostium si fuerit in commercio hominum aliquando. vt ff. de lega. j. l. ab omnibus. §. etiam. & l. id quod. vbi Bart. ff. eodem. Et tunc hæres cogitur illam rem emere, & legatario dare. & si ipse eam emere nõ possit, dabit legatario æstimationem, ad hoc tamen requiritur necessariò, vt in commercio hominum sit, & vt testator sciat rem alienam esse.

19 Et hoc legatarius habet probare. Similiter potest testator legare rem suam obligatam creditori. si tamen sciat eam obligatam esse. & tunc hæres tenetur illam rem luere, nisi testator expressè voluisset legatarium eam luere. Et si sit res cõmunis ipsi testatori & alteri, valet legatũ pro parte testatoris, & non pro alia parte. vt not. l. serui electiõe. §. cùm fundus. ff. de lega. j

Ad sciendũ quãdo hæres teneatur de euictione rei legatę, sic distinguendũ est. quia aut loquimur { De re legata: * / De re prælegata: † }

* Et tunc

* Et tunc aut legatum est
- Res in genere: & si sic, tenetur hæres de euictione.
- Res in specie: & si sic, tum testator legauit aut
  - Scienter, & si sic, tunc tenetur hæres de euictione.
  - Ignoráter, & tunc non tenetur de euictione, nisi legatum esset coniunctę personę, id est, cósanguineo.*

* vt notatur per Bart. l. si domus. §. de euictione. ff. de legat. Et si legetur incerta species de certis, vt dicendo, lego vnum de equis meis, dicitur esse legatum in specie. l. in ratione. §. diligéter. ff. ad leg. Falcid.

† Et si sic, tunc
- Vel prælegatum est vni de fratribus. Et si tunc euincatur, non agit de euictione, ne crescat inuidia inter fratres. C. de bon. quæ liber. l. cùm oportet.
- Vel prelegatum est omnib. fratribus. Et tunc omnes agunt de euictione: si distributio prælegatorum facta est per partes, vel per iudices.

Sed si facta est per testatoré, non agunt: sed excipiendo seruant. vt C. communia vtriusque iudicij. l. si fratres. 20

Legatarius habet probare, testatorem 21

sciuisse rem alienam esse: quia actori incumbit probatio. ad quod iste text. solet allegari. sic l. verius. ff. de proba. Et actore non probãte, reus absoluitur. c. vt nostrum. extr. vt eccleſiast. benef. sine diminut. conferan. Si tamẽ reus neget ius, & ius præsumit pro actore, tenebitur reus probare. vt ff. de probat. l. ab ea parte.

Hæres tenetur luere rẽ obligatam alteri legatam tribus casibus:

Quãdo testator sciuit rem obligatam esse. vt §. sed et si rem. hoc tit.

Quando ignorauit, sed res legata est coniunctæ personę. C. de legat. & fideicommiss. l. obligata. vel incipit prædia.

Quandò ignorauit, & res obligata est in tanto vel in maiori, quàm valet. vt ff. de lega. j. l. si res obligata.

22 *Legator* est, qui aliquid legat. Legatarius, cui ex testamento aliquid legatur. Legatiuum munus est personale: vnde dicuntur legati, & legationes. Legatum ipsa donatio, testamento relicta. hinc dicit Iustin. Sed si rem legatarij quis ei legauerit, inutile est legatum.

Legatũ inutile in sex casibus locum obtinet:

Cùm deficit legatum ex persona legantis: puta, si est seruus.

Propter rem, quæ legatur: qualis est sacra, vel ædibus iuncta.

Ob personam cui legatur, præsertim si pro-

si proprius est seruus.

Quando vterq; & qui legat, & cui legatur, inhabilis cognoscitur.

In re propria eius, cui relinquitur, cùm æstimatio rei potuisset legari.

Si cui legatur, qui eius minùs est capax. cuiusmodi est deportatus, pœnæ seruus & id genus homines, quib. neq; testamenti actio relicta est.

Legatum caducum dicitur,

Si defuncto sit relictum, quem tamen testator in viuis esse credebat: aut ei, qui priùs, quàm testator, decesserit.

Quando res quæ relicta est atq; legata, non inuenitur.

Si graues inimicitię inter vtrúque oboriantur.

Si legatarius legatum respuat.

Si cõditio, sub qua sit relictum, desit. vnde Iuuen. in Saty. dixit: dulce legatum. vide Spiegel. in dict. caduca.

Propter æs alienum, quod debet priùs solui, quàm legata. Specula. de instru. edit. versic. xiij. & glos. & Bald. l. j. C. si cert. petat. l. iij. in fin. C. vt in pos. lega. l. fin. §. licentia. C. de iur. delib.

In diem incertum ordinatum,

vel conditionale, per mortem legatarij. vt habet Castrens. consil. xij.

Ei, qui onus non implet ꝑ parte sua, si cum onere legatum sit. namq; legatum deficit deficiente onere. l. j. C. de legat.

Deficiẽte legato, imò & deficit onus legato iniunctum. l. Plautius. l. si partem. ff. quemad. seruit. amit. l. si fundum sub conditione. §. Titius. de lega. j.

Factum executoribus, si illi renunciant officium exequendi, & debetur legatarijs, quorum causa creati fuerunt, non fisco: sed acceptatum faciteos cogi ad officium. Bart. l. post legatum. §. amittere. ff. de his qui. vt indig. & Bal. l. generaliter. vlt. col. de Episc. & cler.

Legatũ deficit, perit, minuitur, fit caducum, seu viciatur aut tollitur,

Conditionale, si conditio non impleatur.

Per ademptionem.

Ex testamento, in quo filius ignoranter est præteritus, & non conseruatur. Authent. ex causa.

Si hæreditas repudietur per hæredem. l. eam quam. C. de fideicom. Bal. in Authent. nouissima. j. oppos. C. de inofficio. testa. Bald. l. j. si quis omissa causa testa.

Quadrigæ

Quadrigę, ſi pereat equus ducēs quadrigam. l. peculium. §. quadrigæ. de lega. ij.

Filijs filiæ factum ſub conditione, ſi filius decedat ſine filijs: modò tempore mortis filij decedentis ſine filijs, filia non habeat filios natos, vel conceptos: ſed debetur filijs filij natis vel conceptis. Caſtrenſ. conſil. lxxvj.

Speciei, periculo legatarij. l. non ampliùs. §. j. & ibi Bart. de legat. j.

Morte legatarij ante diem, vel conditionis euentum. Caſtr. conſil. cxxxj.

Liberationis, ſolutione debiti. l. cùm ita. de libera. legat. Item executione facta per teſtatorem. l. non ſolùm. §. liberatio. eod. tit. & l. ſi id. eod. tit.

Domus, ſi domus ruat: quia area non debetur, ſecundum gloſ. l. ſeruum. §. ſi areæ. de lega. j.

Nominis, ex liberatione ipſius, quam poſteà facit teſtator. glo. & Bald. l. iij. C. de lega.

Titio poſt mortem hæredis: nec trāſit ad hæredem Titij mortui viuo hærede. l. iiij. & l. huiuſmodi. quādo dies legator. ced.

Purum in principio inualidum, tractu temporis. l. cætera. §. tractari. & ibi

Bart.de lega.j.

Si legatarius moritur viuo teſtatore. l.ſi Auguſtę.in fin.de lega.ij.

Pro parte incapacis, q̃ debetur fiſco, legatum vbi duobus,quorum alter ſit incapax.l.ſi Titio.& ibi Bar.de leg.ij.

Præteritione poſthumi.

Si filij naſcantur teſtatori.

Filiæ præteritæ, ſi illa teſtamentum impugnet.

Si per caſum deficit, non ſi facto hominis.Bald.l.j.oppoſ.iiij.C.de inſtit. & ſubſtit.& in vlt.oppoſ.

Si cauſa non ſubſit,dum pro cauſa legatum requirit.l.Titio.§.Titio.de cõdit.& demonſtr.& ibi Ioan.de Imol. Alex.conſil.xxvj.part.iiij.

Onere fideicõmiſſi grauatũ cũ fideicõmiſſo, ſed legatario remanet. l. pater.§.Tuſculanꝰ.& ibi Bar.ff.de leg.ij.

Morte grauati, quia debet præſtari per eius hæredem. l. cùm ita.§.quod à legatario.de lega.ij.

Rei quę nõ rẽpitur,ſi culpa,vel dolo hęredis res legata eſſe deſijt:aliàs ſecus l.cùm ita.§.ſpecies.& ibi Bart.de leg.ij.

Cum re,ſed legatum rei preſentis extenditur ad rem eius loco ſubrogatã.l. filiæ.§.Titia.de condit. & demonſtra.

Bart.

Bar.l.si ita.in fi.ff.de aur.& arg.leg. & l. Stichum, q meus erit. de lega.j.

Pium, licet hæres viuo testatore pereat.

Ob angustiam temporis. l. si mihi & tibi.§.j.de lega.j.

Ex defectu cõditionis inualidæ. l. turpia.§.si Titiæ.& ibi Bar.de leg.j.

Quia præstandum vsq; ad vires patrimonij ex dispositione testatoris debetur etiam inuentario non confecto,sed non vltra vires.Bald.l.voluntatis.iij.col.C.de fideicom.

Caducum hæredi cum onere suo.l. Celsus. aliàs pater meus. & ibi Bart. de lega.ij.l.si ab eo.de vsufr.lega. & Bald.l.j.v.oppo.C.de his qui pe.mu.

Nõ pereit legatũ, nec tollitur

Licet institutio sit nulla, quia erronea, etiam hæreditate non adita, si fuerit simpliciter relictum,secus si nominatim ab hærede erroneo.Bal.l.eam,quã.vj.col.C.de fideic.

Rei, quæ dari non potest,cùm æstimatio debeat hæredi legatarij mortui. l. mortuo.§.j.& ibi Bart.de lega.

Rei, si posteà testator alienat eius vsum fr.glos.& Bal.l.iij.C.de legat.

Ex mutatiõe formę rei legatę: vt qa de lana fiat vestis,& de poculis massa

nisi constet de contraria voluntate testatoris. l. seruum filij.§.si pecunia. de lega.j.& no.l.lana.de lega.iij.

De partu, licet mater moriatur. l. si ancillas.de lega.j.

Licet cesset conditio posita fauore legatarij.Bald.l.j.vlt.oppos.C.de instit.& substitu.vbi etiam vid.in v. opposit.& no.l.j.C.de lega.& l.in illis libertis.de condit.& demonstrat.

A principio inualidum ob aliquod impedimentum obstans tempore testamenti,cessante impedimento.l.j.& ij.& ibi Bart.ff.de regu.Cato.& Alex. consil.xxviij.iiij.part.

Incapaci mortuo, viuo testatore, sed remanet testatori,non fisco. l.fin.ff.de his,quibus vt indig.

Ex eo quod medio tempore contingit.l.si à substituto.in prin.& ibi Bar. de lega.j.

Rerum,quarum vna non extat.In re tantùm extante.l.cùm scriptum.& ibi Bart.ff.de dote prælega.

Quia legatum Titio remanet, Titio post mortem substituti in legato mortui.l.si quis Titio decem.& ibi Bar. de lega.ij.

Vitiata institutione.l. fi. & ibi Bart. ff.de

ff.de hæred.instit. glos. l. eam, quam. C.de fideicom.& l.j.de vulga.& pupil.

Monasterio, vel personæ perpetuæ. Bald.l.post mortem.penult.col. C.de fideicom. licet etiam monasteriũ destruatur,sed debetur Papæ. Bald.ibid. & Bart.l.pater.§.Tusculanus.de leg.3.

Præscriptum ante aditam hæreditatem per extraneum possessorem, quia aliquod cõmodum affert, scilicet acquisitionẽ dominij directi, licet vtili sit præscriptum. Bald.l.j.v.col.C.communia de lega.

Legatum pium est,quod religioni,bonis 23
literis,& paupertati relinquitur.

Legatum annuum,quod in singulos an- 24
nos,hoc est, omni anno debetur. l. legatum.§.vini.ff.de annuis leg. Paulo teste, Sabinus eiusmodi legatum, plura legata esse ait:& primi anni purum, sequẽtium conditionale. Videri enim hanc inesse cõditionem,si viuat, & ideo mortuo eo, ad hęredem legatum non transire.l.iiij. de annu.lega.

Legatum relictum in singulos annos,si- 25
mile est vsufructui,cùm morte finiatur. Caius autor ff.de annu. legat. Et vt diffusiùs de huiusmodi & alijs prætereà legatis differamus: eorũ maximam partẽ

subsequenti Schemate cõprehendemus, licet eo animo, vt & posteà luce clariùs declaremus: prout tyro quisq; sibi petat.

Etiã si sit aliena: Siue testator sciat esse alienã. Siue ignoret alienam, sed leg. consanguineus erat.

Etiã si rẽ suam quasi alienam leget.

Etiam si rem suam pignoratã leget, sed hæredes debent pignus redimere, nisi testator contradixit.

Etiam si res sit aliena legata, quæ legatario quæsita esset ex causa onerosa nec empta, secus si ex causa lucratiua ac honoraria.

Etiam si res quę non est in rerum natura, modò in futurum esse possit, secus si nunquam possit, vt sũp.

Etiam qualibet re, quæ est priuata, secus si sit publica vel sacra.

Etiam si res aliena legetur, & legatarius emerit, proprietarius illius, quo casu si posteà vsufr. ex causa lucratiua habeat ęstimationem tantùm, proprietarius ex legato petet.

Legatum de omni re factum valet

Legatum tamen rei meæ mihi factũ, non valet, quamuis illam alienauerim, verùm ex eo quòd testator rem legatã alienat, nõ dicitur reuocare legatũ, nisi contrà probetur testatorẽ reuocasse.

Legato

Legato duobus cõiunctim vel diuisim facto vtrique æqualiter debetur, vel vni, altero repudiante.

Debitor, cui legata est liberatio, quẽcunque agentem repellere potest, vel etiam agere, vt liberetur.

Debitum meum mihi inutiliter legatur, nisi aliquam vtilitatem leg. habeat.

Dos vxori legari potest, etiã si vxor nullam dedit, modò exprimatur certa quantitas.

Hæres de legato non tenetur, nisi facto suo perijt.

Legata equa cum fœtu, debetur fœtus etiam equa mortua.

Legata domo cum instrumento, instrumentum nõ debet domo extincta.

Grege legato, quicquid accedit vel decedit, posteà remanet leg. quod idẽ est in pec. legat.

Per libertatem seruo relictam nõ intelligitur illi peculium, quod habet, legatum.

Possum tibi legare actiones meas, sed si debitum exegero, inutile fit legatum.

Valet legatum, quo grauatur hæres reficere domum Titij.

Re aliqua generaliter legata eligit legatarius, nisi contrà testator dixerit.

Rem generaliter legatam, tam legatarius quàm eius hæres possunt eligere, & si discordent plures legatarij, si pluribus legatum factum sit, sorte fit electio.

Illis tãtùm legari potest, qui possunt instituui.

Illi qui primus consul erit olim legari non poterat, hodie potest.

Cognato, qui primus consul erit, & olim & hodie relinqui legatũ potest.

Posthumo alieno, id est, ei qui cùm nascitur suus non est, olim non legabatur, hodie secus.

Si non suo nomine vocetur leg. non vitiatur legatum, si de persona cõstat.

Valet legatum, quo domum à Titio emptam lego, etsi ab alio emissem.

Valet legatum tibi, quia gessisti negotia mea, factum, etsi non gesseris.

Seruo hæredis purè legari nõ potest, sed sub conditione secus.

Domino eius serui, qui institutus est, legari potest.

Olim ante hęredis institutionem nihil legari poterat, hodie secus.

Legari potest post mortem hæredis vel

vel legatarij.

Lego tibi fundum, si hæres meus hoc faciat, tale legatum olim non valebat, hodie valet.

TITVLVS XXI.

De ademptione legatorum, & translatione.

ADemptio & diminutio quia sunt duo principalia pugnantia, de ijs tractatum subsequẽter Imper. subnectit post legatorum tractatum. declarando ademptionem & translationem legatorum posse fieri in eodem testamentò, vel alia scriptura, etiam dictitante Aretino, aut in codicillis quibuscunque verbis ad hoc aptis.

In translatione legatorũ notabis semper contineri ademptionem. 1

Ademptio autem legatorum est vel reuocatio, vel trãslatio quædam facta aut expressè aut tacitè à testatore, propter ipsius pœnitentiã. l. rẽ legatam. & l. translatio. ff. de adimend. & transferend. legatis. 2

Adimi

Adimi legata possunt:
- Vel in eodem testamento, / Vel in alio testamento, / Vel in codicillis testamento confirmatis. — Vel expressim per verba contraria. / Vel tacitè p inimicitias capitales.
- Vel: In totum, / Pro parte.
- Trãslatione: quæ fit quatuor modis:
  - Si pro fundo tibi legato legem decem.
  - Si illud, quod tibi legaueram, Titio legem.
  - Si quod vnus hęres grauatus erat dare, alius dare grauetur.
  - Si quod purè legaui, lege tibi sub conditione.

3. *Ademptionis* autem vel translationis effectus est, vt res legata remaneat cũ suo onere penes hæredem, vel alium, ad quẽ est trãslata. l. si adimendo. al. Modestin. resp. 19. & ibi Bart. nu. 1. & 2. ff. eod.

4 *Quando autem ademptio* fit in codicillis, tunc requiritur, vt codicilli confirmentur. Authen. de restit. fideicommisso. §. manifestum. collat. 9. quę confirmatio intelligitur facta siue çodicilli fiant

ante

ante testamentum, siue post. vt not. per Bart. l. hæredes palàm. §. si quid post. ff. de testa. Sed si codicilli fiant ab intestato, tunc cõfirmantur per additionem venientium ab intestato. vt inf. de codicil. in princ. dicitur.

Legatum si adimatur in eodem testamẽto, tunc intelligitur non datum, & hæres liberatur ipso iure. Sed si adimatur in alia voluntate, tunc est vera ademptio, & hęres liberatur non ipso iure, sed ope exceptionis. vt ff. de his quæ in testamento delen. l. j & ff. de lega. j. l. si ita scriptum. in qua vlt. l. dicit tamẽ Bart. quòd quando dicitur hęredem non liberari ipso iure, sed ope exceptionis, debere intelligi, quando legatum est ademptum in alia voluntate minùs solenni. Nam si adimeretur in voluntate æquè solenni, liberatur hæres ipso iure. 5

Duo si sint codicilli, in quorum vno datum est legatũ, & in alio est ademptũ: & non appareat quis codicillus sit prior, tunc ille presumitur vltimus, in quo ademptio facta est. argumen. l. non potest videri. ff. de reg. iur. Sed si vna res in duobus codicillis diuersis legata est, ambo admittuntur per cõcursum ad partes rei legatæ. ff. de lega. j. l. si pluribus. 6

Ademptio

7 *Ademptio* potest fieri contrarijs verbis, vt, dicendo, non do: non lego. vel alijs verbis, vt, dicendo: pœnitet me illi hoc legasse. vel etiam sola voluntate testatoris præsumpta, vt si legatarius post factū testamentum fiat inimicus testatoris. vt l. iij. ff. de adimend. lega. sic etiam si legatarius post mortem testatoris stupraverit vxorem eius, adimitur legatum. vt glos. l. fideicommissum. C. de lega. & fideicom. sed isto modo non adimitur hereditas: quia ad hoc requiritur solennitas. vt l. ex parte. ff. eod.

8 Quando legatum transfertur de vno ad alium, tenet translatio, quamuis ille ad quem transfertur non sit capax. vt ff. de lega. j. l. planè. Secus si ille, ad quem transfertur, moreretur viuo testatore. quia tunc legatum maneret apud primum. vt l. etsi viuo. ff. eodē. Et quando transfertur legatum, si primo legatario sit appositā conditio illa, intelligitur repetita in secundo. vt l. legatum sub conditione. ff. eod.

TITV-

TITVLVS XXII.

De lege Falcidia.

E exinanirentur legatis hæreditates prudẽter hac lege cautum est, ne plus liceat cuiquã legare, quàm dodrantem tom bonorũ, vt apud hæredes quarta aneat. Vbi ergo hereditas grauata les est, deducenda est quarta, & in fins hæredibus ratio legis Falcidiæ poda. Venit aũt in hac lege consideran uantitas patrimonij, quæ testatoris tis tempore erat, quæ si grauata les sit, vtcunq; deinde augeatur, semhæc lex competit, sin minor, paciscecum hęrede legatarius, siquidem veæreditatem ille adire, & nec sic dafsum est hæredi. Sic aũt ratio huius ponenda est, primùm detrahitur l extra bonorum quantitatem est. ndò æs alienum. Tertiò funeris imæ, ex eo ꝙ supereſt & seruorum maissorum precia. Tum in reliquo raabeatur, vt quarta apud hæredem eat. Detrahitur autem hæc quarta non ex re vna, sed ex omnibus legaro modo legatorum.

1 *Diminutio autem legatorum*, quæ vsitatè dicitur *Lex Falcidia*, est facultas legandi, qua modus præfigitur testatori, ne totâ suam hæreditatem legatis exhauriat, sed hęredi instituto quoque partem hereditatis suæ relinquat: cui cùm aliquid deesset, hęres eandem integrè à legatarijs pro iusta singulorum portione, analogia Geometrica, non autè Arithmetica detraheret. l.j. & ij.ff. ad leg. Falcid.

Huius sunt duæ partes, quarum
- Prior concedit legandi potestatem.
- Posterior eandem restringit, ne quis vltra dodrantem, id est nonã partem bonorum alijs hodie possit legare. l.j.§.j. & l. 2. ff. eodem.

2 *Falcidia* dicta est à Falcidio autore huius legis, inuentæ gratia testatorum, ne intestati decedant: quando hæredes nullum lucrum haberent ex hęreditate. Testator tamen nõ potuit olim Falcidiam repudiare. vt l. quod de bonis. §. fin. ff. eodem. sed hodie potest. vt in authent. sed cùm testator. C. eodem.

Falcidia
- In donatione causa mortis. vt C. de donat. causa mort. l. ij.
- Etiam in causa mortis capione

habet locum { onc. vt C. eod. l. penult. præcipuè si caulà mortis capio proficiscatur ab hærede: secus si à testatore. l. acceptis. ff. eodem.

Item in fideicommissis. vt C. eodem l. ij.

Denique in donationibus inter viuos, si morte confirmẽtur, aliàs non. vt C. eod. l. in donationibus.

Item notes Falcidiam habere locum, 3
quando testator legat vltra dodrantem. quæ continet nouem vncias. vt suprà de hæredib. instituend. §. hæreditas. quod autem supra legatum est ipso iure spectat ad hæredem. ita vt ad hoc habeat rei vendicationẽ. vt ff. eodem l. Plautius. Falcidia tamen non debet detrahi ab vna re legata. vt ibi. Sed quando legata est pars hæreditatis, tunc succurritur hæredi per l. Falcidiam, vt partes rerum vel æstimationem præstare possit. vt ff. de lega. j. l. ampliùs. §. j.

Quando pars hæredis vnius est grauata legatis, tũc ipse debet quartam partem suæ 4
partis saluam habere. Et cohæres nõ succurrit sibi de parte sua, quia Falcidia in singulis hæredibus ponenda est, vt hîc in text. §. & cùm. Et computatur in Falcidia

cidia quod quis habet iure hæreditario. & non quod habet à cohærede vel aliàs. vt l.in quarta.§.si quis verò.ff.eod. Nisi testator voluisset hoc imputari. vt l. q̃ autem. in fin. ff. eod. vel nisi sit pecunia data à statu libero. vt ff. de donat. caus. mort.l.quod statu liber.

Falcidiam legata nõ admittunt, & à

Si filio legata sit legitima naturæ debita. vt C. de inofficioso testamento.l.sancimus.

Si vxori legatum sit instrumẽtum dotis.vt C.eod. l.si prædiorum.

Si vxori legata sit dos. vt l. sed si vsusfructus.§.dos.ff.eod.

À legatis in testamento militis iure militari facto. vt C. eod. l.in testamento.

A legatis ad pias causas. vt in Authent. similiter. C. eod. maximè si sint legata pro anima. aliàs secus: vt pro refectioñe pontium.vt l.imponenda.C.eod. vide Specul.tit.de instru.edit.

Si testator prohibuerit abstrahi Falcidiam: quibuscunq; etiam verbis ad hoc aptis. vt habet Castrens.d.l.similiter.

Propter crimen: vt si testator instituit

quib. ea nõ detra hatur, sunt

instituit heredem & rogauit eũ, vt hæreditatem restitueret filio suo spurio. Et posteà legauit multa, scilicet vltra dodrantem, non potest iste hæres abstrahere Falcidiam. vt l. etiam si tacitam. C. eod.

A re, quam testator prohibuit alienari per legatarium extra familiam suam. vt in authent. sed si in ea. C. eod.

Si legauerit precia ad emendum seruos, & ad manumittendum eos. ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. sed & libertas.

Si hæres sponte legatum solue rit, vel etiam si promiserit se integraliter soluturum. Authent. sed cùm testator. C. eod.

Si hæres non fecerit inuentarium. vt d. authent. sed cùm testator. & l. fin. §. si quis autem. C. de iur. delib.

Si fiat subtractio alicuius rei in hæreditate fraudulenter per hæredem. §. hinc nobis. in Auth. de hæred. & Falcid.

Hæc enim impediunt hæredem, quò minùs quartam naturaliter sibi debitam

adminiculo Falcidiæ consequatur.

TITVLVS XXIII.

De fideicommissarijs hæreditatibus, & ad Senatusconsultum Trebellianum.

DE legatis cùm iam Iustin. Imperat. qualiter fiant & qualiter adimãtur per testatorem & per l. Falcidiã, dictum sit: consequens erat vt iam de fideicommissis tractaretur, vbi stare vellet pollicitis sup. §. legatum. versic. sed ne in primis. de legat. vbi se tractaturum de legatis separatim & de fideicommissis promittit. Licet fideicommissorum eadem sit ratio, quæ & legatorum.

1 Si quis ergo ad aliquem fideicommissum velit transmittere, videat vt recto iure testamento hæredem instituat, illumque roget, vt quàm primùm possit, hæreditatem, vel eius partem, cui velit restituat.

2 Sed cùm iure ciuili in hæredem actiones omnes competerent, qui necesse haeat illam hæreditatem restituere, cùm alter

alter quasi legatarius esset, cautũ est SC. Trebelliano, vt actiones in eum darentur, cui ex fideicommisso hæreditas esset restituta. Ea autem res cùm molesta esset hęredibus, qui nollent ob nullum aut minimum lucrum adire hæreditatem, SC. Pegasiano statutum est, vt liceat hęredi quartam retinere, & certæ stipulationes interponerentur.

Sed cùm illæ captionibus locum facerent sublato Pegasiano, omnis vis Trebelliano SC. data est, & ita ordinatum, vt hæres fideicommissario omnino hæreditatem restituat, & si quidem velit, quartam retineat, hac tamen retenta, pro rata portione actiones in vtrunq; competant. 3

Si verò totam restituat, omnes hæreditariæ actiones aduersus fideicommissarium competant. Quòd si hæres quædam negauerit, tenetur iurare non esse relictum. 4

Fideicommissum seu obliqua institutio, est institutio hæredis directi, qui rogatur vt hæreditatẽ testatoris adeat, eamq; posteà alteri nominato à testatore restituat, retenta tamen sibi si voluerit quarta omnium bonorum parte. §. imprimis. hîc. 5

Hæres, siue

Testamentarius:

Grauari potest, vt totam hæreditatem vel partem restituat, siue in solidum, siue p parte institutus sit.

Grauari potest { Purè. / In diem. / Vel sub conditione.

Post restitutionem non tenetur actionibus hæreditarijs, nisi quatenus apud illum ex hæreditate remanserit.

Ex singulis fideicommissis retinet quartam partem, si volens adiuit hæreditatem.

Coactus adire & restituere, nullum cõmodum vel incommodum ex hæreditate habet.

Si volens totam hæreditatem restituat, nullum incommodum ex hæreditate habet.

Legitimus:

Rogatus restituere hæreditatem retenta certa re vel pecunia, quę etiam quartam partem valeret, actionibus hæreditarijs non tenetur.

Si neget fideicõmissum relictum, non excusatur posteà, si dicat non solenniter relictũ.

Si

Si neget fideicõmiſ. relict. cogitur iurare non eſſe relictum aut ſoluet.

Obiter repetendum hîc eſt fideicommiſſum eſſe triplex.

Vniuerſale, cùm vniuerſum patrimonium indirectè relinquitur alteri p intermediam quandam perſonam, quæ iubetur, vt hæreditatem reſtituat fideicõmiſſario: vt, Lucium hæredem inſtituo, & eius fidei committo, vt totam hæreditatem meam reſtituat Sempronio. & de hoc fideicommiſſo propriè loquitur hic text. præſentis tit. licet gloſ. hîc. in princ. j. §. pro eodem reputet fideicommiſſum iſtud cum fideicommiſſo ſequẽti, nempe generali. quod non admitto, niſi generale capiatur impropriè. alioqui ſanè inter hęc magna eſt differentia. 6

Generale eſt, quod fit generaliter de quibuſdam rebus reſtituẽdis, non tamen de tota hæreditate, nec de certa re peculiariter: vt ſic dicendo, Titi inſtituo te hæredem, & rogo, vt omnes equos meos reſtituas Gaio. l. omne. C. communia de legat. Et iſtud fideicommiſſum ſimiliter exęquatur legato, vt dicetur in ſeq. fideicommiſ. ſingul. 7

Singulare ergo fideicommiſſum eſt, dũ teſtator roget hęredem, vt rem aliquam 8

singularē alteri restituat: ita vt omninò istud fideic. exequetur legato. Et ab isto si opus est abstrahitur Falcidia sicut à legato & non Trebellianica. nec talis fideicommissarius cōpellit hæredem adire hæreditatem. & de isto particulariagitur tit. sequenti.

Heres hodie cōpellitur hæreditatē adire per fideicommissarium & fideicōmissū, cōcurrētib. tribus:

Vt fideicommissarius caueat hæredi de restituendo damno, si aliquid incurrat ex aditione hæreditatis. vt l. qui poterat. ff. eod.

Vt fideicōmissarius sit capax fideicommissi. vt hîc in glos. super verb. quibus.

Vt heres sit rogatus restituere totam hæreditatem vel partem eius, & non res singulares. vt in f. eod. §. si verò.

9 *Fideicommissarius* agit contra hæredē, quando est sibi facta cessio, nō antè. Bar. l. si quis seruum. §. si certam. de lega. ij. l. Imperator. in princ. eod. tit. & l. legatarius. de lega. iij. Specul. de act. seu pe. §. ij. vers. sed quando. Et fideicommissarius habet vtiles actiones ipso iure sine restitutione, quando hæres grauatus latitat, vel quando mortuus est sine hærede, vel

quando

quando à primo fideicommissario relictum est fideicõmissum alteri. l. penult. §. fin. C. ad Trebel. vel quando bona sunt alienata per hæredem grauatum. vt ibi glo. vel quãdo pauperes, vel ecclesia sunt substituti. vt ibi per Bald.

An fideicommissum valeat sine institutiõe hæredis: distinguendum,

- Aut cõstat testatorem voluisse facere testamentum:
  - Et tunc non valet fideicommissũ sine institutione hæredis. vt hîc. & l. j. ff. de codicil.
- Aut constat voluisse facere codicillos, vel fideicõmissum relinquere ab intestato:
  - Et tũc valet fideicommissum sine hæredis institutione. vt inf. eod. §. prætereà.
- Aut est dubium.
  - Et tunc fecit mentionẽ. præsumitur quòd voluerit testamentum facere. Et ideò non valet fideicommissum sine hæredis institutione. vt. C. de testa. l. non codicillus. nisi testator tunc expresserit quia nõ voluerit facere testamentũ. vt l. fi. C. de codicill. aut aliàs constaret de sua volũtate. vt l. Scęuola. ff. ad Trebellia.

10 *Quia tamen* per SC. Trebellianum rogatus restituere, nil retinebat, propter quod sæpe recusabat adire hæreditatem, & ita extinguebantur fideicommissa, ideo postea inuentum est SC. Pegasianũ, per quod rogatus retinebat quartam partem, & onera hæreditaria manserunt apud ipsum rogatum, nisi stipularetur à fideicommissario, quòd pro rata sua onera supportaret.

Quæ debetur ascendentibus, & descendentibus, & quibusdam collateralibus, quæ vocatur legitima, & interdum vocatur debitum bonorum subsidium. vt C. de inofficios. doti. l. si totas. Et de ista quarta & quomodo hodie est aucta ad trientem vel ad semissem. d. est suprà de exhæred. liber.

Quarta Falcidiæ. de qua est d. sup. in tit. proxi.

Trebellianica, quæ fuit introducta per SC. Pegasianum. Sed hodie attributa est SC. Trebelliano. vt sup. eo. §. & quia stipulationes.

Quæ debetur filio arrogato. de qua etiam d. est sup. de adopt.

De qua habetur in Authent. vt liceat matri vel auiæ. in duplici casu. Primus est, Si quis duxit mulierem in domum suam,

suam,& dixit eam esse suam vxorẽ. postquam autem cognouerit eam, expellebat ipsam. ille tenetur dare ipsi mulieri quartam partem bonorum. Secundus casus, Quando vir diues moritur ante vxorem suam, quæ inops est & indotata. tunc talis mulier debet habere quartam partem bonorum. Authent. præterea. C. quando vir & vxor.

Reiecto S C. Pegasiano, hodie hæres rogatus restituere plùs quàm dodrantem hæreditatis retinet quartam vel supplementum eius, vel repetit eam, si totum fideicommissum soluerit actionibus pro rata parte diuisis inter hęredem & fideicommissarium. Et si hæres noluerit hæreditatem adire, cogitur eam adire & restituere. & tunc nec lucrum nec damnum habet. 11

TITVLVS XXIIII.

De singulis rebus per fideicommissum relictis.

EVndem ad modum, quia singulares res possunt per fideicommissum alicui relinqui, & legatarius posit de legatis restituen-

ſtituendis (dummodò non oneretur) rogari: vt & libertas poſsit relinqui per fideicommiſſum: ideo hoc capite Imp. de his agit ſubſequenter, vbi de vniuerſalibus abſoluerit præcedenti tit.

- Fideicommiſſũ ergo relinquitur
  - Siue totius hæreditatis.
  - Siue partis hereditatis. Et hoc caſu particulare fideicommiſſum dicitur.
    - Siue alicuius rei partis cularis. & hoc caſu nõ refert
      - An res illa ſit
        - Teſtatoris.
        - Hæredis.
        - Legatarij.
        - Alicuius alteri⁹ fideicõmiſſarij.
        - Alicuius extranei.

        Hiſq; caſibus debetur vel res, vel eſtimatio.
      - Siue grauetur
        - Hæres.
        - Legatarius.

        Modò in plùs, quàm ex teſtamento acceperit, non grauetur.
    - Per hæc verba,
      - Peto.
      - Rogo.
      - Mando.
      - Volo.
      - Fideicõmitto.

      & quæcunq; ad hoc apta. vt l. omne verbum. C. communia de legat.
    - Aliquando de libertate, quæ
      - Per fideicommiſſum relicta eſt fideicõmiſſaria.
      - In teſta. relicta, é directa.

Fideicõmissã singulare est donatio q̃dam qua testator mandat fidei hæredis, vt rẽ singularem post suam mortem alteri à se nominato restituere velit. §. j. hoc tit. 1

Res ergo singulares tã propriæ quàm alienæ possunt per fideicommissum relinqui, ab hærede vel legatario præstãdę, quamuis à legatario non posit legatum relinqui. Et potest legatarius vel fideicõmissarius grauari, vt non solùm illã rem quæ sibi relinquitur restituat: sed etiam aliam suam vel alienã, si in commercio sit. Et nemo potest plùs grauari, quàm honoratus est. vt hîc. §. cùm autem aliena. & regulare est. 2

Si quis rogatus sit de quantitate post tẽpus restituẽda. quia tunc tenetur ad tantum, quãtum interim fuisset receptum ex vsuris. l. Imperator. ff. de lega. ij. hodie tamen habẽt consideratio ad honestũ lucrũ, cũ hodie vsurę sint prohibitę. vt c. p vestras. extr. de don. int. vir. & vx.

Si relicta sit alicui res aliqua, vt ipse restituat alteri rẽ suã meliorẽ. Et ipse receperit rem sibi relictam: tũc enim in veritate plùs grauatur q̃ est honoratus. vt d. l. Imperator. §. si centum. vers. enimuerò. tamen præsum-

Fallit tamẽ

præsumptiuè non est plùs grauatus. quia præsumitur vt ipse plùs æstimauerit illam rem sibi relictam, quàm aliam rem alteri restituendam.

Si relictus sit fundus, quia tunc tenetur rogatus restituere fundum cum fructibus medio tempore perceptis. vt ff. de lega. j. l. filius familias. §. apud Marcellum.

Si relictæ sint duæ res alternatiuè, & ipse elegerit viliorem rem. vt ff. de legat. j. l. planè. §. si cui.

Si plùs grauetur ex natura rei, vt quia quota sibi relicta est exhausta legatis. vt l. Imperator. §. cùm quidam. ff. de lega. ij. Sed contra hoc est hodie remedium per beneficium Inuentarij à Principe concessum. C. de iur. deliber. l. fin.

TITVLVS XXV.

De codicillis.

Codicilli quia hodie fiunt in breuiori forma, affines testamentis, quorũ habent naturam. vt l. fi. C. eod. de quibus quòd satis est eorumq;

rumq; accidentibus d. est, ideò continuè agit Iustin. Imperator hoc tit. de illis. li ceteorum olim vsus erat nullus, & Augusti primùm temporib. introducti essent. His fideicommissum quidem fieri potest, sed neque hæreditas directò dari, neque adimi, nec conditio hæredi instituto adijci, neque substitui directò potest. Licet verò & ab intestato codicillis fideicommittere, & possunt plures fieri codicilli. Solēnitatem enim nullam desiderant.

Codicilli sunt vltima quædam voluntas imperfecta seu minùs solennis, facta coram quinque testibus, in qua sine hæredis institutione aliquid per fideicommissum alij relinquitur. §. fin. hîc. & l. fi. C. eod. 1

Cum testamento, & hos testator confirmare potest, { In futurū: vt quicquid faciam valere volo. / In preteritū: vt qcquid feci, valere volo.

Ante testamētum. l. siue initio. C. eodem.

Codicill 2 In testamento, & valent in subsidium deficiente testamento, cui inserta erat clausula codicillaris.

lorũ alij fiunt { Post testamentum,& sic quoque à testatore confirmati valent. l. conficiuntur.ff.de iur.codicil. Sine testamento, ante vel post. Et hi obtinent vim ab intestato, licet desiderent aditionem hæreditatis à venientibus ab intestato.§. non tantùm. hoc tit.& l. ab intestato. ff.eod. l. conficiuntur.ff.eod.l.ij.ff.de fideicommissar. libert.

Fabricatio codicillorum requirit { Ius codicillandi. l.diui. ff. eod. Et potest in codicillis hæres nominari, de quo in testamento dest: Quem codicillis nominabo, eum hæredem faciam.

Quinque testes.l.fin.§. final. C. eod.tit.

Vnus & idem actus omniũ testium adhibitorum,d.l.fin.

Subscriptio testium,si codicilli sint in promptu. d.l.fin. vbi Iaſ. nume. 12.

2 *Hæreditas* per fideicõmissum potest dari in codicillis,siue detur { Immediatè. } vt ff.eod. l.ij. Siue mediatè. }

Hære-

Hęreditas repetitur

Per condictionem ex lege. vt ff. de condict. ex leg. l. j.

Vtili actione (secundum quosdam) ex testamento. quia codicilli ad instar testamenti sint inuenti. ff. eod. l. ij. §. j.

Per officium iudicis (secũdum alios.) vt. C. eod. l. fin.

Sed dicit Ioan. Fabr. quòd si codicilli confirmati sint in testamento, petitur relictum in eis actione directa ex testamẽto. aliàs vtili actione ex testamento. l. ab intestato. ff. eod.

Et licet quis non possit decedere cum pluribus testamentis. vt sup. quib. mod. testa. infir. §. posteriori. potest tamen decedere cum pluribus codicillis non contrarijs. vt hîc. & C. eodem. l. cùm proponas. Et si contrarij sint, statur posteriori: quia testamentum continet plenam voluntatem testatoris. vnde idem testamentum non compatiatur aliud. fac. §. interdum. sup. de curatoribus. vbi habenti tutorem tutor non datur. Sed codicillus non continet plenam voluntatem illius, qui facit codicillos. 3

Quo ad institutionem hęredis. Hæc enim non est necessaria in

codicillis, quæ tamen necessariò requiritur in testamentis. §. ante heredis. sup. de lega. & §. codicillis. hoc tit.

Quò ad substitutionem, & personas testium. Nam in testamento solenni septem testes masculi requirũtur. §. sed cùm paulatim. & §. testes autem. sup. de testam. ordinand. sed in codicillis quinque testes sufficiunt, inter quos etiam mulieres recipiuntur. d. l. fin. C. eod. & l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa.

Differunt ergo Codicilli à testamentis, præcipuè quadrupliciter:

In testamento non possunt esse testes, nisi specialiter ad hoc rogati. l. hac consultissima. C. de testam. In codicillis autem etiam casu aduenientes testificari possunt. d. l. fin. §. fin. C. de codicillis.

Per posterius testamentum aboletur prius. §. posteriore. suprà. quib. mod. testa. infir. Secus verò est in codicillis, quorum plures post se quispiam efficaciter relinquere potest. §. final. hoc tit. quia in testamento continetur vniuersalis, in codicillis verò tantùm

tùm particularis quędam dispositio. secund. Ias. l. cùm proponatis. nume. 2. C. eod. Plures autem differentias habet Kling. nu. 2. hîc. Et de codicillorum materia vide Speculat. de instru. edit. §. nunc verò. & §. porrò. cum seq. de testam.

Codicillum autem facere potest, qui testari permittitur. Bart. l. vt testamẽtum. in princ. de seru. corrupt. l. diuus. §. codicillos. ff. de iur. codicil. item & qui prohibitus est testari: puta minor 20. annis ex forma statuti. Bald. l. fin. ij. col. in princ. versic. quid si. C. de testa. Contrà tamen Bart. l. ij. versic. quæro. ff. de lega. j. & ibi Castrens. Alex. Imol. ij. col. vers. iuxta. & Francis. de Aret. l. j. de vulg. & pupil. §. substituere. in med. ij. col. & l. sciendũ. in fin. ij. col. de lega. j. 4

Denique tutius est relinquere per codicillos, quàm per testamentum, nisi fortè quis vellet instituere hæredem: quod in codicillis fieri non potest. l. hæreditatem. C. de codicill. Et est ratio, quia testamentum per aliud testamẽtum semp rumperetur. vt l. sancimus. C. de testa. Sed codicilli primò facti non rumpuntur per alios qui fierent, neque per aliud 5

teſtamentum ſequens, niſi expreſsè dicatur. vt eſt hîc textus. §. non autem. & notat Speculat. in tit. de inſtrumentor. edit. §. compendiosè. verſ. ſed & conſiderandum. & vide eundem. §. viſo de impugnatione. verſi. & nota quod tutius. eod. titul. dict. Sed ne ampliùs exturgeſcat pagina, eſt quod accedamus tertium Inſtit. lib. D. Iuſt. Imperat.

FINIS LIBRI SECVNDI.

SCHEMATISMORVM, SEV

TABVLARVM INSTITVTORIARVM IN DVOS POSTER. LIBROS INSITVTIONVM IVRIS CIVILIS D. Iustiniani Imperatoris.

PARS SECVNDA.

INVENTORE

GEORGIO VIVIENNO ANTuerpiano, art.lib.& I.V.Doctore: Aduocato consistoriali Cancellariæ Brabantiæ, supremique Senatus Belgici, Philip. Hispan. Reg. nec non Reuerendiss. Episc. Cameracensis Iurato, &c.

COLONIAE
Apud Theodorum Baumium,

ANNO M.D. LXXI.

IN. INSIGNIA CLARISS. ET DOCTISSIMI VIRI, DOMINI GEORGII VIVIENNI ANTVER. I. V. Doctoris integerrimi, &c.

Hæc sunt Doctoris VIVIENNI insignia viua,
Imper. quæ Quintus Carolus ille dedit.
Quæ VIVIENNI Atauis tenuêre ob signia facta:
Nomen vt æternũ ex his VIVIENNVS habet.
Montis Parnasci dotes monstrat Iouis Ales,
Et Galeæ culmen Martis honore patet.
Nec non virtutes nigrum retinet Caput Apri,
Vulnerat hoc hostes, & grauitate valet.
Robora Taurorum cerebris splendentia rubris,
Designant iustum nobilitatis opus:
Aſt ἀυτήρων sparsum multaq; rubedine cinctum,
Auroram Musis præmia ferre monet.
Denique Velamen dispensat vela secunda,
Et portat claris dulcia dona viris.
Quæ velut in signum veræ pietatis habentur,
Et benè de multis commeruisse decent.

Ioannes Gigas Secundus, Poëta Laureatus & Philosoph.

EIVSDEM VOTVM POETICUM pro Eodem.

Lauria Pierijs musis VIVIENNE GEORGI,
Eximio tibi sit nomine plena Salus.
Omine fœlici pulsa cœleste theatrum,
Rex regum Christus téque tuosq; tegat.
Gaudia te cingant nullo moritura sub æuo,
Ingenuis viuas tempus in omne choris.

V ertant se potius miro cum turbine montes,
S. it tibi quàm Domino Sors inimica gradu.
V iui sint prius hic quouis sine flumine pisces,
I n te quàm iaciat mors violenta manum.
V is prius in cœlis humanos deferat artus,
I nuadat tua quàm viscera dira lues.
E xcelsus prius hic nil spargat lucis Olympus,
N æuo quàm pereas Doctor aperte malo.
N ulla prius vasto videatur in æquore nauis,
V incat quàm vires Parca maligna tuas.
S. ana tuo sanis in sano corpore mens est,
I nter & Heroas nobile nomen habes,
V irtutes sequeris celebres virtute beatus,
R ebus & in cunctis est tua cura Deus.
I nteger os, stolidi vitans uaga retia mundi,
S. ectaris sanctæ dexteritatis opus.
V iuis, non vt edas, sed edis quò viuere possis,
T u duplicis iuris Doctor es arte potens.
R ectori tentas Cœli seruire supremo,
I nq; throno Christi spes tua tota sedet.
V ibras magnanimis quæ sunt vibranda Camænis,
S tat tua per publicum gloria firma forum.
Q uàm varias puro gestes sub pectore dotes,
V iua viros doctos hic monumenta docent.
E. x propriis scriptis dominum te noscimus omnes,
D e pennis Doctor stat tua fama tuis.
O tia nam vitans multo sudore laboras,
C onatu celebri quod facis, omne facis.
T u belle pascis Parnassi numina montis,
O ptimus es vena, iudicio; bonus.
R ebus in aduersis quapropter surgito felix,
Musa perire vetat te VIVIENNE Virum.

CEA-

CLARISSIMIS, GRAVISSIMIS, ORNATISSIMIS, GENEROSISSIMISQVE HEROIBVS D. MELCHIORI VAN MVLHEM: GERARDO PILGRVM: ITEM, GODDARDO HITTORPP: CONSTANTINO LYZKIRCH. ET PHILIPPO GEILL, CVM HENRICO KANNENGEISSER: PP. COSS. nec non amplissimo florentissimæ Colonienſis Reip. Senatui. P.Q. GEORGIVS VIVIENNVS ANT. S.D.P.

Didimus haud ita pridem tam foro quàm Scholis sic satis diligenter accommodatos SCHEMATISMOS in duos priores libros Institut. D. Iustin. Imp. quos dedicauimus Illustrissimo, Clementissimoque Principi ac Comiti Salentino, Archiepiscopo huius Diœcesis: cuius excellentia & eos ipsos Illustri ac liberali gratia susceptit, quẽadmodũ & vestræ amplissimæ circũspectatissimæq; dignitati & Senatorio ordini huius inclytæ Rei pub. Agrippinæ Coloniæ viri COSS. ac domini splendidissimi præstantissimiq; longè fore gratissimos equidem dubitare haud oportuit hãc

postremam partem SCHEMATISMORVM. Nec mea solùm hæc fuit sententia, sed talium quoque plurimorum quos si quicquam à consilio discrepare meo cognouissem, & ob auctoritatem summam debuissem sequi, & si commemorem, propter nominis eorum celebritatem nemo herculè non fateatur prorsus fuisse audiẽdos. Quinimo cum præcipua laudatorum etiam Principum cura, vti olim semper fuit, ita nunc quoque sit non solùm in tuendis conseruandisque literarum monumentis, quibus humano generi nihil quicquam à Deo datum est vel pulchrius, vel præciosius, vel magis necessarium, sed etiam in prouehendis iuuandisque literarijs laboribus, quorum beneficio maximè salubris & frugifera cognitio rerum constat, quantam apud vos laudatissimos dominos ineant gratiam, qui sponte sua priuataque cura rebus communibus in hoc consulũt quis ignoret? Itaque quos vestræ excellentiæ etiam publicè speramus imprimis fore vtiles Septemvirorum nomine atque gratiæ luce fulgentes in oculos omnium orbis terræ gentium prodire voluimus. In quibus fallacias, data etiam occasione, verborum & rerum, (præter TABVLAS textus) per quas vitiosæ argumentationes, sub specie veri, pernitiosè admodum nocere solent: ad Dialecticã ferè & communem forensium rationem, tractauimus: nõ alium rati stu-

ſtudioſis omnibus in diſciplina ciuili progreſſum fore commodum: quàm vt æquum ab iniquo diſcernendi artem hac via deguſtarent. Quod cùm & animaduertiſſem, qui et ipſe nomen meum profitear in iure vtroque, nil alienum putaui, vt proſim multis, obſim nemini: nec ab inſtituto noſtro abhorrens facturus: vt ſpartam nactus eam ſic adornem, vtque pietatis officia exercuiſſe non impietatis maleficia deſignaſſe (intereà quòd hoc turbulẽto ſæculo, mihi abſenti à patria nũc hic vacet, arguar. Si & quæ in me ſint ingenia, ſi quid eruditionis atque doctrinæ, quorũ Deum omnis boni inexhauſtum fontem, mihi authorem, homines doctos proboſque Iudices ſtatuo, vt ſine vlla inuidia auditorij vice benignè ac liberaliter agatur. Nonnullas interpretationes ea de gratia, meo more, ac iudicio, magis ſenſui textus accõmodem inter Tabulas *d. depingendas vt intelligatur rectiùs id de quo agatur in aliquot licet tantùm loca, per Barbaros fœdiſſimè depraua ta: Accurſij inſcitiam, & nonnullorum aliorum ceu digito oſtendendo palamq; faciendo. Non quod veſtras amplitudines, quarum cum ſumma prudentia, quæ in adminiſtranda temperandaque tam florenti & populoſa Republ. facilè eluceſcit, & longè antè id perſpexit, tum voluntas, quòd multis argumẽtis cognoſci poteſt in honeſtiſſimũ recta ſtudia pro-*

mouendi propositum tota propendet de his quicquam dubitare existimẽ: sed vt & ijs obstruamus os, aut, si qua fieri possit, infensiores eorum animos placemus potius (vt inobis non non sumus nati, sed patriæ, parentibus & amicis) qui præclarissimis huiusmodi semper conatibus obstrepere solent, & quantum in ipsis est, obsistere nituntur. Leges enim rectissimè fidelissimeque explicari Reipub. interest, quæ si perperam enucleentur, magna incõmoda, velut ex Equo illo Troiano, sese promẽt. Verũ enimuero recta verborum explicatio (vt ex libris Domitij Vlpiani, & I. Pauli, quos ad edictum scripserunt de cui Iuris hic studiosos elapsis paucis mensibus, post edoctas Instit. Iur. Ciuil. D. Iust. Imp. locosq; cõmunes argumentãdi legales quadringentos. dum repeterem titulũ de verb. ac rer. signi.) ad iuris cognitionẽ vel maximè cõfert. Ea itaq; ratione Schematismis *legalibus, hoc quicquid est operis, etiã expositionibus nonnullis & textualibus & iudiciarijs, à me tandem concinnatũ, adfine videbatur. Siquidem forenses litigarũ disceptationes, vt frequentissimæ sunt, & omnia planè tribunalia replent, ita nulla est sine vitiosis argumentationibus alterutrius partis. Actionum autem fallaciæ quàm latè plateant, intelligi non potest, sine hisce deductionũ formulis. Edita actio, & Requesta seu libellus (vt vocant*

cant) conuentionalis, instar habet syllogismi, vel certè enthymematis: ex conuerso rei cõuenti responsio, syllogismum repræsentat, siue summariè, siue articulatim exhibeatur. Hæc prolixa vtriusq; disceptatio, hoc est multarũ clausularum adsertio & contradictio, in angustum redacta, dijudicari rectè non potest absque hoc Tabularum *accepto fundamento Instit. D. Iusti. Vt proinde huiusmodi (quas autore Deo Opt. Max. tractandas suscepimus)* Schematismorum *formulæ, quædam videantur esse exempla, in quibus legalia quotidie & possunt & debeant exerceri, cùm non tam his qui litibus determinandis in foro præsunt, quàm ijs qui interrogantibus de iure respondent, & in Gymnasijs Iura Ciuilia publicè profitentur, magnũ adumentũ (etiamsi dicamus) adferũt. Ordo enim iuris necessariò hoc flagitat, vt & Iudices iudicãdo & Iurisconsulti in respõdẽdo, & Scholarum antecessores in docendo, cõmunẽ opinionẽ (quæ Mario Salimonio I.C. præclarisſ. definiẽte, est, de iure nõ aperto, vel ab omnibus probata sẽtẽtia, vel potioribus) nõ minus, quã vel legem, vel consuetudinẽ, quũ nulla consuetudo vel lex scripta specialis vel generalis extet, nec vlla consequentia colligi possit, attendant. Dicit enim lex, Quòd scire leges, non est verba earũ scire, sed vim & potestatẽ* l. scire ff. de legib. & c. certum. de reg. iur. lib. 6.

Et nō minus est attendenda ratio legis, quàm ipsa. de rescript. si quando. de elect. ex eō quod lib. vj. *Verùm quum pauci sint, quibus contingat propter ingentes occupationes, quæ sese in iure versantibus vndique offerunt, huiusmodi variationes & opiniones ex immensis illis, nec non sinuosis & inexhaustis, interpretum commentarijs eruere: vti quot capita tot sensus.* l. si vnus. §. principaliter. ff. de arbitr. vnde & Naso.

Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ.

Et diuersitatem corporum sequitur diuersitas morū & sensuum: c. quia diuersitate. de cōcess. præbēd. & vt habet Maxim. *diuersis diuersa placent. certè non immeritò magnā gratiam ijs habere debent qui propter communem candidatorū V. I. vtilitatem, talem plusquàm Herculeum laborem in se recipiunt. Præcipuè verò præ alijs plus illis debent, qui iudicum officio funguntur: Hi enim, si contra communem opinionem ius dicant, litem suam facere prohibentur. Verùm maxima pars argutijs, insaniam etiam aliquando suam putant dilui, vel repugnante communi sensu, vbi tamen, iuxta illud Senecæ, Prudentis sit propria examinare consilia. Siquidem fuerunt semper in mundo errores, fuerūt vitia, rixæ, bella: sed boni Magistratus nusquam passi sunt omnia iustitiæ repagula ineptissimis altercationibus*

sic

sic reijci, quẽadmodũ nũc fieri multis in locis, res ipsa testatur. In iure sanè non deberent esse verba fallẽtia, nec friuolæ disputationes. Non enim propter hoc sunt instituta Iura, vt per ea homines se inuicem fallant, sed vt eis quisque in alterius notitiam proferat quod intendit. Et peccatum est, verbis vti ad fallaciam, & non ad id, ad quod sunt instituta planissimè. c. ex liter. de spõs. & c. intel. de ver. sig. Hosti. in sum. de ver. sig. §. qualiter verba. & c. contra eum. de reg. iur. in vi. *Proch dolor, quãta astutia ad decipiendam partem aduersam practicãdo vidi nonnullos in Concilijs Regiæ Maiest. & alibi vsos. Cui malo tandem dum obuiandum, quanti fieri posset, arbitraremur: opusculum id nostrum multorum autoritate comprobatum Sociorum in calce lib. 4. (quorum suis locis, etiam nomina sunt citata, tanta enim exhibenda est reuerentia, vt nomina prudentium nullatenus taciturnitati tradãtur, sed decet ea iuri inscribi.* C. de vet. iur. enucl. l. tanta. §. tanta. *Nã & qui occultator est laudum alieni, furi par est.* arg. ff. ad leg. facid. l. hæreditatũ. §. fin.) *quod pœnes nos iaceret se clusum, occurrens & adminiculans Iustitiæ in lucem prodire passi sumus, adhoc summopere rogati & requisiti, eo obiecto ex Seneca.* de consol. ad matrẽ. circ. fin. *Turpè esse, vt quid egregium iaceat in obscuro. Item*

So-

Solom. Sapientiam abſconditam, & theſaurũ inuiſum, quas vtilitates præ ſe ferant? Prou. 11. diuidendas aquas noſtras in plateis, & deriuãdos fontes noſtros foras. Item id quidem Pamph.

Ars animos frangit, & ſummas diruit arces,
Arte cadunt turres, arte leuatur onus.

Proinde nullum ex omnibus Hiſtoriographorum monumentis dabitur ſæculum, quod veri iuris & æquitatis neglectu tam infame fuerit, & ne illud quidem de quo dictum eſt, Filij ſanctorum conuerſi ſunt ad tyrannidem: quàm hoc noſtrum, quod ab aliquot annis, præter barbariem, & deſultorias opiniones, nihil ad nos perduxit, adeoque veram de moribus philoſophiam prorſus ſubtraxit. In quo peſtilenti errorũ commẽto ſicut mus in pice, perpetua voluimur moleſtia, domi ac foris. præſertim in foro & ſacroſancta Iuſtitiæ officina. Vna profectò tantùm, authore Deo, reformandi ſpes ſupereſt CC. COSS. vt priſca docendi ratio, & ſimplex grauitas, ſcholis primùm, deinde foro reſtituatur. Qualia enim iuuenum animis docendo inculcantur, talia poſtmodum per totam ætatem exercent in publicis functionibus. Vnde velim vt exploſis commentariorum nænijs, ipſi profeſſores noſtri nihil doceant,

ni-

nihil scribant, nisi simplicem & veram Iuris & æquitatis medullam, secundum Iurisconsultorum responsa, & Imperatorum, pro temporis ratione, mutationes: vt in his ingenij lumẽ exerceant, ostendentes artem boni & æqui: hoc est, quàm eleganter iuris authores naturam velut ductricem optimam, in definiendis hominum negocijs sicuti fuerint (vbi summum bonũ sit, in vita Iustitiam colere, & ius suum cuique tribuere xij. q.ij. cum deo tiſsimam. *Vnde etiam M.T. Cicero* libr.ij. de offic. *tanta est Iustitiæ virtus, vt nec illi qui maleficio vel scelere pascuntur, sine vlla eius particula viuere possint. item D. Augustin.* libr. iiij. de Ciuita. Dei. *Remota Iustitia, quid aliud sunt Regna, nisi magna latrocinia?) vtque tandem cum barbaris superioris sæculi commentatoribus, qui hodie si viuerent, sua scripta essent improbaturi, desinant puerorum more coruos sequi, & in omnes humanorum commerciorum angulos excurrere incertis opinionibus. Sic enim reddita ciuilis Disciplinæ constantia in scholis: Dubio procul sequetur iudiciorum omniumque functionum certa & constans obseruatio: scient Magistratus, quatenus quid cuique tribuendum sit, & Iesus Christus sua Clementia angustiorem faciet totius imperij statum. Denique non tam temerariè*

& le-

& leuiter quisque studebit euehi ad maiores status quam ferre queat, memor illius Eccles. 7. post prin. *Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere possis iniquitatem, ne fortè pertimescas faciem potentis, & ponas scandalum, in agilitate tua* cõcor. j.q.j. non est putandũ in fin. *Vnde & Senec.* libr. de virtu. *Ne vita altiori te ponas, in quo stanti tremendum, & descendenti cadendum. Nam secundum Hieron.* super Daniel. *excelsa periculosiùs stant, & citò corruunt quæ sublimia sunt. Item Ouid.* lib. 3. de Trist.

Tu quoq; formida nimium sublimia semper,
Propositiq; tui retrahe vela precor.

Quicquid igitur in hisce duorum posteriorũ librorum D. Iustin. SCHEMATISMIS seu Tabulis *Institorijs præstiterim, id C.S.P.Q.C. offero ac dedico, ratus hanc diligentiã, curamq; meã, erga etiam laudatissimam Rempub. neque ingratam, neque infrugiferam futuram, quum tanta sit fides vera, dilectio, integritas, & beneficentia, vt omnibus ac singulis, ex animo bene uelitis; missam faciẽs hîc alias celeberrimas dotes, grauitatem, æquitatem, magnificentiam, probitatem, eruditionẽ, liberalitatem, quibus æquidem reliquis (vt intelligimus) Germaniæ ciuitatibus (absit inuidia) antecellitis, in summa concordia perpetuò hanc ciuitatem populosam comprimentes & refer-*

reseruantes: & id quidem inter tot bellorum tumultus, armorũ strepitus, & sectarum sparsiões, quibus perculsa & prostrata iaceant per orbem nunc ferè cuncta. Dum in nostris procellis fluctuarit vestra Dominatio, aduersos vndique ventos sentientes laborantes, summos labores, molestias, pericula illis exulceratis temporibus, exatlantes: ita vt grauitate Catonem, consilio Fabium, eloquio Ciceronem, rerum cognitione Thaletem Mylesium, Iurisprudẽtia Scæuolam, ingenij acumine Papinianum vincere videamini. Quid memorem amplius animi vestri dotes? annus recensuro mihi deficeret. Quid aũt his amplissimis laudibus addi potest? O fœlix terq; quaterque, Colonia Sed dum in hac vestra excellentia recordanda nõnihil operæ & studij ponerẽ, non potui quin & hoc nostrarũ vigiliarum opus, testimoniũ, & laboris mei monumentum à magnis sæpè postulatum viris, vt in fine libri quarti versiculis patet, nec minus ab adolescentibus studiosè petitum, vobis expectatissimis GOSS. & Senatoribus consecrarem & offerrem, ac in vestro nomine studiosis communicarem, & quidẽ eo libentiùs, quòd tales tantæque sint d. præstantiæ: & quòd in hac Academia Colonienſi celeberrima essent securiùs impressa, ac proinde iure quodam vestro, quasi fructus quidam fundi vestri, vobis deberentur: quòd plurimis

vestris

vestris literarum amatores meritis hanc gratiæ referendæ voluntatem testatam relinquere par esset: quod item sine vllis vestris in nos meritis præstãtissimam vestram virtutem, & plurimarum maximarumque rerum doctrinam hoc munere dignas esse censerem: ac denique quia illustrissimæ clementiæ Archiepiscopi Colon. prima pars huius operis erat dedicata, & vestræ Dominationi debebat subsequenter pars ista secunda, vti perfecta inter vos esset regimina totius Reipubli. sub quorum alis est quod latitet quomodolibet cuiusq; status quilibet. vt pariter eximia vestra auctoritate, & insigni pariter vtilitate, alijs mortalibus, per vos, magnum præsidium in iuris studio, adferri posset: in cuius quoque opem, & si vacet, & si placeat, vestro fauore hæ Tabulæ *saluæ in vulgus, vt vobis gratissimæ ita Iuuentuti vtilissimæ, ibunt. Interim Christus ille Deus Opt. Max. ad gloriam sui nominis summa felicitate conseruabit amplitudines vestras, totumque dignissimum Senatorium ordinem diu incolumes, vt Rempub. sanctè ac sapienter etiam posthac gubernare possitis. Ex libera Agrippinarum Colonia, Pridie Calend. Iulij. Anno a C. N. M. D. LXXI.*

GEORGII VIVIENNI ANTVERPIANI I. V. DOCTORIS TABVLAE INSTITVTORIAE, IN LIBRUM Tertium Institutionum IVR. CIVIL. Diui Iustiniani Imperatoris.

TITVLVS PRIMVS.

De hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur.

QVia Iustinianus Imper. suprà §. fin. per quas personas nobis acq. promiserat se primò tractaturum qualiter hæreditas acquiritur ex testamento,& posteà qualiter defertur ab intestato,& nunc absoluerit primum: restat secundũ scire, vtpote quî hęreditas ab intestato deferatur. Quandoquidẽ quamdiu hæreditas ex testamẽto potest adiri,

ab inteſtato veniẽtibus locus nõ eſt. Quo nullo exiſtẽte, vocãtur ab inteſtato venié tes, hoc ordine. Primò, liberi, & ex liberis deſcẽdẽtes, vt nepotes, pronepotes, quando in parentũ locũ ſuccedũt. Et hi quidẽ in ſtirpes, non in capita. Secundò, legitimi, hoc eſt per virilem ſexum deſcẽdentes, agnati proximi, inter hos deſcendentes etiam ex ſororibus vterinis, primi tãtùm gradus. Ex his vocatur proximus, ſi plures ſint, ſimul omnes vocantur in capita. Tertio ordine vocantur cognati, ſecũdum gradus prærogatiuam.

- Dicitur qui,
  - Nullum fecit teſtamentum.
  - Non iure fecit teſtamentum.
  - Cuius teſtamentũ eſt ruptũ, aut irritũ.
  - Cui? hæreditas teſtamẽtaria nõ eſt adita
- Huius inteſtati hæreditas pertinet ad
  - Suos hæredes. j. ad eos qui tẽpore mortis teſtatoris ſunt in illius poteſtate & proximiores, ſiue naturales ſint, ſiue adoptiui filij. †
    - †Sui aũt ſunt
      - Per iuſtas nuptias.
      - Per oblationem curiæ.
      - Per adoptionem.
      - Per ſequens matrimonium legitimati.
  - Nepos eſt ſuus, ſi filius tẽpore mortis teſtatoris non eſt in teſtatoris poteſtate.
  - Poſthumi ſui ſunt, ſi cùm naſcerentur, in poteſtate teſtatoris eſſent.
  - Qui ſunt ſui hæredes, ſiue ignorent, ſiue furioſi ſint, etiã ſine tutoris auctoritate efficiũtur hæredes.

Filius

Filius suus est etiam, qui post patris mortem ab hostibus reuertitur.

Is cui fiscus succedit, nõ videtur habere suũ hæredẽ.

Nepotes ex vno filio, cum alio filio, vel nepotes duorum filiorum succedunt in stirpes non in capita.

Ille dicitur proximior, qui tempore mortis, vel testamẽti destituti est proximior, quamuis natus sit post mortem testatoris, modò in illius vita sit conceptus.

Filius emãcipatus non est suus hæres, sed de iure prætorio perinde succedit, nisi tẽpore mortis illius esset emãcipatus ab arrogatore, sed emancipatus post naturalis patris mortẽ neutri succedit, nisi patri naturali, deficientibus tamen omnibus suis & legitimis.

Nepotes aui ex filio, olim & hodie semper tanquam sui succedunt.

Hodie adoptatus ab extraneo omnia naturalis patris retinet iura, & etiam adoptiuo ab intestato morienti succedit, secus si faceret testamentum, & fuerit præteritus.

Nepotes ex filia, olim post agnatos tantũ succedebãt

Nepotes aui ex filia, hodie auo succedunt, sed in minore portione quàm filia, ex iij. parte.

Idem est in nepotibus ex filio, vel filia auiæ.

Frater aui vel auiæ olim præferebatur nepotibus aui ex filia, vel nepotibus auiæ tã ex filio quã filia natis.

Hodie hi nepotes præferuntur tibi fratri in tota hæreditate. Nepotes aui ex filio succedũt cum alio aui filio in stirpes.

Nepotes { Aui ex filia / Auiæ ex filio / filiáue } { Cum alio aui filio succedũt in stirpes cum diminutione tertiæ partis illius portionis quã pater illorũ habuisset, si viueret.

Nepotes { vno filio, / filiáue } { Cum nepotibus ex alio filio in stirpes succedunt

Ius de status

1 *Successio ab intestato* est vniuersalis acquisitio bonorum hæreditariorum per proximos consanguineos aut alios, quib⁹ hæreditas debetur, defuncto nullū post se testamentum relinquēte: aut condito quidem testamento, sed posteà tamen rupto vel irrito facto: aut alioquin nullo hærede ex tali testamento existente. §. j. hoc tit. & l. j. §. j. ff. de suis & legit. hered. & l. intestatus. ff. de verbor. signific.

Gradus succedendi in hæreditatem sunt 5. { *Descendentium* } in authēt. de hæred. ab intestat. veniētib. coll. 9. *Ascendentium* } *Collateralium* } *Viri & vxoris.* vt. ff. et. c. vnde vir & vx. } deque his vide Dyn *Fisci.* vt l. vacantib. } C. de bon. vacantib. } lib. x.

2 *Ad successionem autem ab intestato primò vocantur descendētes*, exclusis alijs ascendētibus, & collateralibus. ratio enim naturalis quasi lex quędā tacita liberis parentum hæreditatem addicit. l. fin. in princ. ff. de bon. damnat. et l. nam etsi. ff. de inoffic. testa.

3 *Descendentium autē appellatione, seu inferiorum non* tantùm liberos, siue masculos siue fœmellas, tā suos hæredes, quàm emācipatos, sed etiam nepotes in infinitum &

tum,& posthumos intelligi, suprà rectè monuimus per l.liberorum.ff. de verborum sig.

Liberorũ vulgo sex ſpecies	*Naturalium et legitimorum ſimul.*	§.j. ſupr.de adopt. et Dyn.in tract.ſucceſſ. nu.j. Ferr. de ſucceſſ. ab inteſt.
	Naturalium tantùm.	
	Legitimorum tãtùm.	
	Spuriorum ſeu vulgo quæſitorum.	
	Spiritualiũ. Inceſtuoſorum et ex damnato coitu ſuſceptorum.	

Succeſſio autem ab inteſtato requirit, vt

- Teſtamentum nullum ſit.
- Iniuſtum, cui deſunt ſolennitates, vel omnes vel præcipuæ.
- Ruptum agnatione poſthumi, aut arrogatioue.
- Irritum factum per capitis diminutionem.
- Nullus hæres exiſtens in teſtamento.§.j.hoc tit.

Filij naturales et legitimi ſimul, ſunt qui ex vero atq; legitimo matrimonio nati ſunt. 4
gloſ. ſuper verb.naturales.ſup. de adopt. et Dyn.d.tract.

Liberi naturales et legitimi tam maſculi quàm fœminę, ſiue in patria pote- 5

ſtate exiſtentes, ſiue emancipati hodie præferuntur omnibus alijs: & ſuis aſcendentibus æqualiter ſuccedunt in capita. authent.in ſucceſsione.C. de ſuis & legi. hæred. Dyn.ſup.d.tract.num.1.

6 *In capita ſuccedere dicitur*, quoniam ſingulę perſonę, ad quas pertinet ſucceſsio hæreditatis illius, viriles ſeu æquales accipiunt portiones Arithmetica proportione.

7 *Liberi legitimati eodem modo ſuccedũt.* §. inteſtatorum. verſic.quibus connumer. hoc tit.nam ſi filius naturalis legitimetur, vel per ſubſequens matrimonium, vel per reſcriptum principis,vel per oblationem curiæ, vel per teſtamentum patris confirmatum à principe, ſuccedit nõ ſolùm illi quò ad bona, ſed etiam quò ad dignitates & honores, diuerſa tamẽ ratione. quia legitimatus per ſubſequens marimonium per omnia cenſetur legitimatus.c.tãta eſt vis. & ibi gloſ. in verb.legitimi.extr. qui fil. ſint legiti. qua gratia tam patri ſuo naturali quàm eius agnatis,& cum alijs cognatis liberis ſuccedit æqualiter.ſecund.Bart.§.ad hoc nu.5.in authent.vt lic.mat.vel auię. &c. Sed & legitimatus per Oblationem curię vel Reſcriptum Principis,etſi in po-

teſtate

testate patria sit, tamen quò ad omnia, non legitimatur. Nam in allodialibus bonis tantùm succedit patri, qui est legitimatus per curię oblationem. §. filium. in Authent. quib. mod. natural. effic. sui. collat. 7. At legitimati per rescriptum Principis (quod tamen fieri non potest alijs legitimis extantibus) expertes sunt omnis dignitatis paternæ, sed soli existentes admittuntur ad hęreditatem patris & agnatorum ipsius. Bart. §. tribus. nu. 2. 6. & 9. in. d. Authent. quibus. mod. natur. effic. sui. coll. 7.

Cum liberis naturalibus & legitimis simul nepotes concurrẽtes, aut legitimatis, propter ius repręsentationis succedunt ipsis ascẽdentibus in stirpes. j. tantam hæreditatis partem consequuntur, quantam accepisset pater eorum vnà cum alijs fratribus suis, si adhuc viueret: Assumunt enim nepotes patris sui præmortui locum, eiusque personam repræsentant. Vnde per fictionem Iuris in pari gradu cum alijs liberis superstitibus reputãtur in successione aui vel paterni vel materni. §. cùm filius. & §. fin. hoc tit. 8

Successio in stirpes est, cùm portiones inæquales diuersis personis, respectu stirpis, proportione Geometrica attribuũtur. 9

10 *De nepotibus tam ex filio, quàm ex filia natis, & de alijs ascendentibus*, qui cõcurrũt cum filijs ascendentium, idem sentiendum est. Nã similiter ut nepotes in stirpes succedũt. glos. in verb. prognat⁹. d. §. intestatorum. & §. fin. hoc tit.

11 *Nepotes soli ac numero diuersi, siue ex filijs, siue ex filiabus procreati*, succedunt auo suo in stirpes. d. §. & l. 2. C. de suis et legit. §. si quis igitur. in Authent. de hæred. ab intest. venient.

12 *In solis descendentibus collatio profectitiorum bonorũ regulariter locum habet*, nisi à defuncto aliter expressè sit dispositũ. Quare liberi, quibus antè ab ascendentibus est collatum, volentes in illorum defunctorum hæreditate cum alijs simul succedere, tenẽtur prius illud quod acceperunt aut conferre, aut detrahere debita sua portione, vt inter cohæredes seruetur æqualitas.

13 *Hinc filius donationem propter nuptias, & nuptiarum impensas*, Item filia elocata dotem, sibi patre adhuc viuente datam vel confert, vel detrahit. Pater enim ex iuris necessitate, & non ex mera liberalitate aliquid conferens liberis, videtur velle eius rei collationem post suum obitum fieri. Authent. ex testamento. et l. vt libe-

vt liberis. C. de collationib. & Ferrar. in forma libelli, pro hæredit. vel re singul. diuidenda.

Et libri à patre empti, sed non traditi, nec expressè donati filio studioso, veniunt in collationem. vt d. est sup. de milit. test. Bart. l. 1. §. nec castrense. nu. 2. et 3. ff. de col. bon. præsertim si filius nõ habeat aliquẽ gradũ dignitatis, nec absoluerit in vita patris studiorũ suorum curriculium. Sed si accesserit expressa traditio, vel donatio per patrem facta est, vel filius, eo viuente aliquo gradus titulo ornatus sit, tunc quia quasi militare incipit, huiusmodi pro castrensi peculio habentur, & nequaquã post obitum patris sunt conferendi: imò nec sumptus studiorũ cõferuntur, si filius studiosus nulla alia habuerit bona propria, & longo tẽpore in Academia ex cõsensu & patientia parẽtis vixerit, quia tunc pater per hanc suam patiẽtiam videtur se obligasse ad huiusmodi sumptus filij, quo is sua studia cum aliqua laude absoluere posset. Quare debita ratione (vt hæc ex Analys. referam) studiorum honestè contracta, à filio studioso ante obitũ patris sui ex cõmunibus bonis tanquam æs alienum sunt soluenda. l. sed Iulianus. quæ aliàs incip. Item si filiusfam. 14

usfam.§.quod dicitur. ff. ad SC. Maced. de quo vltra Bald. d.l.j.§. nec castrense. vid.Ferra.in.d. form.libell. pro hæredi. vel re sing.diuid.nu.24.& 25. Sed hactenus de successione filiorum naturalium & legitimorum simul, satis. Itaque pergamus differere de liberorum naturalium tantùm successione. *Liberi autem naturales tantùm dicuntur qui extra legitimum matrimonium ex viro vno, vnáque concubina in domo retenta & vxoris loco habita, nati sunt:* & hi vulgo bastardi appellantur. de quibus loquitur d. glos. verb. naturales.§.j.sup.de adop.& Dyn.trac.successionum.nu.6. Et hi aut patri naturali succedere volunt, aut matri. In vtroque ergo casu tales seruandi sunt canones.

15

16 *Liberi naturales tantùm succedunt* suo patri naturali abintestato, non habēti vel alios naturales & legitimos, vel etiam coniugem legitimam, in duabus vncijs, hoc est, in sexta hæreditatis parte. Quare si defunctus reliquerit 1200. aureos, Naturales hoc casu habebunt cum sua matre ex patris sui naturalis hæreditate 200. aureos: mater autem succedit cum illis in capita: accipit enim vnam portionem ex liberis.§. si consideremus. in Authent. de trient.& semiss. collat.3. Quod tamen

tamẽ fallit si pater plures habuerit concubinas. Nam tum in odium effusæ libidinis huiusmodi liberi non possunt succedere patri suo naturali. §. discretis. vers. si verò effusa. in Authẽt. quib. mod. nat. effic. sui. eis tamen alimenta debentur de æquitate iuris Canonici. c. cùm haberet. ext. de eo qui duxit in matrimon. quam pollu. per adulte. 17

Si verò extiterint legitimi & naturales simul, liberi naturales tantùm omnino ab hæreditate paterna excluduntur, & in nihilo succedunt: sunt tamen à legitimis alendi pro facultatum modo iuxta arbitrium boni viri. d. Authent. licet. C. de natural. lib. et §. si quis igitur. in Authẽt. quib. mod. nat. effic. sui. collat. 7. 18

Nepotes aut pronepotes, auo suo naturali ab intestato nullo modo succedere queũt. l. fin. C. de naturalib. liber. 19

Sed matri etiã illustri, & omnibus alijs etiam ascendẽtibus in linea fœminea *non solùm liberi naturales tantùm: sed & eorũ nepotes & pronepotes cum alijs liberis naturalibus & legitimis simul* æqualiter succedunt: liberi quidem in capita, nepotes verò in stirpem. §. nouissimè. et ibi Ange. inf. de SC. Orfi. et l. si qua illustris. §. j. C. ad SC. Orfic. At de his Tyronibus satis, itaq; agamus de succe- 20

cessione legitimorum tantùm.

21 *Et legitimi tantùm dicuntur liberi*, quibus nõ natura, sed lex ipsa ius filiationis per adoptionem vel per adrogationem attribuit. Quod quomodo fiat, sup. tit. de adopt. d. est.

Sunt autẽ duo filiorum legitimorum genera: alij enim dicuntur adoptati, siue ab extraneo, siue à quouis ascendente, alij verò adrogati.

22 De vtroque itaq; genere hi constituuntur principales canones. *Liberi adoptiui ab extraneo, et permanẽtes in tali adoptione vsque ad mortem adoptantis*, æqualiter cum alijs liberis naturalibus & legitimis simul ab intestato succedunt, tam adoptanti quàm parenti suo naturali: habẽt enim rationem suorum hæredum, licet in adoptantis potestatem nõ transeãt. §. intestatorũ. & ibi Angel. & §. sed ea omnia. hîc. & l. cùm in adoptiuis. §. sed ne articulum. C. de adopt. & Ferr. in d. form. libel. pro hær. ab intest. delat. §. 3. nu. 11. Nullis autem naturalib. & legitimis superstitibus liberi legitimi soli succedũt patri adoptiuo (nulla emancipatione facta) exclusis etiam defuncti parentibus: sed ad successionẽ agnatorum & cognatorum ipsius defuncti nequaquã admittuntur. l. 2. §. liberi. ff. ad SC. Tertull. d. l.

cùm

cùm in adoptiuis. §. sed ne articu. vers. & ideo. C. de adopt. *Filiusfamilias adoptat ab ascendente*, hoc est, ab auo vel paterno vel materno, desinit esse in patris sui potestate, & soli adoptanti instar filij naturalis & legitimi simul succedit, durãte adhuc adoptione. Concurrunt autem in tali filio duo vincula, alterum naturæ, alterum adoptionis. §. sed hodie. sup. de adopt. & . d. l. cùm in adopt. §. si verò pater. C. eod. 23

Arrogatus transiens non solùm in familiam, sed etiam in potestatem arrogatoris patris licet extranei, non facta emancipatione, tam in ijs bonis, quæ ad eum attulit, quàm in alijs ipsius arrogãtis proprijs, & ab intestato, & ex testamento, tanquam filius naturalis & legitimus simul, eidem succedit. d. l. cùm in adoptiuis. §. fin. C. de adopt. & l. si adrogator. ff. eod. adde Ferr. in d. §. 3. num. 12. circ. fin. 24

Subsequenter nunc tractandum de *Spuriorum successione* postquã declarauerimus quinam *Spuriorum appellatione significentur*. Et quidem *generaliter hi omnes qui ex vago concubitu nati sunt*. Inter quos referuntur liberi Monachorum, meretricũ, & similium. secundum Dyn. in. d. tract. succes. nu. 9. *Specialiter verò* 25

Spurij

Spurij dicũtur liberi, quorũ mater publica meretrix est, quæ cũ multis viris indifferẽter cõsuetudinẽ habuit, & à confusione feminis originem traxit. vocantur etiam huiusmodi liberi & *vulgo quæsiti, quasi ab incerto patre prognati.* l. vulgò concepti. ff. de stat. hom. De eorum autem successione hi-
16 potissimùm seruantur canones. *Spurius ob patris sui incertitudinem* prorsus destituitur successione. l. si spurius. ff. vnde
17 cognati. *Spurius* ad successionem illustris matris non admittitur, siue ex testamento, siue ab intestato, si alij liberi & naturales & legitimi simul extiterint.
18 l. si qua illustris. C. ad SC. Orfic. *Nullis verò liberis naturalibus & legitimis extantibus soli spurij superstites,* tam ex testamẽto, quàm ab intestato matri etiam illustri succedere possunt. §. nouiss. inf. de SC. Orfic. d. l. si qua illustris. C. eod. tit. Imò non solùm matris, sed & auiæ & aliorum aliarúmue descendentium in linea fœminea spurijs hæreditas tali casu defertur. l. hac parte. l. Modestinus. ff. vnde cog. & Ferra. d. form. libell. §. 3. nu. 15. Penultimè nunc occurrit de incestuosorum & adulterinorum successione.

19 Et quidem *quod ad successionem attinet, inuicem æquiparantur, nefarij, incestuosi & adulteri-*

adulterini liberi, de quibus omnibus hic canon est.

Quòd nec patri nec matri siue ex testamento siue ab intestato succedant. Nam hi omnes paternarum hæreditatum successione et filiorum nomine indigni iudicantur, adeo vt nec alimenta illis subministrari possint. Authent. ex complexu. C. de incest. & inut. nup. & §. fin. in Auth. quibus mod. natural. effic. sui. collat. 7. Sed de æquitate Canonica pro modo facultatum, alimenta & dos eis debētur. c. cùm haberet. & ibi Abb. extr. de eo, qui duxit in matrim. quam poll. per adult. & Ferr. d. §. 3. nu. 16. Ad postremum paucula de spiritualibus est quod liberis, & eorum successione differamus. 30

Spirituales autem liberi vocantur, qui ex sacro fonte (vt vulgo loquuntur) *leuantur à nobis*, secund. Panor. c. tanta. extr. qui filj sint legiti. de quibus hîc est Canon. *Et cognatio spiritualis*, est propinquitas vel attinētia, quæ prouenit ex sacramēti datione, vel ad sacramentum requirendum, attestatione, vel attentione. vnde ex cognatione spirituali, quæ in baptismo contrahitur, nascuntur diuersæ 31

j. Filiatio inter sacerdotē baptizantem, & baptisatum.

ij. Com-

Propinquitates.
ij. Compaternitas inter sacerdotem, & patrem baptizati.
iij. Cõmaternitas inter eundem & matrem baptizati.
iiij. Inter filios sacerdotis, & baptizatum, scilicet fraternitas.
xxx. q. j. homines. & q. iij. ita diligere.
v. Filiatio inter baptizatum, & suscipientem ex baptismo.
vj. Filiatio inter eundem & vxorem suscipientis.
vij. Fraternitas inter baptizatũ & filios suscipientis.
viij. Compaternitas inter suscipientem & patrem suscepti.
ix. Commaternitas inter eũdem & matrem pueri. xxx. quest. ij. per totum.

32 *Filij spirituales in nihilo succedunt parentibus suis spiritualibus*: quia hæc cognatio in spiritu cõsistit: quæ ad corporalia bona non extenditur. vt idem Panor. d. c. tanta. extr. eod. Tamen huiusmodi liberi de necessitate sunt alendi per parentes suos spirituales, si alios coniunctos consanguineos non habuerint. Bald. in Authent. nisi rogati. C. ad SC. Trebell. imò instituendi vsque ad annum decimum

septimum

septimum in fide Christiana. vt multifariè canonibus sustineatur: ex quib⁹ colligere est, nō adeo leuiter, facilè, nec vllo habito respectu leuandos esse filios ex sacro fonte vel per innocentes quodam modo aut impuberes, vel impotentes. vt latiùs docemus alibi in libr. nostr. de off. prob. patris fam. Quare &c.

filij baptiz: Confirmentis
baptisãs Confirmãs teuens.
Vxor baptisã: Cõfirmentis
NVLLVM IMPEDIMENTVM
IMPEDIMENTVM
IMPEDIMENTVM

Adhæc operę precium videri debeat data occasione addere(quum hîc sæpius de Adulteris mentio facta sit) quomodo maritus accusare possit adulterā; coram officiali, ne illegitimi & adulterini liberi nascantur vel multiplicentur.

Et quidem dupliciter

Criminaliter: sed hoc casu nō lucratur dotem. illa enim partim Monasterio, in q̄ vxor verberata detruditur, partim verò liberis, aut parentibus, si qui extant, debetur. Authēt. Sed hodie. C. ad leg. Iul. de adult.

Ciuiliter: & tunc separatione facta, quò ad thorum coram Ecclesiastico magistratu, maritus fit dominus dotis. secund. gloss. fin. d. authent. sed hodie.

§4 *Et vxor contra virū adulterum agere potest tantū ciuiliter.* de quo Panorm. c. plerūq;. ext. de donat. inter vir. & vxor. Et hinc adinuentæ diuortij causæ.

Prima: quando alter coniugum adulterium cōmittit, de Iure diuino, Canonico ac ciuili. Matt. 19. cap. prę-cepit dominus. 32. quæst. 5. l. consensu. C. de repud.

Secunda

Secunda: Malitiosa desertio, quæ est discessio à coniuge, non ratione officij, sed ex quadam leuitate, & impatientia vinculi coniugalis, aut iniusta causa vltra constitutũ tempus. Sed hîc distinguendum est inter sponsum & maritũ. Sponso enim volũtariè suam spõsam deserẽte, & sine iusta causa remorãte, puella vltra annũ expectare eũ nõ tenetur: præsertim si iudex mores & ętatẽ puellæ cognouerit, quod ex l. sępe. ff. de sponsalib. sumpto argumento à cõtrario sensu, colligitur. Sed maritus malitiosè deserens suam cõiugem, relictis simul paruis liberis, per publica edicta, ad petitionem vxoris ter citandus est. Sed si illa discessio fit communi vtriusq; consensu, vt in mercatore, vel milite: tunc vxor tamdiu expectare debet, donec maritus reuertatur, vel ipsa de eius morte certa habeat testimonia. Aut marit⁹ est q clàm aufugit, & is peccat cõtra legem naturæ & ius positiuum: ideoq; pœna furis aut latronis dignus erit. Quòd si citatus per contu-

Quarum

maciam non compareat, Iudex cognita causa personam innocẽtem an debeat liberare, eiq́ue potestatem contrahendi aliud matrimonium concedere, vid. D. Ambros. de coniu. sepa. Sunt inter canonistas, qui desertorem ex interuallo reuersum, vel virgis cędendum, vel capitali supplicio afficiendum, autument: quia huiusmodi desertiones rarissimè sint sine adulterijs. de quo vid. c. perlatum est. extr. qui fil. sint legit.

Tertia: Error personæ ac cõditionis propter defectum consensus, non autẽ error fortunæ, aut qualitatis. c. vnico, xxix. quæst. 4.

Quarta: Furor quidẽ matrimoniũ contrahendum, non autem contractum dissoluit. l. furor ff. de sponsa. Idẽ de lepra, morbo gallico, aut quouis alio morbo contagioso sentiẽdum est. per text. c. j. & ij. extr. de coniug. leprosi. *Sic non debet fieri separatio matrimonij, si alter coniugum virgis cæsus, ex ciuitate aut territorio eijcitur:* cùm enim cõiuges sint vnũ corp' tam in honore, quàm

ignomi-

ignominia, tam in copia, quàm inopia, semper cõiuncti vnà mihi viuere debere videntur: saluo saniori iudicio.

Quinta: Quando alter coniugum continuas vitæ insidias struxerit alteri, vt quia sæuitia, veneno, gladio coniugem suam vult è medio tollere, tunc ad petitionem personæ de vita periclitantis, si admonitionibus nullus est locus, fieri debet inter eos diuortium. Sed hoc casu neutri personæ licet viuente adhuc altera aliud contrahere matrimoniũ, de quo Canonistæ c. j. & ij. extr. de diuort.

Sexta: Frigiditas, seu impotẽtia coeundi naturalis, non autem accidẽtalis. c. j. ext. de frig. & malefi. vbi Dd. non autẽ debet fieri sèiunctio, re adhuc dubia, ante trienniũ: sed elapso constituto termino, si medicatio frustrà tentatur, facta separatione, persona cuius vires integræ sunt, aliud contrahere matrimonium poterit. de quo vid. c. laudabilem. ext. de frigid. & malefic.

Septima: Infidelitas, seu diuersitas in religione. Si enim alter coniunx hostis fuerit veræ doctrinæ Ecclesiæ, nec velit

conuerti, sed orta inter coniuges dissensione ob religionẽ, mutuæ reconciliationi est locus, & infidelis non volet amplius cohabitare fideli, tunc admittitur diuortium, & innocẽti datur potestas ducendi aliã, Paul. j. Corinth. 7.

Vltima: Mors dissoluit matrimonium in concreto, quamuis quò ad abstractũ, sit inseparabile vel indissolubile. Idque duplici ratione confirmari potest. altera Pauli Apost. est, qui in Epist. ad Rom. c. 17. & 1. Corint. 7. inquit: mulier quæ sub viro est, viuẽte marito, alligata est legibus, sin autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Altera ratio ex doctrina legum sumitur: Mors enim omnia soluit. §. deinceps. Authent. de nup. collat. 4. Ergo & matrimoniũ non solùm contrahendum, sed etiã contractũ dissoluit. Quare si alter coniugum præmoriatur, persona superstes vinculo coniugij prioris liberatur, & ad secũda vota licitè transire poterit. Mors verò ciuilis non soluit matrimonia, vt d. est. quia vxor tenetur bannitum vel deportatũ maritũ sequi. l. j. C. de repud.

Sed pos-

Sed posset moueri hîc dubium: *contractis binis Sponsalibus, vno purè, altero verò conditionaliter, vtrum eorum sit præferẽdum.* 35
Matrimonium sanè purè contractum, non tollitur per matrimonium cui subest conditio, nisi sit talis, quę statim existat, secund. Panorm. c. super eo. & c. per tuas. extr. de condit. appos. *Liceátne verò ante conditionis euentum compellere pœnitentem, vt cõsummet matrimonium.* 36
Etsi de hac q. variè disputari possit, tamen quibusdam verior sententia hoc fundamento confirmatur: In futuris locus est pœnitentiæ. c. 2. extr. de sponsa. Sed sponsalia sub conditione contracta, habent rationem sponsaliorum de futuro, vt Panormitan. c. per tuas. verb. presumendum. extr. decond. appos. ergo in sponsalibus sub conditione, locus est pœnitentiæ.

Sed quid fieri debeat contractis duobus Sponsalibus publicis. 37
Sponsalia profectò priora cedere debent posterioribus: quia sponsa appellatur coniunx, vt atteſtatur sacra scriptura. Ideoque contractis semel publicis sponsalibus neuter potest deserere alteram. *Et quidem contrahentes bina sponsalia de iure ciuili sunt infames:* secund. glos. l. eum qui duas. C. ad leg. Iul. de

adult.& ſtupr. Qua de cauſa etiam Hiſp. Rex Philip. Inuict. per Ducē Albanum gubernatorē Infer. Germ. curauit Anno lxx. per reformationem cauſarū criminalium tales cōtrahentes publicè nec
38 non capitaliter puniri. Attamen *quid ſi prior ob moroſitatem nolit recipere ſponſum volentem deſercre poſteriorem.* Magiſtratus politicus quidē eam monere debet, vt ſuo ſponſo cōiungatur: ſi autē noluerit, ad ſecunda vota, viuente adhuc deſponſato, tranſire non poterit: Idque ex ſententia Paul. j. Corinth. 7. Sed deſponſatus hoc caſu licitè poterit retinere poſteriorem, cùm prior iuri ſuo renunciauerit, vt nōnulli ſuſtentent etiam practi-
39 ci hodierno tempore. *Et ſi contracta fuerint Sponſalia publica purè, & poſteà contrahentium animi turbētur improborum calumnijs:* quando non ſatis conſtat de ſuſpecta vitæ conſuetudine, non facilè credendū eſt calumniatoribus. Calumniæ enim à diabolo proficiſcuntur.

40 *Licitarum prætereà nuptiarum, ſeu matrimonij veri cauſas quæras?* Efficiens remota cauſa eſt Deus, qui ſtatim in Paradiſo ſanxit hunc ordinem: Non bonum, inquiens, eſt hominē eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ipſi. Et Chriſtus

ait : Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, ſignificans matrimoniũ eſſe coniunctionẽ ſeu ordinationẽ diuinam. Sed propinqua cauſa eſt, Ius diuinũ, Ius naturæ, Ius gentium, Ius ciuile & ius Canonicum. Nam matrimonium, quòad inſtitutionem, eſt iuris diuini: quòad coniunctionem, eſt iuris naturæ : quò ad conſenſum , eſt iuris gentium : quò ad pacta dotalitia , eſt iuris Ciuilis : quò ad ſolennitates , eſt iuris Canonici. quò verò ad prohibitionẽ certorum graduum, eſt iuris diuini & canonici ſimul. Et *ſubiectum*, inquam, licitarum nuptiarum eſt vnus mas & vna fœmina, iuxta illud: Et erunt duo in carne vna, id eſt, inſeparabiliter iuncti, ſecundũ præcepta legum. Matrimonij penultimè *obiecta* videtur eſſe verba de præſenti : item ſolẽnitates,

quarum alia ſunt,

- *Neceſſitatis, vt*
  - *Publica proclamatio.*
  - *Dos.*
  - *Donatio propter nuptias.*
- *Honeſtatis et obedientiæ, vt*
  - *Traductio ſponſæ ad eccleſiam.*
  - *Benedictio ſacerdotis*
  - *Velamen ſponſæ. &c.*

de quib. c. ſponſus cũ duob. ſeqq. 30. q. 5.

Denique formalis cauſa legitimi matri-

monij, est coniunctio vnius maris ac fœminæ.

Libertas. vt. §. j. sup. tit. de nupt. & l. 2. ff. de rit. nupt. Et quòd matrimonia non poterãt esse inter seruos & seruas, probatur ex l. cùm ancillis. C. de incest. & inutil. nupt. Secus autem est de iure canonico quò ad seruos, quibus vt sacramenta, ita & coniugia licita sunt. c. j. extr. de coniug. seruor.

Ad matrimoniũ legitimũ requiruntur copulatiuè:

Iusta ætas, seu pubertas, quæ quidem in masculo 14. in fœmella verò xij. annus iure ciuili esse perhibetur. per text. sup. tit. de nupt. & §. pubertatẽ posteà. quib. mod. tu. fin. Sed de iure canonico, iudicium pubertatis non tã ex numero annorũ, quàm ex corporis habitudine sumitur. cap. puberes. extr. de desponsat. impub. Etsi autem impuberes non possint cõtrahere matrimonia, vt iam d. est, nisi ad iustam ætatem peruenerint, tamen in tribus casibus *iusta ætas in matrimonijs nõ est necessaria.*

Videlicet,

In proximo pubertati.

Item vrgente aliqua necessitate, vt pace publica.

Inque sponsalibus de futuro. adquæ consensus tantũ non ætas requiritur. vid. l. in sponsalib. ff. de spõs.

Consen-

Consensus parentum. de hoc tamẽ iura ciuilia & canonica valde dissentiunt: hæc enim tantùm de honestate, illa verò tã de honestate quàm de necessitate huiusmodi cõsensum parentum in despõsatione postulare videntur: ac pro opinione iuris Canonici confirmanda allegari solet c. sufficiat. 27. quæst. 2. & c. cùm apud sedem. extr. de sponsalib. pro iure autem ciuili fac. l. 2. ff. de rit. nupt. & §. j. sup. de nupt, cum multis similibus.

Clandestina namque sponsalia inter Christianos non sunt licita. quia his parentum cõsensus impeditur. *Et anne matrimonia omnino irrita sint clandestinitate.* Respõquãdo vtraque pars confitetur se clàm contraxisse, matrimonium non redditur irritum, secund. Panorm. c. 2. extr. de clandestin. desponsat. *Concurrentibus sanè clandestinis sponsalibus & publicis, semper præferri debent publica.* secund. glos. & Panorm. d. c. 2. Idq; verum est, etiam si vterq; confiteatur se priùs contraxisse, aut si vnus testis adfuerit, concurrente simul publica fama: tamen hoc non nocet publicis sponsalibus. de quo post Panor. vid. etiam Iasonem l. admonendi. in 2. lect. nu. 216. ff. de iureiur. *Et alterq;* in clan-

44 41 46

in clandestinis sponsalibus negante iuramentum necessariò nõ defertur actori, etiamsi semiplenè probet. quia causa matrimonij æquiparatur criminali, causa & ordine. secund.glos. & Bart.l 3. ff. de iureiur. Sed in causis criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores. l. fin.C. deprobat.ergo idem in matrimonijs fieri debet. Attamẽ fallit hæc Regula,si ad plenam probationẽ, simul concurrat fortis aliqua præsumptio: tunc enim actori defertur iuramentum necessarium, in supplemẽtum semiplenæ probationis. de quo vid. Panorm. in pen.colum. c. mulieri. extr: de iureiur. Iuramentum voluntarium, aut iudiciale, si deferatur affirmanti, tunc admittitur: quia ex tali consensu deferentis, inducitur matrimonium. Si deferatur tale iuramentum neganti, delatio non valet,quia matrimonium non est temerè dissoluendum, iuxta illud d. Quod Deus coniunxit homo non separet. Item quia sententiæ causarum matrimonialium nunquam transeunt in rem iudicatam. c. lator. extr. de sententia & re iud. Si verò subest aliqua suspicio, actore non probante, iuramẽtum purgationis neganti erit deferendum. Sin autem nulla

nulla præsumptio apparuerit pro actore, Reus absoluetur secundum Abbatem c. 2. extr. de clandestin. desponsat.

Ergo clandestina Sponsalia
- *Non habent rationem veri matrimonij coram Deo: quia cũtra verbum Dei contracta sint. secund. etiam Theologos.*
- *Cedunt publicis.*
- *Merentur pœnam, accedẽte copula carnali: obspretum consensum parentum.*

In liberorum tamen matrimonijs mortuo iam patre Iura Ciuilia consensum matris non requirunt, cùm matres liberos non habeant in potestate. §. fœminę. sup. de adop. licet Theologorum æquior sit sententia contrà sentiens: cumque mater iustas sui dissensus attulerit causas, impedimento esse potest, matrimonio etiam inter liberos contracto. idq; authoritate quarti præcepti Domini, quod æqualem reuerentiam patri ac matri habendam esse affirmat. huc congruit etiam l. in coniunctione. C. de nupt. l. furiosis. ff. de curato. furios. dand. vbi pulchrè dicitur: Pietas parẽtibus, etsi inæqualis sit eorum potestas, æqua tamen bebetur. *Sed an agnatorum, Tutorum & Curatorum consensus requiratur in pupillorum vel adultorum coniugio?* 47 48

iugio: etsi Salicetus l. in copulandis. C. de nupt. hoc modo inter consensum tutoris & curatoris distinguit: videlicet quòd pupilla sine tutoris auctoritate nō possit contrahere, secus tamen in curatore: Nam tutorem dari principaliter personæ, ac esse loco patris: sed curatorem dari rebus: Tamē illam distinctionem intelligendam esse in matrimonio contrahendo, non autem contracto, dubium non est. Consensus enim tutoris, curatoris, aut propinquorum non necessariò requiritur. Ideoque contracta pupillorū aut pupillarum matrimonia, non potest impedire. d. l. in copulandis: 49 adde Abba. c. j. extr. de sponsalib. Interim *ad licitas nuptias necessariò requiritur consensus omnino & semper personarum contrahentium, qui postea declarandus vel verbis vel signis congruētibus, & non debet esse coactus, sed volūtarius*. l. nuptias. ff. de reg. iur. Hac regula cōstituta facilè respondeti potest ad quæstiones, quæ aliàs hîc, & supr. tit. de nupt. agitari soleant. Item 50 *an matrimonium vi aut metu cōtractum valeat*. In hac q. duę tenēatur Regulę: quarum prior est. *Metus* cadens in constantem virū aut mulierem, qui vel ex corporis cruciatu, vel amissione omniū bonorum

norũ oritur, non solùm contrahendum, sed etiam contractum matrimonium rescindit. c. cùm locum. & ibi gloss. extr. de sponsal. Quę Regula

j. *Vt procedat non solùm in sponsalibus*, sed etiam in contracto matrimonio. c. requisiuit. & ibi Panorm. extr. de sponsalib.

ij. *Siue metus ille sit in liberis vel in* parentibus ipsorũ. l. isti quidem §. fin. ff. quod met. causa.

iij. *Siue etiã eueniat metus ratione culpæ*: ut si iuuenis in lecto puellæ cum ea deprehensus fuisset, & ab ipsius parentibus vel amicis, vi coactus, vt promitteret se ducturũ puellam in vxorem eam: tamẽ postea elapsus non tenetur id præstare. c. veniens. 2. extr. de sponsalib.

Adeò vera

iiij. *Siue etiam iuramentum interuenerit*, dummodo metus sit sufficiẽs. per glos. c. significauit. ext. de eo qui duxit quam pollu. per adult. Eademq; regulę declaratio habet, & in metu qui proficiscitur ex amissione omnium bonorum, vel maioris partis eorũ. l. athletę. ff. de excusat. tut.

Altera

Altera autem regula est: *vanus aut reuerentialis metus*, qui ex minis parentum prouenit, non dirimit matrimonium. l. si patre cogente. & ibi. Salic. ff. de rit. nupt. &. d. c. cùm locum.

v. Requiritur ad licitas nuptias, ne fiant inter personas in gradibus à iure prohibitis, de quib. vid. §. ergo non omnes. cùm trib. §§. seqq. supr. de nupt. Et vberior eius rei explicatio inf. addetur, in doctrina de gradibus: Item in materia de incestis, & nefarijs nupt.

Patria potestas. de quo sup. tit. 9. lib. 1.

Successio liberorum in hæreditate. nam si quis fuerit filius, etiam hęres existit. l. siue possidetis. C. de probat. Et de succes. partim in secúdo, partim in iij. lib. hoc differitur.

Licitarũ nuptiarum effectus sunt:

Cõsanguinitas quæ oritur ex coniugio inter { *Ascendentes.* / *Descendentes & Collaterales.*

Affinitas, quæ est vinculum duarum cognationum inter se se, ex legitimo coniugio contractum. de his autem duobus posterioribus effectibus aliquid posteà dicetur tit. 3. & vj. hoc lib.

31 Quod autem ad postremùm sit *discrimen inter sponsalia de futuro, & de præsenti:*

Sponsalia de futuro, etiam iurata dissolui possunt

possunt etiam per sponsalia de præsenti. vt supr. d. est. Idq; propter cõsensum, qui in sponsalibus de præsenti perfectior est, quàm in sponsalibus de futuro. Secus tamen est interueniente copula. d. c. is qui fidem.

Differunt etiam ratione morborum contagiosorum, aut aliorum accidentium: hæc enim dissoluunt sponsalia de futuro, non autem sponsalia de præsenti.

An denique *quis hæreditatem adire possit,* 52
(vt eò redeamus, vnde digressi eramus) *tam ex testamento, quàm ab intestato.* Nemo iuris peritus est, qui admittat. Successioni enim ab intestato locus esse non potest, quàmdiu conditum testamentum solenne in scriptis vel nuncupatiuum extet. l. quamdiu. ff. de acq. vel amitt. hered. l. antequam. C. communia de succes. l. quamdiu. ff. de reg. iur. Proximus autem agnatus hæres scriptus, vel ex testamento vel ab intestato hæreditatem adire potest, sed vtraque via ad præstanda legata tenetur. l. j. §. j. & ibi glos. ff. si quis omissa caus. testa. &c. *Et si aliquis* 53
ab initio petierit hæreditatem ab intestato adire, & succubuerit, eandemq; postea ex testamento affectet?

Aut sciuit se hæredem scriptum, & ab hæreditatis petitione ex testamẽto repellitur: quia tali successioni tacitè renunciasse videtur. l. filium emancipatum. l. nec is. §. hæres institutus. ff. de acq. vel amit. hæred.

Aut ignorauit quis esset hæres scriptus: & hoc casu est audiendus, cùm per ignorantiam suo iuri renunciasse non præsumatur. l. si is ad quem. ff. iam d. tit. l. mater decedens. §. cæterùm. ff. de inoffic. testa. & vid. Ferr. in form. libell. pro hæred. ab intesta. delat. vers. nullo condito testamento.

TITVLVS SECVNDVS.

De legitima agnatorum successione.

Omnibus suis heredibus extinctis, liberis & descendentibus, quia proximum locũ in successione parentes & agnati ascendẽtes obtineant, iuxta §. si igitur. in authent. de hæred. ab intesta. venientib. & auth. defuncto. ad S C. Tertyll. vnde vulgariter dici soleat:

Ordine turbato succedit pater nato. l. nam et si

etsi parentibus. ff. de inoffic. testa. Ideo Iustin. optima methodo hoc Tyronibus hîc elucidat de ascendentum successione, cumque his docet Imp. admitti posteà descendentes ex sororibus vterinis, sed in primo tantùm gradu. Proximo autem agnato defuncto in illius locum succedit ab illo proximus, prout schematismus sequens commonstrat.

Porrò appellatione parentum veniunt auus, auia, proauus, proauia, vtriusq; sexus in infinitum. l. quiq; litigandi. §. parentem. ff. de in ius voc. & glos. d. §. si quis igitur. Suntque tot species parentum quot liberorum. *Posito enim vno correlatiuorum, necesse est poni & alterum.* vid. Dyn. in d. tract. succession. num. 13. & Ferrarien. d. §. 3. num. 23. glos. in Clement. vnic. de summ. trinit. & fid. cath. *Vocantur autem alij parentes naturales & legitimi: alij naturales tantùm &c.* Idq; respectu diuersorum filiorum, vel naturalium & legitimorum, vel spuriorum, vel incestuosorum, vel spiritualium, quorum qualis sit successio in hæreditate defuncti, si vel soli supersint, vel cum eis alij quoque collaterales concurrant, breuibus canonibus posteà explicabitur, data prima figura.

Deficientibus hæredibus, qui sui, aut pro suis habẽtur succedunt

Proximiores agnati, qui sunt,

- Fratres ex eodẽ patre & matre
- Fratres ex eodem patre, & hi consanguinei dicuntur.
- Nati ex duobus fratribus consanguineis.
- Frater { consanguineus. / adoptatus.
- Omnes trauuersi ex linea masculina descendentes.
- Sorores consanguineæ.
- Fratris { Filius, / Filia, / Nepos, / Neptis.
- Patruus.
- Patrui, { Filius, / Filia, / Nepos, / Neptis.
- Amita.

Sed olim aliter, atque hodie, nam

- Olim sorores duntaxat succedebãt Fratribus.
- Amita, Filia fratris. { iure prætorio, admittebantur tanquam cognatæ duntaxat.
- Hodie omnes agnati æqualiter succedunt.
- Nati ex sororibus etiam veterius, si alij proximiores non sint, tam quam legitimi succedunt { Olim in capita / Hodie in stirpes.
- Frater defuncti filijs, alterius fratris { Olim præferebatur, / Hodie cũ illis æqualiter vocatur in stirpes, (dunt.
- Si plures sint proximi, omnes æqualiter succedunt.
- Proximior ab intestato, dicitur qui est, { Tempore testamẽti destituti, proximior. / Tempore mortis, sit testamentum non fecit.

Si proxi-

Si proximior agnatus repudiarit hæreditatem, sequens, { *Olim non succedebat,* / *Hodie succedit.*

Hodie pater emancipans liberos contracta fiducia illis quasi legitimis succedit.

De parentibus itaq; naturalibus & legitimis circa successionem descendentium primò sciendum, Quòd *pater & mater soli superstites hodie æqualiter possint succedere filio mortuo*, siue is sit masculus siue fœmina, tamen in patria potestate existēs, quàm emancipatus, non solū in castrensi peculio, vel quasi, sed etiam in aduētitijs per filium ab aliquo extraneo acquisitis. d. Authent. defuncto. C. ad SC. Tertyll. & d. §. Si igitur cùm. 3

Sed in bonis aduētitijs acquisitis ex linea materna, mater regulariter patri, sicut in acquisitis ex linea paterna, pater matri in successione filij defuncti, præferri solet. authēt. itaq;. vbi & Bart. num. 2. & Angel. ibid. C. comunia de successionib. 4

Similiter quoque de alijs ascendentibus solis iudicandum est, inter quos bona defuncti æqualiter in duas portiones vtrinque diuidiuntur, ita vt vnam partem paterni, alteram verò materni sortiantur. In bonis tamen ex vna linea acquisitis, succedunt ascendentes illius lineæ tātùm. d. authent. defuncto. & d. Auth. itaque. vb. Bart. & Angel. §. 5

præferuntur.nu.2.Instit.ad SC. Tertyll.

6 *Si verò ascendẽtes dispares fuerint in gradu*, proximior eorũ excludit remotiorem. Ang. d.§.præferũtur.nu.1.&.d.Authẽt. defuncto.versic.Salua gradus sui prærogatiua.& ibi Castrens. C.ad SC. Tertyll.

7 *Pluribus ascendentibus autem pari vel dispari numero existentibus*, qui tamẽ defuncto coniuncti sunt in pari gradu, hæreditas eius in duas partes diuiditur, quarum vnam accipiunt ascendentes lineę paternę, alteram verò ascẽdentes lineę maternę.d.authent. defuncto. & d.§. si igitur.

8 *Sed si cum parentibus aut alijs ascendentibus simul concurrant fratres & sorores ipsi defuncto vtrinq; coniuncti, sublata omni differentia sexus, patriæ potestatis & emancipationis, successio inter eos æqualiter fit in capita*.d.Authent.defuncto.vers. Sed si cum parentibus.verb.proximis.& ibi gloss. & Dd.§.consequens. authent. de hæred. ab intesta.venient. & Ferrar. in d. form.libell.§.3. nu.25. tamen in hoc casu ex bonis aduentitijs filijs, qui in eius erant potestate, vsusfructus non debetur. d. authẽt.defuncto.

9 *Quod ius & eodem modo statuitur in parentibus aut alijs ascendentibus, qui concurrunt cum fratrum aut sororum liberis circa defuncti successionem.* Estq; hoc priui-

priuilegium ſpeciale in fratrum & ſororum vtrinque coniunctorũ liberis. Nam ad eorum nepotes minimè extẽditur. d. Authent. defuncto. & §. ſi defunctus. authent. de hæred. ab inteſt. veni. item Angel. §. prę ferũtur. nu. 2. de SC. Tertyll. tit. ſeq. *Aſcendentes in ſucceſſione defuncti* 10
præferuntur fratribus aut ſororibus ex vno tantùm latere coniunctis. d. Authent. defuncto. & Ferr. d. §. 3. nu. 25. Hinc vtrinq; frater primi matrimonij extincta matre non ſuccedit fratri vterino ſeu filio ſecundi matrimonij, ſed ab eius hæreditate per vitricum ſuum, qui defuncti pater eſt, repelletur, ſecund. Caſtrenſ. d. Authent. defuncto. nu. 2. *Sed ſi aſcendẽtes, &* 11
fratres et ſorores defuncti, ſint vnius ac eiuſdem lineæ, ol' ſimilem cognationem æqualiter ad huiuſmodi ſucceſſionẽ inuicem admittuntur, vt mater & filius primi matrimonij, extincto marito ac filio qui ex ſecundo matrimonio natus eſt, æqualiter ad filij defuncti ſucceſsionem vocantur. d. Authent. defuncto. & ibi Caſtrenſ. C. eod. Quatenus verò ad parẽtum naturalium 12
ſucceſsionẽ ſpectet: quia correlatiuorum eadẽ ſit diſciplina, pro ea colligẽdi ſunt canones ex liberorũ naturaliũ ſucceſsione, quorum ſupr. hoc tit. mẽtio facta eſt.

Nam quicquid ſtatuitur de vno, ſi par vtriuſq; ratio eſt, idem in alio ſtatutũ videtur. l. fin. C. indicta viduit. tollend. tota autem natura huius ſucceſsionis circa parẽtes naturales tantùm, duobus potiſ-
13 ſimùm canonibus comprehenditur. *Pater naturalis tantùm ſolus exiſtens, filio naturali extincto, ſuccedit in duabus vncijs.* i. ſexta parte hereditatis. Authent. licet. §. ab inteſtato. C. de naturalib. lib. Mater verò & alij aſcendentes, lineę maternæ, eidem filio defuncto æquè ſuccedere poſſunt, ac ſi ex legitimo matrimonio natus eſſet. §. fin. Inſtit. de SC. Tertyll. & l.
14 ſi ſpurius. ff. vnd. cognat. Deinde *quòd ad ſucceſsionem legitimorum parentum tantùm.*
15 Sciendum quòd *facta adoptione ab extraneo, filio defuncto, pater naturalis patri adoptiuo in eius hæreditatis ſucceſsione præfertur:* ſed defuncto adoptato ab aſcendẽte, adoptiuus pater excluſo naturali eidem ſuccedit l. cùm in adoptiuis. §. ſed ne articulum. C. de adop. & Dyn. in tract. ſucceſſ. nu. 15. *Patre autem arrogante ſolo ſuperſtite poſt obitum filij arrogati, tota eius hæreditas ad eundem ſolum deuoluitur:* Sed ſi vixerit adhuc arrogati pater naturalis, is patri arrogato in defuncti filij ſucceſsione præfertur. Sin verò cum arrogatore

patre,

patre, extincto naturali, cõcurrant fratres & sorores vtrinq; coniuncti ipsi defuncto, inter illos omnes successio fit in capita. glos. verb. alię personę. §. mortuo. & Platea ibi. nu. 2. inf. de acquisit. per adrogat. Adhæc *Spuriorum parentes quomodo ijs defunctis succedant.* Et quidem *Pater filio spurio nulla in re succedit, cùm is planè sit incertus.* d. l. si spurius. ff. vnd. cognat. & Dyn. d. tract. success. nu. 15. *Mater verò licet* sit illustris, alioſq; naturales & legitimos simul habeat, nihilominus filio suo spurio mortuo ab intestato succedere potest. d. §. fin. & ibi Angel. titu. seq. Cuius ratio esse potest, quòd liberi legitimi & naturales vtilitatem & commodum ex ea successione consequantur & habeant. verùm Accurs. d. §. fin. contrarium tenet existimãs matrem illustrem ab hæreditate spurij filij omnino arcendam, atq; excludendam esse: cùm in mulieribus ingenuis & illustribus, quibus castitatis obseruatio præcipuũ debitum est, nominari spurios satis ignominiosum satisq; acerbum sit. per l. si qua illustris. C. ad SC. Orfic. quæ ratio quidem faciet vt ipsa vicissim non succedat, cùm potior priorq; sit quàm commodum & emolumentum, quod reliquis liberis ac- 17 18 19

 cedit,

20 cedit. Porc. tit. de SC. Tertyl. num. 5. *Et quatenus ad incestuosorum parentũ successionem.* Teneas quòd *nec pater nec mater, nec vlli alij ascendentes huiusmodi liberis, ex cõplexu nefario, aut incesto seu dãnato procreatis, succedere possint.* Authent. ex cõplexu. C. de incest. & inutil. nup. In casa tamen necessitatis parentes ab ipsis filijs incestuosis sunt alendi. Authent. incestas. C. iam d. tit. sicut è cõtrà parentes filios ex incestu procreatos alere cogũtur. vt paulò supr. de incestuosorum &c. fil. succes. d. est Deniq; *quomodo succedant parẽtes spirituales. Inter hos sanè & liberos quos ex sacro baptismatis fonte leuarũt vel susceperũt, nulla fit successio.* secundũ interpret. extr. qui fil. sint legit. Nulla enim ex hac leuatione consanguinitas contracta, sed communio quædã, eaq; sancta inter eos inita est. c. ita diligere. 30. q. 3. quæ in externorũ bonorum successione non consideratur.

21

Gradus ordinis seu capita sunt Quatuor:

- *Vnde liberi*, vt tit. 1. hîc
- *Vnde legitimi seu agnati*, tit. 2.
- *Vnde cognati.* tit. 3.
- *Vnde vir & vxor.* tit. 4. hîc

TITV-

TITVLVS TERTIVS.

De Senatusconsulto Tertulliano.

AGnatorum successionis tractatus quia finitus est sup. consequenter Imper. autumat hoc tit. dicend. de successione cognatorum. Et quia inter matrem & liberos suos est agnatio, vt sup. de succes. cognat. in princip. ideo primò videndum quî mater succedat liberis suis ex SC. Tertyl. Et vt ascendentium & descēdentium successio duret in infinitum: ita collateralium tam agnatorum quàm cognatorum successioni vsque ad x. gradum hodie locus est: licet Iure veteri, cognati ad vij. tantùm gradum poterant succedere. §. fin. & ibi glos. in verb. natæue. inf. de succes. cognat. & Mynsing. ibid. num. 4. Porrò collaterales non solùm intelliguntur fratres & sorores, sed & omnes alij sanguine iuncti ex trāsuerso, siue sint propioris siue vlterioris gradus in linea paterna, ad quam agnati, aut materna, ad quam cognati referuntur. §.

i. inf.

j. inf. de grad. cognat. Suntque tot collateralium species, de quibus hoc tit. agitur, quot sunt species liberorum aut parentum, secundũ Dyn. d. tract. suc. nu. 16.

Olim lege xij. tabul. filio, filiæ non succedebat.

Ex SC. Tertyll. ingenua si haberet tres liberos, succedebat filio defuncto sine liberis.

Hodie etiam si ter enixa non sit, filio sine liberis decedenti, succedit.

Liberi verò filij præferuntur matri ipsius filij, siue { *Prioris* } *gradus essent.* { *Ulterioris* } { *ex filio* } *nati essent.* { *ex filia* }

Mater { *Pater filij præfertur etiam matri, sed non filij auus.*

Frater item consanguineus, { *Olim matrẽ excludebat.* / *Hodie æqualiter cum illa succedit.*

Sorores plures succedunt cum matre, sed omnes non plus habent quàm sola mater.

Sed si sint soror, frater, & mater defuncto æqualiter in capita succedunt. extantibus solis simul sororibus dimidiam sorores capiunt.

Mater si filio tutorem intra annum non petierit, vel suspectum remoueri non curarit, ab hære-

hæreditate excluditur nisi impediatur,
- *Casu fortuito id facere.* l. 2. C. si aduer. delict.
- *Vel quia sit minorennis* vt. C. qui tut. pet. l. cùm matribus.
- *Aut filius moriatur pubes.* C. qui tut. petant l. matris.

De Collateralium naturalium & legitimorũ simul successione ergo vt paucula clariùs dicamus, In primis memorię mãdãdum, *fratres & sorores vtrinq; coniuncti, quòd siue sint legitimi & naturales simul, siue legitimati per subsequẽs matrimoniũ excluſis fratribus aut ſororibus ex vno tantùm latere coniunctis, defuncto fratri aut ſorori ſuccedunt in capita.* Authent. ceſſante. C. de legit. hær. & §. ſi igitur defunctus. l. 2. authent. de hæred. ab inteſta. veniẽt. & Bart. §. ad hoc. nu. 5. in authent. vt liceat mat. & auię. &c. col. 8. & Dyn. d. tract. ſucceſſ. nu. 16. Ferrar. d. for. libell. pro hæred. ab inteſta. delat. §. 3. nu. 27. & ſeqq. 1

Item fratres conſanguinei fratri ſuo conſanguineo defuncto pariter ſuccedunt excluſis vterinis, quod ad acquiſitionem bonorum paternorum attinet. Dyn. in d. tract. ſucceſſ. nu. 18. & Ferrar. d. form. libel. §. 3. nu. 29. per text. 2

per text.l.de emãcipatis.§.cùm enim.C.
3 de legit.hæred. *Fratres verò vterini, quò ad bona materna, in ſucceſſione ſui defuncti fratris vterini, præferũtur cõſanguineis fratribus*. Dyn.d.tract.Ferra.d.libel.& d.l.
4 de emãcipatis. *verùm in bonis aliunde acquiſitis, ipſi defuncto*, fratres conſanguinei & vterini ęqualiter ſuccedunt. Autent. poſt fratres.l.j. & ibi Dd. C.de legit.hæred.& in Autent.itaq;.C. communia de ſucceſ.per text.d.l.de emãcipatis.§.exceptis.& l.fin.C.cõmunia de ſucceſſ. *Filij*
5 *autem prædefuncti fratris vtrinq; cõiuncti, admittuntur ad ſucceſſionem defuncti cum fratribus & ſororibus ipſi defuncto vtrinq; iunctis, in ſtirpes*. d. Autent.ceſſante. & §. ſi igitur.l.2.verſic.ſi autem.Authent.de hæred.ab inteſta.venient.& Ferrar.d.§. 3.nu.30.Ius enim repræſentationis inter fratrum liberos locum habet, quò ad ſucceſſionem attinet, licet hoc ad vlteriores collaterales.nullo modo extendatur. Autent.poſt fratres.l.2.& Autẽt. de hæred. ab inteſta. ven.d.§. ſi defunc. verſic. huiuſmodi. & Dyn.in d.tract.num.19.
6 *Filij quoq; prædefuncti fratris* ipſi defuncto vtrinque coniuncti, excludunt ab ea ſucceſsione fratres ex vno latere tãtùm, ob ius repræſentationis, & duplex vinculum,

culum, scilicet, agnationis, respectu patris, & cognationis, respectu matris, quod in eis concurrit: licet vno gradu consanguinitatis remotiores alijs videantur. d. Authent. cessante. & d. §. si igitur. l. 2. vers. consequens. *Filij fratris excludunt patruos in successione, ob ius repræsentationis: licet à defuncto pari gradu inuicem distent.* d. Authent. post fratres. l. j. 7

Filij aut filiæ ex pluribus fratribus aut sororibus nati, nateúe, quâuis numero inæquales sint, patruo tamen defuncto non in stirpes (vt quidam veterum voluere) sed in capita (secund. Azon. in sum. sua super Rubr. C. de legiti. hæredi. & Bald. Salic. & Dd. d. Authent. cessante. & per Constitutionem Caroli V. Imp. Rom. in Spirénsib. Comitijs anno 1529. promulgatam) hodie sibi inuicem succedunt. Et cum hac constitutione congruit Ius Saxonicum, Art. 17. lib. 1. extat autē hæc cōstit. art. 29. inter cōstit. Comit. Spir. & Zas. 8. part. feud. nu. 18. 8

Agnati præterea omnes aut cognati, sublata differentia sexus, hodie defuncto, si ab eodē pari gradu distent, post fratrum & sororum liberos, æqualiter succedunt. Nam ius repręsentationis in iij. gradu collateraliū expirat, nec vlterius progreditur. d. §. si igitur defunct. 9

vers. ic.

versic. huiusmodi. Quare filij fratris & sororis in capita possunt succedere patruo magno, amitę magnę, auúculo magno & materterę magnę defunctis. Idem de patruo & auunculo videtur secūd. Castrens. d. Authent. post fratres. l. j. *Inter alios deniq; collaterales, quicunq; gradu ipsi defuncto sunt propiores, á successione remotiores excludunt.* d. Autent. post fratres. l. 2. C. de legit. hæred. & Ferr. d. §. 3. nū. 30. circ. fin. *Quod autem attinet ad naturalium tantùm fratrum successionem: hi paterna origine coniuncti inuicem non succedunt.* Dyn. d. tract. succes. num. 1. & Angel. §. vulgo quæsit. nu. 3. inf. de succes. cognat. *Et fratres naturales tantùm respectu maternæ lineæ cõiuncti sibi inuicem succedere queunt.* l. j. & l. si spurius. ff. vnd. cognat. Dyn. d. tract. succes. nu. 21. & Angel. d. loc. *Fratres verò naturales tantùm tam ex linea paterna, quàm materna cõiuncti, exclusis fratribus & sororibus ex vno tantùm latere coniunctis, sibi inuicem succedunt.* vt supr. in succes. fratrum legit. & nat. simul. d. est. per §. si verò defunct. Authent. ab intest. veni. et Authent. de consang. & vter. fratrib. & Ang. loc. d. nu. 3. Et vt hoc addamus *de fratrum legitimorum tantùm successione*, sciendū, Quòd *fratres adoptiui aut adrogati ab*

gati ab extraneo, non habeant mutuam inter se successionem. l. cùm in adoptiuis. C. de adop. & Dyn. d. tract. nu. 22. Sed adoptati vel adrogati fratres ab ascendẽte nullis extantibus, alter alteri defuncto succedere potest. Dyn. d. loc. & Ang. §. fin. tit. præced. *De incestuosorum demum fratrum successione, nullis scias, quòd naturalibus ex damnato coitu natis, quales sunt nefarij, incestuosi & adulterini fratres, inuicem succedere liceat.* per Authent. ex complexu. & ibi Dd. C. de incest. & inutil. nupt. *Deq; spuriorum fratrum successione idem dicendum, quod de naturalibus tantùm sup. d. est.* Dyn. d. tract. succes. nu. 33. *Nec fratribus spiritualibus aliquid ex defunctorum fratrum spiritualium bonis debetur.* per ea quæ supr. de spiritu. filior. & parent. succes. d. sunt. Postremò, *mater illustris quando est non succedit vulgo quæsito, nec è contrà filius sibi.* vt l. si qua. C. ad Orphic. & tit. seq. hoc lib.

15 16 17 18

TITVLVS QVARTVS.

De Senatusconsulto Orphiciano.

EX hoc SC.to, è regione d. Iustin. quòd filij (etiam vulgò quęsiti) & nepotes ad hęreditatem matris vocentur, vbi d. sit supr. qualiter mater succedat filio ab intestato. Repudiata verò portione, aut deficiente, quòd accrescat alijs. Item qualis fiat successio viri & vxoris.

Matri ab intestato defunctæ succedũt

- *Per SC Orficianum* { *Filij, Filiæ.* } *quamuis in alterius potestate essent.*
- *Per constitutiones* { *Nepos Neptis* } *deficientibus filijs.*
- *Item filij etiam vulgò quæsiti vt supr. d. est, si mater illustris sit: quorum alius est*
  - Spurius.
  - Nefarius.
  - Incestuosus.
  - Notus siue adulterinus.
- *Mater filio,* { *non obstante minima capitis diminutione, succedit.* non tamen per maximam vel mediam hoc fit.
- *Filius matri,*
- *Portio ab aliquibus repudiata, ijs qui adiuerunt pro eorum portionibus accrescit.*

Primus dicitur de scorto natus. j. de meretrice. sicut est vulgo quęsitus, qui patrẽ demõstrare non potest ob multitudinem, sicut est filius publicę meretricis. & sic propriè capit & dicitur à σωρος, quod idẽ est quòd vulgo conceptus.

ceptus. vt ff. de stat. hom. l. vulgò concepti. vel dicitur à σπορὰ quod est semi nare, quod nil aliud de patre quàm semen affert.

Secundò dicitur vulgò quæsitus non verè, sed fictione iuris. puta qui patrẽ certum habet, sed talem qualem secundum deum pudor est demonstrare. vt filius monachi, vel episcopi. quia ille videtur non habere patrem, qui cum honestè demõstrare non potest. §. fin. l. j. ff. quod cuiusq; vniuers. nomine. l. quoties. ff. de his qui satisd. cogant. l. vulgo. §. hominum. ff. de stat. hom.

Spurius secũdum ius ciuile dicitur trib' modis.

Tertiò, qui natus est ex matre libera et patre seruo. glos. de renũciat. c. nisi cùm pri. dicit tamen quòd spurius sit qui natus est ex concubina. *Nepharius* qui natus est ex consanguineis in linea directa ascendente vel descendente. §. ergo non om. sup. de nupt. *Incestuosus* genitus ex consanguineis in linea transuersali in gradu tamen prohibito, qui duo postremi vocantur de iure canonico *Manseres*. vt gloss. cap. nisi cùm pri. de renunciat. *Noti siue adulterini dicuntur* geniti ex adulterio vel ex parte { patris / matris } et sic dicũtur adulterini, & tunc pro-

priè dicuntur nothi, quia sicut notha febris affligit vt quartana, & tamen non est quartana, sic nothus præsumitur natus ex adulterio & tamē nō est.

Ad sciēdum successionē d. filiorū vel non successionē, sic distinguēdum est: Quia

vel loquimur in feudis, et tūc nullo modo succedunt prænominati spurij: sed solū succedunt filij naturales & legitimi. vt autēt. si de feud. controu. fuer. c. naturales. collat. x.

vel loquimur de alijs bonis, quia vel loquimur de successione Patris: et tūc spurius *primo modo* d. nullo modo succedit: quia vulgo quęsit⁹ est, & patrem demōstrare nōn potest, ergo non succedit. l. cùm le. in fin. ff. de stat. ho. vbi dicitur, quòd talis non sequitur conditionem patris, sed matris. Et spurius *ijs modo* dictus, in quantùm Ius fingit eū vulgo quęsitum non succedit, sed iuris fictio præiudicat ibi veritati. §. qui ab hostib. supr. quib. mod. ius pat. pot. sol. sicut est filius monachi vel episcopi. denique

Spurius

Spuri' *iij. modo* nec ſuccedit patri: quia pater eius ſeru'. et ſic nil habet in quo poſſet ſuccedere filius, nã ſeruus non habet ſucceſſores. l. ſeruos. C. de ſucceſ.

Et tunc ſi Spurius accipiatur *primo modo* diſtinguẽd. quia aut mater legitimos non habet: & tunc indiſtinctè ſuccedit matri ſicut legitimus etiã ſi mater ſit illuſtris. Aut habet: & tunc aut illuſtris non eſt, & ſuccedit cum legitimis. Aut verò eſt: tunc non ſuccedit. vt l. nouiſsimo. C. ad SC. Orphic. Et in illo caſu differtà naturali tantùm, quia ille ſuccedit: iſte non: et ratio ſpecialitatis in illuſtri eſt, quia maior caſtitas requiritur ratione nobilitatis. Ex quo dicit Imp. caſtitatis amatores ſumus. in authent. quib. mod. nat. effic. legit. §. fin.

Maris.

Si verò fuerint ſpurij *ſecundo modo*. j. geniti ex damnabili coitu, vt ex presbytero vel moniali, tunc nec ſuccedũt patri nec matri tam ab inteſtato quàm in teſtamento: ita vt ſi parentes vellent eos ſuccedere aut inſtituere, aut ſi fuerint inſtituti, non poſſunt ſuccedere.

dere. authent. ex complexu. C. de inceſt. nupt. imò quod plus eſt in deteſtationem criminis à ſuis parentibus & eorum hæredibus non ſunt alendi. vt §. fin. in authent. quib. mod. natur. eff. ſui. collat. vij. vt etiam volet Franc. de Zabarel. c. cùm haberet. de eo qui dux. in matrim. & idem tenet Platea.

1 *Natus verò ex ſoluta & coniugato viro*, non ſuccedit patri, ſed matri. quia coitus ille non punitur, quod in hoc maximè inſpiciendum, & ſic non eſt accuſabilis. vt l. j. C. de adult. vt vult Placent. licet alij dicant & adulterinos qui generantur ex coniugato & ſoluta: & notos qui generantur ex coniugata & ſoluto non ſuccedere patri aut matri.

2 *Natus verò ex concubina*, non obſtante quòd ius canonicum reprobet concubinatum, vt in Clem. ad noſtrum. de hæret. ſuccedit matri cum alijs legitimis, etiam ſi ſit illuſtris, vt not. d. l. ſi qua. & etiam ſuccedit patri in duabus vncijs, ſi pater non habeat alios legitimos, vel vxorem. vt l. licet. C. de natur. lib. & ſic ſecundum ius canonicum tales ſuccedunt, quod nullibi reprobat ſucceſſionem. Panor. c. tanta. ext. qui fil. ſint leg. & vid. inf. circ. §. repetitis itaq;. de ſerui. cog.

Olim

Olim autem etsi maritus vxori suę de- 3
functæ,& è contrà vxor marito in bonis allodialibus nõ succedebant: tamen deficientibus collateralibus, alter ad alterius successionem de iure prętorio, quod æquitatem, pericula,& varios casus coniugij cõsiderauit, hodie vocari solet per bonorum possessioné *Vnde vir & vxor.* l.vn.ff.&C.vnd.vir& vx.In hacautè succesiõis specie diligẽter cõsiderãda sunt statuta & consuetudines diuersorum locorum, quia iuri cõmuni sæpe derogant. Tota verò huius successionis natura tam de iure ciuili, quàm prætorio quatuor hisce canonibus concluditur.

Nullis consanguineis in linea collateralium extantibus, intra 10 *gradum, coniuges sibi inuicem succedunt.*d.l. vnic.ff. &C. eod. 4

Sed si matrimonium fuerit sine dote & donatione propter nuptias, vno coniugum decedente, altero superstite paupere, tum is in honorẽ matrimonij bene transacti, & ne afflicto addatur afflictio, vnà cum liberis paucioribus quatuor in quartã bonorũ partẽ: cũ pluribꝰ verò quàm quatuor, in portionem virilẽ admittitur, qua quidem donec viuit fruitur: sed proprietas post ipsius obitum ad liberos eiusdem matrimonij, si qui supersint, reuertitur. Authent. prætereà.& ibi Castrens.nu. 4. 5

& 5.C.eod.& Angel.§. fin. num.6. de succeſſ. cognat.tit.ſeq.

6 *Coniuges autem præferuntur, poſt conſanguineos decimi gradus in ſucceſsione etiam fiſco, durante tamen inter eos matrimonio vſque ad extremum vitæ diem, & nullo ſubſequuto diuortio.* l. vnica.§. 2. & 3. ff. eod.

7 *Sponſus verò ſponſæ vel ſponſa ſponſo contractis ſponſalibus, ſiue per verba de futuro, ſiue de præſenti, & ſubſecuta morte alterius, ante conſummatum matrimonium, non ſuccedit ab inteſtato, licet ſtatuto caueatur, vt maritus lucretur dotem poſt mortem ſuæ vxoris, cùm nulla inter eos recompenſatio oneris matrimonij in tali caſu extet.* Iaſ. d. l. vnic. num.2. C.eod. & Panorm. c.ex publico. extr. de conuerſion. coniugat.

TITVLVS QVINTVS.
De ſucceſsione Cognatorum.

ORdine hoc tertio vocãtur primùm cognati, j. ad fines ad ſextum vſque gradum. Secundò agnati, emancipati. Tertiò, perſonę tranſuerſales per fœmininam lineam. Quartò liberi in adoptiua familia exiſtentes. Quintò vulgo quęſiti ad hæredi-

hæreditates matris. vt tab. d. Olim igitur præferebátur agnati cognatis in hæreditate, & magna inter illas erat differentia, quæ hodie sublata est. Et deficientibus omnino ascendentibus, collateralibus, viro & vxore tandem defunctis, & nullos alios hæredes habentibus succedit fiscus. l. vacantia. C. de bon. vacantib. lib. x. de quibus singulis hoc tit. disceptat Iust. & maximè de successione cognatorum, qui post agnatos succedũt, de quorum successione supr. d. est.

Deficientibus
- *Suis hæredibus*
- *Agnatis*
  - *Tertiò iure prætorio succedunt cognati qui dicuntur*
    - *Illi legitimi, qui capite sunt minuti.*
    - *Quamuis frater & soror emãcipati non filij eorum adhuc, vt legitimi succedũt.*
    - *Qui per lineam fœmininam nobis iunguntur.*
    - *Liberi adoptati*
    - *Natus ex vulgo quæsito.*

Cognatio diuiditur in
- Agnationem, et Cognationẽ.
- l. inter agnatos. vnd. legit.

Cognatio

In specie, à matre est: et tum patruus & fratris filius non sunt cognati propriè sed agnati.

In genere vel improprie, Patruus & fratris filius erũt cognati. l. iurisc. §. inter agn. de grad. affin.

Succesio ergo Agnatorũ & Cognatorũ vsq; ad decimum sextum gradum extenditur.

1 *Cognatio autem multifariam diuiditur*, vt colligitur ex l. cognitionum. ff. de var. & extr. cog. Tamen iuxta Theophilum.

Partitur in

Parentes, qui nos genuerunt: vt pater, mater, auus, & qui supr. sunt.

Liberos, qui ex nobis gignuntur: vt filia, filius, nepos, & qui inf. sunt.

Propinquos, qui ex transuerso veniunt: qui neque nos genuerũt, nec à nobis geniti sunt, sed stirpem suã & radicem nobiscum communem habent: velut frater, soror, patruus, vel auunculus, & qui ex his descendunt.

2 *Affinis est*, qui habet consanguineam alterius in vxorem: uel è contrà, quæ habet cõsanguineum alterius in maritum. Hinc *affinitas* irregularitas personarum est, ex nuptijs cõiunctorum, omni carens parentela. C. de nuptijs. l. liberi. dicta quasi ad fines alterius succesio. Vel, affi-

affinitas est, quæ ex coitu proximitatem
personę cõtrahit: & oritur tam ex coitu
nefario, quàm nuptiali. Fer. sup. de nup.
Et affines dicuntur viri & vxoris ergo 3
cognati: suntq; ab eo dicti, quòd duę co-
gnationes quæ diuersę inter se sunt, per
nuptias copulentur, & altera ad alterius
cognationis finem accedat. Cantiunc. §.
affinitatis. supr. de nupt. *Quoto autem* 4
gradu quispiam est consanguineus vxori
meæ, toto gradu is mihi coniunctus erit affi-
nitate vel è contrà. Item pro secundo ca-
none sume, vt *Affinitas tãtùm contrahatur* 5
inter sponsos & consanguineos, aut consan-
guineas sponsæ, vel è contrà: Non autẽ in-
ter vtriusq; consanguineos & cõsangui-
neas, ita vt sit impedimẽto nuptijs. Ideo-
q; consanguinei mei, licitè possunt con-
trahere matrimonium cum consangui-
neis vxoris meę: & è diuerso, Consangui-
neæ meę possunt nubere consanguineis
meę vxoris. Hinc fit vt pater & filius pos
sint ducere matrem & filiam, duo fratres
matrem & filiam, aut duas sorores. Pro-
hibentur enim matrimonia ad certos
gradus, non inter ipsos collaterales vtri-
usque consanguinitatis, sed respectu li-
neę ascẽdentis, & descẽdẽtis vt sup. de re-
gul. incestar. & inutil. nuptiar. magis per
spicuè

6 ſpicuè d.eſt. vt euitetur *Polygamia*, quæ eſt promiſcuus multarũ vſus in vno matrimonio, eodemq; tempore ſimul. Talis autem conſuetudo ducẽdi plures hodie eſt inter Turcas. Ideoque apud eos nõ eſt verum matrimonium, quia vnius maris ac fœminę tantùm, & non plurium legitima eſt coniunctio, prout in definitione matrimonij ſupr.d.eſt. itaq; de his parergis ſatis, vt eò redeamus vnde deflexi ſumus, declaraturi perſonam de cuius affinium affinitate quæratur.

Huc referantur tres figuræ A.B.& A A. notatæ.

7 Vt denique ad poſtremam partem huius tit. nos conferamus, nimirum de fiſci ſucceſsione, ſciendum quòd, *Nullo conſanguineo & legitimo hærede per defunctum relicto, bona ipſius vacãtia ad fiſcum deuoluantur.* l. vacàntia. C. de bon. vacant. lib. x.

8 *Et ciuitates ſuperiorem cognoſcentes, cùm non habeant fiſcum, in bonis vacantibus minimè defunctis ſuccedunt.* Bart. l. 2. & ibi in addit. num. 2. ff. de iur. fiſc. l. j. num. j. & 2. iunctis ibi additionib. C. de bon. vacant.

9 *Interim ſucceſsio ciuitatis habentis Regalia fiſci, aut ex conſuetudine, aut ex priuilegio, deficit*

deficiente legitima successione hæredum ab intestato valet. secundum addit. ad Bart. d.l.j.numer.11.

Et Vniuersitas quoq; ad successionem scholastici sine hærede defuncti admittitur. glos. d.l.j.ver.sine legitimo.& Porcius §. tam autem.numer.11.supr.de legat. 10

Ecclesiæ autem in bonis clerici legitimo hærede carentis regulariter succedere solent: per text.l.si quis presbyter.C. de Episcop. & cleric. 11

In bonis verò clerici fiscus Ecclesiæ superioris præfertur fisco inferiori. Castren. d.l.si quis presbyter. 12

Est autem *fiscus propriè* Camera Imperatoris, seu pecunia Principis, constans Canone, oblatione & indictione, vt author est Asconius Pedianus, quem refert Alciat.l.inter publica.numeri 2.& 3. ff. de verb. sig. Habetque nomen à fiscis seu sportulis.de quib.infr.tit. de act. in quib. huiusmodi pecuniam principis asseruabant. 13

Et differt ab *Aerario*, quia hoc est populi: Ille verò ad Principem pertinet. Sepè tamen alterum prò altero in Iure nostro promiscuè vsurpatur. vt Mynsing. §. res fisci.numer.3.supr. de vsucap. 14

TIT V-

TITVLVS SEXTVS.

De Gradibus Cognationum.

SEcundum prerogatiuam gradus quoniam ab intestato succeditur, quomodo numerādi sint gradus d. & enumerat omnes Imp. personas, vsque ad sextum gradum, sursum, deorsum, & transuersum. præcipuè quia sæpe iam facta mentio est vsitatæ regulæ: *Qui prior est gradu, is prior est circa successionem hæreditatis ab intestato.* §. ii plures. supr. de legit. agnat. suc. quę quidem regula propriè locum habet inter collaterales, in quib. ius repræsentationis expirat: Illis enim secūdum gradū sui prærogatiuā hæreditates deferūtur, & vt successioni collateralium plus lucis addatur, de gradibus hic agitur: cuius rei vtilitas non solùm in iudicandis matrimonijs, quæ inter collaterales ad certos quosdam gradus prohibentur. vt sup. tit. de nupt. d. est, sed etiā in tutelis gerendis, in testimonijs pro alijs dicendis, & hæreditatibus adeūdis, quæ quasi per gradus deferri solent. l. 4. ff. de grad. affin.

affin. & l. parentes. C. de testib. Etsi autem doctrina de gradibus sup. tit. d. de nupt. satis luculenter tradita est tyronibus Iur. recitatis definitionibus, & diuisionibus arboris post figuram, lineæ ac gradus, quæ omnia hîc repetenda sunt: tamen pro faciliori huius tit. intellectu Σχῆμα seu figuram arboris, aliâ ob oculos declaratiuam, sume.

Cognatorum tres sunt species

- Superior parétum, vt
  - Tritauus / tritauia } in 6. gradu.
  - Attauus / attauia } in 5. gradu.
  - Abauus / abauia } in 4. gradu.
  - Proauus / proauia } in 3. gradu.
  - Auus / auia } in 2. gradu.
  - Pater / mater } in 1. gradu.
- Inferior liberorum:
  - Filius / filia } in 1. gradu.
  - Nepos / neptis } in 2. gradu.
  - Pronepos / proneptis } in 3. gradu.

Abnepos

Abnepos, abneptis } in 4. gradu.
Atnepos, Atneptis } in 5. gradu.
Trinepos, trineptis } in 6. gradu.

Frater, Soror } in secundo gradu:

Patruus, amita, Auunculus, matertera, Fratris sororisq; filius, filia } in tertio gradu.

Transuersa, vt

Patruus magnus, Amita magna, Auunculus magnus, Matertera magna, Fratris sororisq; nepos, neptis } in 4.

Propatruus, proamita, proauunculus, promatertera, fili⁹ sororisq; pronepos, proneptis } in 5. gra.

Abpatruus, Abamita, Abauunculus } in 6.

Abmate

Abmatertera
Fratris sororisq; abnepos
abneptis

Circa hanc arborem ciuilem, de supputatione graduũ duę sunt d. Regulæ, quarum prior ad lineam descendentium, & ascendentium pertinet: posterior verò de collateralibus loquitur. *I. Tot sunt gradus, quot sunt personæ in linea descẽdente, vel ascendente, numeratis intermedijs, sed stipite dempto. II. Tot sunt gradus, quot sunt personæ in linea collaterali siue æquali siue inæquali: numeratis intermedijs personis, stipite dẽpto.* 1 2 3

Et necesse est cognoscere quæ personę distent in linea æquali, & quæ in linea inæquali ob dispensationes impetrãdas. nam si nepos fratris Phares vellet ducere pronepotẽ ipsi⁹ Phares, oporteret sic narrare ad habẽdum dispensationem, quòd scilicet Titius petat ducere vxorem consanguineam suã Bertam, & Titius distet à stipite in tertio, & Berta ab eodem in quarto. nam si diceretur sic: Titius petit ducere vxorem Bertam consanguineam in 4. gra. et Papa dispensaret, non possent isti virtute illius dispensationis matrimonialiter cõiungi. quia maior est proximitas quando vna persona distat à stipite in 3. & alia in 4. quàm si ambę distarent in 4

rent in 4. Et dispensationes quia fiunt contra ius commune sunt restringēdæ. pro isto fac.c.quod dilectio.extr.de consang. & affinit. & hæc notantur per Dd. quamuis alij teneant oppositum.



Transuersus limes.

Hæc pars dextra continet paternum genus.

6.grad.

6. grad. Tritauia.

5 grad. Attauia { 6. grad. { abauunculus. / abmatertera.

4. gra. Abauia. { 5 gr. { proauũculus, / promatertera. { 6. gr. { proauũculi, / promaterterã filij filia.

3. gr. Proauia { 4 gr. { Auũculus mas / gnꝰ. materterã magna. { 5. gr. { propij sobrino, / prop. sobrina. †

† 6. gr. { Auunculus magnus / Nep. nept. i. sobr. sobrina.

2. gr. Auia. { 3. gr. { Auunculus. / matertera. { 4 gr. { consobrinus / consobrina. †

† 5 gr. { cõsobrinis filius filia. / cõsobrini. fil. fi. { 6. gr. { consobrini, consobrina / nepos, neptis.

1. gr. Mater. { 2 gr. { Frater vterinus, / Soror vterina. { 3. gr. { fratris sororis, / filius, filia. †

† 4. gr. { Fratris sororis, / nepos neptis. { 5 grad. { Fratris sororis pronepos / proneptis.

6. grad. { Fratris sororis / abnepos abneptis.

Transuersus limes.

Hæc pars sinistra continet maternum genus.

Proteus, seu is vel ea de cuius cogna. quer.

1. grad. Filia.
2. grad. Neptis.
3. grad. Proneptis.
4. grad. Abneptis.
5. grad. Atneptis.
6. grad. Trineptis.

Ad huius autẽ declarationẽ sufficiũt ea quæ sup. sunt d. tit. de nup.

TITVLVS SEPTIMVS.

De seruili cognatione.

RAt quia olim & inter seruos si ad libertatem peruenissent cognatio: licet hodie tamẽ hęc cesset: subsequenter de his Iustin. adnectit tractatum vbi visum sit supr. qualiter successio per cognationem seu agnationem deferatur. Breuiter igitur, longissimus etiã Suorum hæredum, proximum agnatorum excludit, & longissimus agnatorum proximum cognatorum. quæ singula ex tabula sequenti patent.

Seruus manumissus.

Olim illorum liberi succedere non poterant.

Hodie vero succedunt siue { *ante* } *manumissionem.* *post* } . *cõsãguinei* } *sint.* *vterini* }

Liberis autem extantibus, patronus omnino excluditur.

Testamento tamen facto, si manumissus minus habeat centum aureis potest prætirere patronum.

Deficientibus verò liberis, si patronus prætereatur, per bonorum possessionem contra

tra tabulas, potest consequi tertiam partem bonorum.

Verùm mortuo manumisso ab intestato absq; liberis patronus in solidum succedit.

Succedunt item & patroni filij, & transuersales, vsq; ad 5. gradum.

Potest tamen patronus liberis suis quibus voluerit, vel etiam vni, assignare manumissi successionem.

Illæ autem *cognationes deferuntur iure singulari*, quæ deferuntur per statuta & consuetudines locorum, & vocantur successiones locales vel singulares. Nam per *statuta & consuetudines derogatur iuri positiuo*. vt c. fin. extr. de consuet. Nam populus potest aliquid statuere contra constitutionem Principis: quia princeps habet auctoritatem condendi iura à populo. vt not. Anto. à Butr. c. j. extr. de transla. prælat. Item *per statuta localia & cõsuetudines potest fieri vt ille qui succederet de iure communi, nõ succedat*. Et ideo in Regno Franciæ (vt ab eo tẽpore nempe anno lix. quo aduocatum agerem in Palatio Regio Parisijs memini obseruatum fuisse) filij naturales tantùm non succedunt matri, qui tamen de iure communi succederent. *Et potest fieri statutum, vt secularis persona vtriusq; sexus excludat in successione religiosum*, vt

1

2

3

4

ſum, vt in aliquib. partib. infer. Germanię obſeruatur. & notat Godofred. c. quia ingredientibus, extr. de teſta. *Et ſic ſtatuta aliquorum locorum habent, vt tantùm maſculi ſuccedant*, vt Niuellæ in Brabantiâ Gallica: cui à conſilijs præeſſe (citra iactantiam) ab anno Ixiiij. vſque ad Ixix. ſolebam ſæpius in anno, vbi concilij Brabantię & Curiæ Cameracen. feudalis Financ. Priuatique conſilij Hiſp. Reg. Philip. &c. eſſem Aduocatus patronuſque creatus, licet indignus, apud inclytã Bruxellam. & ſic humeris meis diuerſæ commiſſiones non circa Brabantię loca imponebantur, ſed & alias prouincias quaſlibet. quarum moleſtia atque periculo, Deum atque hominum fidem teſtor, non parum me gaudere pronunc liberatum: maximè hoc turbulento ſeculo. Item & *aliqua ſtatuta habent vt duæ ſorores ſuccedant loco vnius fratris, vt memini* ab eo ſeculo obſeruatum in Anglijs, vbi Londini præxeos & linguæ diſcendæ cauſa me adiunxiſſem procuratori ante ſumptum ſupremum gradum Iuriſperitorum. *vel vt primogenitus ſolus ſuccedat*, vt in maiori parte Hiſpaniarum obſeruari vidi, dum Bourgis agerem in Caſtilia penes virum eruditum Hieronymum de

de Mœna Secretarium Regium. cuius statuti etiã meminit d. Gofred. c. Raynutius. extr. de testa. *Potest etiam fieri vt illi qui iure communi non succedant, ex statuto possint succedere, vt spurij*: vt not. Bald. §. & quia. in princ. feud. *vel vt collaterales excludant ascendentes.* vt l. fin. C. cõmunia de succeſſ. *aut per statuta vt si quis decedat ab intestato nullum habens hæredem si sit clericus vt Episcopus succedat*, vt passim nunc video obseruari hîc Coloniæ agens ob tumultum inferioris Ger. donec & quosque &c. *& si sit laicus, vt fiscus succedat*, vt ferè vbique locorum obseruatur, nec adeò repugnante Iure Saxonico: quod & admittit Faber sup. de hęred. quæ ab intesta. defer. in princ.

8

9

10

TITVLVS OCTAVVS.

De succeſsione libertorum.

INteſtato liberto in totum patronus non extantibus liberis ſuccedebat. Si verò fuerat teſtatus minus centũ aureis habens patronus excludebatur. Si vltra centum haberet, à liberis rurſus excludebatur. Facto tamen teſtamento, ſine onere tertiam habebat.

In ſucceſſione ingenuorum admittuntur.

I. Omnes qui ſunt ex linea inferiore, excluſa ſuperiorum & tranſuerſorum linea, etiamſi proximiores eſſent.

II. Succedũt proximiores agnati, excluſis omnibus cognatis etiam proximioribꝰ; exceptis, Fratre, ſorore emancipatis, qui vt agnati ſuccedunt.

III. Succedunt proximiores cognati. Linea igitur inferior hodie omnes excludit.

Deficiente autem linea inferiore, vel pater, mater, frater vtrinq; cõiunctus ſuccedit, etſi omnes æqualiter concurrant.

Deficiente patre & matre, auus, auia, frater vtrinq; coniunctus, ſimul ſuccedunt.

Deficiente patre, matre, fratre vtrinque coniuncto, huius fratris filio, auo, auia, ſuccedunt fratres ex altero latere coniuncti. Sed vterini, in bonis maternis,

-nis, Consanguinei in bonis paternis, preferuntur. in reliquis verò bonis æqualiter succedunt.

Deficientibus omnib' fratribus, filij fratrum
- patruo defuncti præferuntur. & si soli sint, succedunt in capita.
- cum patruis suis succedunt, in stirpes.
- cum auo defuncti, succe- in capita.

Deficientibus omnibus sup. scriptis, proximiores in capita succedunt.

Sciendum hîc, quòd iura libertinitatis & ingenuitatis sint penè consonantia in successionibus.

Si patronus remiserit ius suum. in auth. vt liber. de cæ. §. illud.

Si procurarit patronus libertum iurare vt non duceret vxorem: vel libertam vt non nuberet viro. ff. de iur. patro. l. qui contra legem.

Si patronus libertorum negarit alimenta, scilicet quando fuit dominus. ff. de bon. libert. l. si patronus.

Si libertus cesserit tertiæ parti bonorum suorum ad vsum patroni. vt ff. de bon. libert. l. etiam. §. totiens. licet quidã contrà sentiant.

Si alter eorum scilicet patronus vel liber-

Cognatio

In specie, à matre est: et tum patruus & fratris filius non sunt cognati propriè sed agnati.

In genere vel improprie, Patruus & fratris filius erũt cognati. l. iurisc. §. inter agn. de grad. affin.

Successio ergo Agnatorũ & Cognatorũ vsq; ad decimum sextum gradum extenditur.

1 *Cognatio autem multifariam diuiditur,* vt colligitur ex l. cognitionum. ff. de var. & extr. cog. Tamen iuxta Theophilum.

Partitur in

Parentes, qui nos genuerunt: vt pater, mater, auus, & qui supr. sunt.

Liberos, qui ex nobis gignuntur: vt filia, filius, nepos, & qui inf. sunt.

Propinquos, qui ex transuerso veniunt: qui neque nos genuerũt, nec à nobis geniti sunt, sed stirpem suã & radicem nobiscum ommunem habent: velut frater, soror, patruus, vel auunculus, & qui ex his descendunt.

2 *Affinis est,* qui habet consanguineam alterius in vxorem: uel è contrà, quæ habet cõsanguineum alterius in maritum. Hinc *affinitas* irregularitas personarum est, ex nuptijs cõiunctorum, omni carens parentela. C. de nuptijs. l. liberi. dicta quasi ad fines alterius successio. Vel, affi-

affinitas est, quæ ex coitu proximitatem personę cõtrahit: & oritur tam ex coitu nefario, quàm nuptiali. Fer. sup. de nup.

Et affines dicuntur viri & vxoris ergo cognati: suntq; ab eo dicti, quòd duę cognationes quæ diuersę inter se sunt, per nuptias copulentur, & altera ad alterius cognationis finem accedat. Cantiunc. §. affinitatis. supr. de nupt. 3

Quoto autem gradu quispiam est consanguineus vxori meæ, toto gradu is mihi coniunctus erit affinitate vel è contrà. Item pro secundo canone sume, vt *Affinitas tãtùm contrahatur inter sponsos & consanguineos, aut consanguineas sponsæ, vel è contrà*: Non autẽ inter vtriusq; cõsanguineos & cõsanguineas, ita vt sit impedimẽto nuptijs. Ideoq; consanguinei mei, licitè possunt contrahere matrimonium cum consanguineis vxoris meę: & è diuerso, Consanguineæ meę possunt nubere consanguineis meę vxoris. Hinc fit vt pater & filius possint ducere matrem & filiam, duo fratres matrem & filiam, aut duas sorores. Prohibentur enim matrimonia ad certos gradus, non inter ipsos collaterales vtriusque consanguinitatis, sed respectu lineę ascẽdentis, & descẽdẽtis vt sup. de regul. incestar. & inutil. nuptiar. magis per 4 5

spicuè

6 ſpicuè d.eſt. vt euitetur *Polygamia*, quæ eſt promiſcuus multarũ vſus in vno matrimonio, eodemq; tempore ſimul. Talis autem conſuetudo ducẽdi plures hodie eſt inter Turcas. Ideoque apud eos nõ eſt verum matrimonium, quia vnius maris ac fœminę tantùm, & non plurium legitima eſt coniunctio, prout in definitione matrimonij ſupr.d.eſt. itaq; de his parergis ſatis, vt eò redeamus vnde deflexi ſumus, declaraturi perſonam de cuius affinium affinitate quæratur.

Huc referantur tres figuræ A.B. & A A. notatæ.

7 Vt denique ad poſtremam partem huius tit. nos conferamus, nimirum de fiſci ſucceſsione, ſciendum quòd, *Nullo conſanguineo & legitimo hærede per defunctum relicto, bona ipſius vacãtia ad fiſcum deuoluantur.* l. vacàntia. C. de bon. vacant. lib. x.

8 *Et ciuitates ſuperiorem cognoſcentes, cùm non habeant fiſcum, in bonis vacantibus minimè defunctis ſuccedunt.* Bart. l. 2. & ibi in addit. num. 2. ff. de iur. fiſc. l. j. num. j. & 2. iunctis ibi additionib. C. de bon. vacant.

9 *Interim ſucceſsio ciuitatis habentis Regalia fiſci, aut ex conſuetudine, aut ex priuilegio, deficiẽ-*

deficiente legitima successione hæredum ab intestato valet. secundum addit. ad Bart. d.l.j.numer.11.

Et Vniuersitas quoq; ad successionem scholastici sine hærede defuncti admittitur. glos. d.l.j.ver.sine legitimo.& Porcius §. tam autem.numer.11.supr.de legat. 10

Ecclesiæ autem in bonis clerici legitimo hærede carentis regulariter succedere solent: per text.l.si quis presbyter.C. de Episcop. & cleric. 11

In bonis verò clerici fiscus Ecclesiæ superioris præfertur fisco inferiori. Castren. d.l.si quis presbyter. 12

Est autem *fiscus propriè*, Camera Imperatoris, seu pecunia Principis, constans Canone, oblatione & indictione, vt author est Asconius Pedianus, quem refert Alciat.l.inter publica.numeri 2.& 3. ff. de verb. sig. Habetque nomen à fiscis seu sportulis.de quib.infr.tit. de act. in quib. huiusmodi pecuniam principis asseruabant. 13

Et differt ab *Aerario*, quia hoc est populi: Ille verò ad Principem pertinet. Sepè tamen alterum prò altero in iure nostro promiscuè vsurpatur. vt Mynsing.§. res fisci.numer.3.supr. de vsucap. 14

TITV-

TITVLVS SEXTVS.

De Gradibus Cognationum.

SEcundum prerogatiuam gradus quoniam ab inteſtato ſucceditur, quomodo numerãdi ſint gradus d. & enumerat omnes Imp. perſonas, vſque ad ſextum gradum, ſurſum, deorſum, & tranſuerſum. præcipuè quia ſæpe iam facta mentio eſt vſitatæ regulæ: *Qui prior eſt gradu, is prior eſt circa ſucceſsionem hæreditatis ab inteſtato.* §. ſi plures. ſupr. de legit. agnat. ſuc. quę quidem regula propriè locum habet inter collaterales, in quib. ius repræſentationis expirat: Illis enim ſecũdum gradũ ſui prærogatiuã hæreditates deferũtur, & vt ſucceſsioni collateralium plus lucis addatur, de gradibus hic agitur: cuius rei vtilitas non ſolùm in iudicandis matrimonijs, quæ inter collaterales ad certos quoſdam gradus prohibentur. vt ſup. tit. de nupt. d. eſt, ſed etiã in tutelis gerendis, in teſtimonijs pro alijs dicendis, & hæreditatibus adeũdis, quæ quaſi per gradus deferri ſolent. l. 4. ff. de grad. affin.

affin. & l. parentes. C. de testib. Etsi autem doctrina de gradibus sup. tit. d. de nupt. satis luculenter tradita est tyronibus Iur. recitatis definitionibus, & diuisionibus arboris post figuram, lineæ ac gradus, quæ omnia hîc repetenda sunt: tamen pro faciliori huius tit. intellectu Σχῆμα seu figuram arboris, aliâ ob oculos declaratiuam, sume.

Cognatorum tres sunt species

- Superior parentum, vt
  - Tritauus / tritauia } in 6. gradu.
  - Attauus / attauia } in 5. gradu.
  - Abauus / abauia } in 4. gradu.
  - Proauus / proauia } in 3. gradu.
  - Auus / auia } in 2. gradu.
  - Pater / mater } in 1. gradu.
- Inferiorum liberorum:
  - Filius / filia } in 1. gradu.
  - Nepos / neptis } in 2. gradu.
  - Pronepos / proneptis } in 3. gradu.

Abnepos

Abnepos, abneptis } in 4. gradu.
Atnepos, Atneptis } in 5. gradu.
Trinepos, trineptis } in 6. gradu.
Frater, Soror } in secundo gradu.
Patruus, amita, Auunculus, matertera, Fratris sororisq; filius, filia } in tertio gradu.
Transuersa, vt
Patruus magnus, Amita magna, Auunculus magnus, Matertera magna, Fratris sororisq; nepos, neptis } in 4.
Propatruus, proamita, proauunculus, promatertera, filius sororisq; pronepos, proneptis } in 5. gra.
Abpatruus, Abamita, Abauunculus } in 6.

Abmate

Abmatertera
Fratris sororisq; abnepos
abneptis

Circa hanc arborem ciuilem, de supputatione graduũ duę sunt d. Regulæ, quarum prior ad lineam descendentium, & ascendentium pertinet: posterior verò de collateralibus loquitur. *I. Tot sunt gradus, quot sunt personæ in linea descẽdente, vel ascendente, numeratis intermedijs, sed stipite dempto. II. Tot sunt gradus, quot sunt personæ in linea collaterali siue æquali siue inæquali: numeratis intermedijs personis. stipite dẽpto.* 1 2 3

Et necesse est cognoscere quæ personę distent in linea æquali, & quæ in linea inæquali ob dispensationes impetrãdas. nam si nepos fratris Phares vellet ducere pronepotẽ ipsi⁹ Phares, oporteret sic narrare ad habẽdum dispensationem, quòd scilicet Titius petat ducere vxorem consanguineam súã Bertam, & Titius distet à stipite in tertio, & Berta ab eodem in quarto. nam si diceretur sic: Titius petit ducere vxorem Bertam consanguineam in 4. gra. et Papa dispensaret, non possent isti virtute illius dispensationis matrimonialiter cõiungi. quia maior est proximitas quando vna persona distat à stipite in 3. & alia in 4. quàm si ambę distarent in 4

rent in 4. Et dispensationes quia fiunt contra ius commune sunt restringēdæ. pro isto fac.c.quod dilectio.extr.de consang. & affinit. & hæc notantur per Dd. quamuis alij teneant oppositum.



Transuersus limes.

Hæc pars dextra continet paternum genus.

6.grad.

6. grad. Tritauia.

5 grad. Attauia { 6. grad. { abauunculus. / abmatertera.

4. gra. Abauia. { 5 gr. { proauũculus, / promatertera. { 6. gr. { proauũculi. / promaterterę filij? filia.

3. gr. Proauia { 4 gr. { Auũculus mas / gr^a. materterę magna. { 5. gr. { propi? sobrino, / prop. sobrina. †

† 6. gr. { Auunculus magnus / Nep. nept. i. sobr. sobrina.

2. gr. Auia. { 3. gr. { Auunculus. / matertera. { 4 gr. { consobrinus / consobrina. †

† 5 gr. { cõsobrinis filius filia. / cõsobrini. fil. fi. { 6. gr. { consobrini, consobrina / nepos, neptis.

1. gr. Mater. { 2 gr. { Frater vterinus, / Soror vterina. { 3. gr. { fratris sororis, / filius. filia. †

† 4. gr. { Fratris sororis, / nepos neptis. { 5 grad. { Fratris sororis pronepos / proneptis.

6. grad. { Fratris sororis / abnepos abneptis.

Transuersus limes.

Hæc pars sinistra continet maternum genus.

Proteus. seu is vel ea de cuius cogna. quer.

1. grad. Filia.
2. grad. Neptis.
3. grad. Proneptis.
4. grad. Abneptis.
5. grad. Atneptis.
6. grad. Trineptis.

Ad huius autẽ declarationẽ sufficiãt ea quæ sup. sunt d. tit. de nup.

TITVLVS SEPTIMVS.

De seruili cognatione.

RAt quia olim & inter seruos si ad libertatem peruenissent cognatio: licet hodie tamẽ hęc cesset: subsequenter de his Iustin. adnectit tractatum vbi visum sit supr. qualiter successio per cognationem seu agnationem deferatur. Breuiter igitur, longissimus etiã Suorum hæredum, proximum agnatorum excludit, & longissimus agnatorum proximum cognatorum. quæ singula ex tabula sequenti patent.

Seruus manumissus.

Olim illorum liberi succedere non poterant.

Hodie vero succedunt siue { *ante* } *manumissionem.* *post* } . { *cõsãguinei* } *sint.* *vterini* }

Liberis autem extantibus, patronus omnino excluditur.

Testamento tamen facto, si manumissus minus habeat centum aureis potest prætirire patronum.

Deficientibus verò liberis, si patronus prætereatur, per bonorum possessionem contra

tra tabulas, potest consequi tertiam partem bonorum.

Verùm mortuo manumisso ab intestato absq; liberis patronus in solidum succedit.

Succedunt item & patroni filij, & transuersales, vsq; ad 5. gradum.

Potest tamen patronus liberis suis quibus voluerit, vel etiam vni, assignare manumissi successionem.

Illæ autem *cognationes deferuntur iure singulari*, quæ deferuntur per statuta & consuetudines locorum, & vocantur successiones locales vel singulares. Nam per *statuta & consuetudines derogatur iuri positiuo.* vt c. fin. extr. de consuet. Nam populus potest aliquid statuere contra constitutionem Principis: quia princeps habet auctoritatem condendi iura à populo. vt not. Anto. à Butr. c. j. extr. de transla. prælat. Item *per statuta localia & cõsuetudines potest fieri vt ille qui succederet de iure communi, nõ succedat.* Et ideo in Regno Franciæ (vt ab eo tẽpore nempe anno lix. quo aduocatum agerem in Palatio Regio Parisijs memini obseruatum fuisse) filij naturales tantùm non succedunt matri, qui tamen de iure communi succederent. *Et potest fieri statutum, vt secularis persona vtriusq; sexus excludat in successione religiosum*, vt

sum, vt in aliquib. partib. infer. Germanię obseruatur. & notat Godofred. c. quia ingredientibus, extr. de testa. 5 *Et sic statuta aliquorum locorum habent, vt tantùm masculi succedant*, vt Niuellæ in Brabantiâ Gallica: cui à consilijs præesse (citra iactantiam) ab anno lxiiij. vsque ad lxix. solebam sæpius in anno, vbi concilij Brabantię & Curiæ Cameracen. feudalis Financ. Priuatique consilij Hisp. Reg. Philip. &c. essem Aduocatus patronusque creatus, licet indignus, apud inclytã Bruxellam. & sic humeris meis diuersæ commissiones non circa Brabantię loca imponebantur, sed & alias prouincias quaslibet. quarum molestia atque periculo, Deum atque hominum fidem testor, non parum me gaudere pronunc liberatum: maximè hoc turbulento seculo. 6 Item & *aliqua statuta habent vt duæ sorores succedant loco vnius fratris, vt memini* ab eo seculo obseruatum in Anglijs, vbi Londini præxeos & linguæ discendæ causa me adiunxissem procuratori ante sumptum supremum gradum Iurisperitorum. *vel vt primogenitus solus succedat*, vt in maiori parte Hispaniarum obseruari vidi, dum Bourgis agerem in Castilia penes virum eruditum Hieronymum 7

de

de Mœna Secretarium Regium, cuius statuti etiá meminit d. Gofred. c. Raynutius. extr. de testa. *Potest etiam fieri vt illi qui iure communi non succedant, ex statuto possint succedere, vt spurij*: vt not. Bald. §. & quia. in princ. feud. *vel vt collaterales excludant ascendentes.* vt l. fin. C. cõmunia de succes. *aut per statuta vt si quis decedat ab intestato nullum habens hæredem si sit clericus vt Episcopus succedat*, vt passim nunc video obseruari hîc Coloniæ agens ob tumultum inferioris Ger. donec & quosque &c. *& si sit laicus, vt fiscus succedat*, vt ferè vbique locorum obseruatur, nec adeò repugnante Iure Saxonico: quod & admittit Faber sup. de hęred. quæ ab intesta. defer. in princ.

8 9 10

TITVLVS OCTAVVS.

De successione libertorum.

-nis, Consanguinei in bonis paternis, preferuntur. in reliquis verò bonis æqualiter succedunt.

Deficientibus omnib' fratribus, filij fratrum
- patruo defuncti præferuntur. & si soli sint, succedunt in capita.
- cum patruis suis succedunt, in stirpes.
- cum auo defuncti, succe- in capita.

Deficientibus omnibus sup. scriptis, proximiores in capita succedunt.

Sciendum hîc, quòd iura libertinitatis & ingenuitatis sint penè consonantia in successionibus.

Si patronus remiserit ius suum. in auth. vt liber. de cæ. §. illud.

Si procurarit patronus libertum iurare vt non duceret vxorem: vel libertam vt non nuberet viro. ff. de iur. patro. l. qui contra legem.

Si patronus libertorum negarit alimenta, scilicet quando fuit dominus. ff. de bon. libert. l. si patronus.

Si libertus cesserit tertiæ parti bonorum suorum ad vsum patroni. vt ff. de bon. libert. l. etiam. §. totiens. licet quidã contrà sentiant.

Si alter eorum scilicet patronus vel liber-

Ius antem patronatus perditur.

tus sit relegatus vel deportatus. vt ff. de iur.patronat.l.siue.

*Si libertus de voluntate patroni sit natalibus restitutus.*ff.de bo.libert.l.etiã.§.j.

Si patronus ab inuito liberto mercedẽ pro futuris operis extorserit. vt.ff. de liber. agnosc.l.si quis.§.si quis.

Si libertus mortem domini sui vindicarit. ff.de iur.patron.l.penult.

*Si patronus eum capitali crimine accusarit.*ut.ff.de bon.libert.l. si cùm maior.

Si libertus suis numis emptus sit.

*Si potestatem liberam testandi impetrarit de voluntate patroni.*ff.de bon.libert. l.etiam.§.ij.

Libertus denique est relatiuum patroni: sicut *libertinus* ingenui. Et libertus quidem idem quod libertinus: hoc tantùm differẽtes quòd libertus semper refertur ad eum cuius est libertus, puta, patroni: Libertinus verò, nomen est absolutum, denotãs eum, qui nec seruus nec liber est. reliqua vid. sup. tit. de ingen. & libert.lib.j.

TITVLVS NONVS.

De assignatione libertorum.

Licebat

Icebat olim patrono libertum ſuum alicui ſuorum liberorum, vel nepotum ita aſsignare, vt is illi, excluſis alijs eiuſdem gradus, ſolus ſuccederet. Et quia ſuprà de ſucceſſion. quæ defertur iure patronatus d. eſt, quod ſpectat ad patronum & ad liberos ſuos, & etiam collaterales. Et quia patronus poſsit hoc ius vni aſsignare ex liberis ſuis: ideo tractatur hîc de illa aſsignatione.

Patroni aſſignatio fit { *In teſtamento & ſine teſtamento. Purè & ſub conditione. quibuſcunque verbis, nutibus etiam vel ſignis.* } *Vni ex liberis aſsignare libertum.* ff. eod l. j. §. aſsignare.

Et ille poſt mortem eius ſcilicet patroni habet ſolus ius patronatus. Et ſi ille deceſſerit cui aſsignatio facta eſt ſine liberis, reuertitur ius patronatus ad liberos patroni, & euaneſcit hæc aſsignatio per emancipationem. vt hîc §. j.

TITVLVS DECIMVS.

De bonorum poſſeſsionibus.

Vniuer-

Niuersitatis tres acquisitiones hinc sequuntur per proximos tres titulos. Prima sunt bonorum possessiones, quas decem Prætor olim introduxerat. Sed Imperator illas intra sex coarctauit.

Nempe,

Bonorum possessiones *contra tabulas*, quæ liberis præteritis dantur.

Bonorum possessiones *secundum tabulas*, quæ omnibus scriptis hæredibus dantur.

Bonorũ possessiones *vnde liberi*, quæ ab intestato dantur omnibus liberis & parentibus.

Bonorum possessiones *vnde agnati: siue vnde legitimi*, quæ ab intestato liberis deficientibus dantur agnatis.

Bonorum possessiones *vnde cognati*, quæ omnibus liberis agnati sũe deficientibus ab intestato dantur cognatis.

Bonorũ possessiones *vnde vir & vxor*, quibus nullis consanguineis relictis, maritus & vxor sibi inuicẽ succedunt, quæ sex ordinariæ dicuntur.

Bonorũ possessiones *ex lege*, quæ dantur ei tantùm, qui ex constitutionibus succedere potest. & hæ sunt, si leges de nouo alicui bonorum possessionẽ, vel ex testamento, vel ab intestato dederunt. Illę

runt. Illę verò nõ faciunt hæredes, sed loco hæredũ. tempus eas bonorũ possessiones petendi liberis & parentibus anni spacium est vtile .j. annus, in quo sit Iudicis, Actoris & defensoris copia.

Agnatis, autem vel cognatis — *centum dierum vtilium spacium est. Petuntur autẽ hodie sine solennitate. nõ petitæ vel repudiatæ accrescũt cæteris.*

Proximiore ergo non agnoscente bonorum possessionem intra tempus, cæteris proximioribus defertur bonorũ possessio. vt & proximiore repudiante, sequens proximior statim nullo expectato tempore possit bonorum possessionem agnoscere. 1

Bonorum autem possessio est ius persequendi, retinendiq; patrimonij siue rei, quæ cuiusque cùm moritur fuit. l. 3. §. bonorum. ff. de bonor. possess. quæ definitio est ab officio & effectu. vid. Kling. nu. 2. &. 3. hîc. Oldend. classe 5. act. 6. 2

Ordinariæ bonorum possessiones sunt, quæ expressè in certa edicti Prætoris parte fundantur, & cum plena causæ cognitione conceduntur. & harum duę priores ex testamento, & quatuor seqq. d. ab intestato competentes sunt. 3

Ratione

Vel bonorũ possessio contra tabulas à prętore introducta est, propter liberos, naturales, vel adoptiuos, emancipatos, siue adhuc in patria potestate existentes, qua ij ob prætermissionẽ petãt testamentum reddi nullum. Ang. hîc. §. adhuc. per text. nõ putauit. in princ. de bonor. possess. contr. tab.

Ratione testamenti

Vel bonorum possessio secundũ tabulas, quæ cõpetit heredibus institutis aut substitutis in testamento ex voluntate ipsius testatoris. glos. §. sunt autem. hoc tit. & l. ij. §. defertur. ff. eod.

Competit bonorum possessio Vnde liberi. qua vtuntur liberi emancipati, qui olim à successione patris ab intestato repellebantur. §. emancipati. sup. de hæred. quæ ab intesta. defer. de qua extat tit. C. & ff. eod.

Ratione intestati

Bonorum possessio Vnde legitimi, ad quam successionem post suos hęredes vocantur agnati iuxt. tit. de legit. agna. succ. sup. hoc lib. & C. vnde legit.

Bonorum possessio Vnde cognati, qua extinctis omnibus agnatis, in successione defuncti, fisco pręferuntur cognati. tot. tit. de succes. cognat. sup. hoc lib. & tit. ff. & C. eod.

Bonorũ possessio Vnde vir et vxor, quæ

quæ hodie deficiẽtibus collateralibus tam agnatis quàm cognatis in x. grad. virũ ad succeſsionẽ vxoris defunctæ, vel vxorẽ ad succeſsionẽ viri fiſco excluſo admittit. toto tit. ff. & Cod.

Extraordinaria bonorum poſſeſsio eſt quæ nõ certã aliquam ſedẽ habet, ſed vel ex teſtamẽto, vel ab inteſtato dari poteſt, & per quã aũt dominiũ rerũ, aut poſſeſsio tantũ tribuitur. §. ſeptima eas. hoc tit. 4

Habet 4 quæ ſuor ſpeciet.

Bonorũ poſſeſsio, quæ ex ll. deſertur. in qua hæc cepulatim requirũtur: Vt deferatur ex nouis ll. vel. SC. tis. Vt tales ll. non ſint prætoriæ, ſed ciuiles. Vt expreſsè & ſpecialiter huius delatio fiat. Et vt bonorũ poſſeſſor nõ ſit vocatus ad hæreditatem. leg. 12 tab. vid Fabr. hic d. §. ſeptima. nu. 4. & l. 1. ſ. l. certum. C. vnd. legiti.

Bonorum poſſeſsio Carboniana, quæ locum habet in filio impubere nato, cui mota eſt controuerſia ſui ſtatus, quæq; quæſtio in tempus pubertatis, cauſsa cognita, differtur, & impubes in bonorum poſſeſsionem defunctæ interim per Prætorem immittitur. l. 1. ff. de Carb. edict. & C. eod.

Bonorum poſſeſsio nomine ventris, quæ datur vxori grauidæ, vt in bonis mariti ſui defuncti maneat, donec liberata fuerit partu. l. 1. §. generaliter. ff. de ventr. in poſſeſs. mitt.

Litis agnoſcendæ cauſsa, qua filius emancipatus per prætorem ad querelam inofficioſi teſtamenti, poſtea intendendam habilitatur, ſecund. Caſtrenſ. d. l. certum, nu. 1.

Secun-

Secũda diuisione bonorum possi. 6

Alia est edictalis, quæ à patre mortuo concedebatur: est ius, quo altera scilicet decretalis, peti potest.

Alia decretalis, seu iudicialis, quę intra præscriptum tempus à iudice petita & agnita decernitur. glos. §. fin. ver. pro petenda. hoc tit.

Vetus bonorum possessionis solennitas, velut plus æquo scrupulosa, meritò sublata est. verùm simplex quædam imitatio, vt. s. hæres sese magistratui insinuet, petatq; auxilium in his, quę illi fortè, ne ad hæreditatem apprehendendam perueniat, de facto obstant, minimè. Sed ea honesta est, vtilis & necessaria, ideoq; frequens admodum. Kling. numer. 11. & 13. hîc.

Bonorum ergo possessiones sunt necessariæ hæ:

Contra tabulas.

Secundum tabulas. in certis tamen casib⁹, quorũ ex Bart. sex in l. certum. C. vnd. legit. recensentur. vbi & Ias. & Bald. in rubr. C. qui admitti ad bonor. possess. &c.

Vnde vir & vxor.

Reliquæ verò ordinariæ bonorum possessiones tantùm sunt voluntariæ: Sed extraordinariæ omnes sunt necessariæ. et breuiter: vbicunque quis potest esse hæres de iure Ciuili, ibi nulla bonorum possessio

sessio est necessaria. Et è contrà vbi quis potest esse hæres de iure ciuili, ibi bonorum possessiones sunt necessariæ. vid. Dd. d. l. certum. C. vnd. legit. & Kling. nu. 12. & 13. hîc.

vtilitates autè bonor. poss. sunt hæ præcipuę

Repudians hæreditatè per aditionem iuris ciuilis, nihilominus potest eam agnoscere per bonorum possessionem de iure prætorio. l. suú hæredē. C. de iur. delib.

Elapso termino adeundę hereditatis, quis poterit insuper agnoscere bonorum possessionē intra tempus, quod iure prætorio, tam liberis quàm alijs extraneis præfinitum est: hoc autè tempus non currit ignoranti, vt sup. d. est.

Hinc est, vt si quis per mille annos ignoraret sibi deberi hæreditatem defuncti alicuius, nunquā tamen à bonorū possessione excluderetur. de quo Castrens. d. l. certum. nu. 5. Ias. d. rubr. C. qui admit. ad bon. poss. poss. nu. 3. 7

TITVLVS VNDECIMVS.

De acquisitione per Adrogationem.

Ictũ est quomodo res acquantur per vniuersitatẽ ex testamẽto & ab intestato iure ciuili, & etiã iure prætorio per bonorũ possessionem. cùm igit̃ res etiam acquirãtur per vniuersitatẽ adrogatione, vt sup. per quas person. nob. acq. §. fin. ideò tractandum autumauit hîc Iustin. Imp. de acquisitionib⁹ per adrogationẽ, quæ nõ fiunt ex lege quidem xij. tab. nec etiam prætorio. sed est ius introductum à constitutione diui Pij cõsensu adrogatoris & adrogati. vt patet ex glos. hîc, & text. vsq; ad §. ecce enim.

Olim vniuersalis erat in bonis patris fam. arrogatore qui omnia arrogati acquirebat: exceptis his quæ capitis diminutiõe peribãt.

Hodie vsumfructũ tantùm aduentitiorũ bonorum acquirit adrogator in vita filij adrogati. §. j. versic. nihil. hoc tit.

Mortuo autem arrogato, si liberos habeat illi præferuntur ipsi arrogatori. j. filius adrogatus impubes decesserit, excluso patre adrogatore bona eius omnia perueniunt ad eos, qui alioquin ab intestato ipsi succederent. glossa hîc ver. aliæ personæ. *Pater autem adrogator solus existens, deficientibus ascendẽtibus & descendẽtibus, fratribus et*

Acquisitio arrogationis.

bus et sororibus vtrinq; coniunctis. filij adrogati totã hæreditatẽ consequũtur. vt d. §. 2

Sed si nõ habeat filios, fratres vtrinq; cõiuncti concurrũt cum arrogatore. j. arrogator & fratres arrogato vtrinq; cõiuncti eo extincto in capita succedunt. vt Platea hic.

Hodie tamẽ omnibus istis pater naturalis & legitimus præfertur: saltẽ vsumfructum habẽs patri arrogatori facta emãcipatione in successione filij arrogati defuncti, vt habet glos. 2. verb. aliæ pers. hic.

Qui succedit arrogato, illius nomine tenetur creditoribus illius. j. Arrogator post adrogationẽ factã, tenetur de rebus per adrogatum gestis, quantũ ad peculiũ, vel ad eas res, in quibus vsusfructus ipsi acquiritur, pertinet. §. fin. hoc. tit. & l. in adrogat. ff. de pecul.

TITVLVS XII.

De eo cui libertatis causa bona adiudicantur.

Continuatur iste titulus sic, quia supr. per quas personas nob. acq. §. fin. d. sit quatenus res per vniuersitatem etiam acquirantur causa li-

bertatum conseruandarum: idcirco subijcitur hîc de modo illius acquisitionis per vniuers. quarto. nam si eius, qui vel testamento, vel ab intestato libertates reliquit, hæreditas non adiebatur, poterant ij qui libertatem acceperant, petere sibi bona adijci (libertatis conseruandæ gratia) defuncti, & ille seruus deinde satisfaciebat creditoribus. j. addictio bonorum libertatis conseruandæ causa est in fauorem introducta, tunc locum habens, quãdo relicta libertate vel in testamento vel ab intestato, seruus hæres instituitus, aut legitimus repudiat aditionem hæreditatis, ob magnitudinem æris alieni. Tũc enim potest seruus ob cõsequendam libertatem, petere aditionẽ bonorum, præstita tamen cautione, de satisfaciendo creditoribus. vocaturq; is, cui bona sic addicũtur successor anomalus seu extraordinarius, secund. glos. §. fin. sup. verb. successor. & præfertur fisco: & bonorum defuncti venditionẽ impedit. vid. authent. de hæred. & Falcid. §. in omnibus. collat. j.

Addictio

Vt nullus omnino successor extet, nec ex testamento, nec ab intestato. §. fin. hoc tit. *Idonea cautio, quam is præstare debet, cui bona debẽt addici, qui. s. securos faciat creditores*

nis bonorũ requisita. *ditores de solido, quod cuiq; debetur, soluendo.* §. 2. hic. *Consensus in ius patronatus.* nam is cui bona addicũtur dicere potest: non aliter mihi volo bona addici nisi hac conditione, vt & ij qui directas libertates habẽt, mei liberti fiant. Hoc enim proponẽs audietur, & postulationem eius Iudex confirmabit, dum tamen ij quibus directa libertas debetur consentiant. §. j. vers. nam huic. vbi & Theoph. hîc.

TITVLVS XIII.

De successionibus sublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex senatusconsul. Claudiano.

MOdos duos alios, vt nil antiquitatis ignoretur, subsequẽter recitat Imp. hîc acquirendi olim vniuersaliter dominij vel ratione venditionis bonorum, vel ratione commixtionis seu consuetudinis, quam libera mulier cum ser-

uo alieno, inuito eius domino habebat. §. j. & ij. hoc tit. Sed cùm ius hoc sit correctũ, & hodie prorsus ab vsu fori Romani recesserit, longiorẽ eius declarationem vt superuacaneã, volẽtes omittimus, nil aliud præter hoc addentes, Quòd *libera*
1 *mulier possit hodie nubere seruo. si non ignoret conditionem eius.* vt l. fin. C. de agric. & cens. lib. xi. & maximè iure canonico. vt c. ij. extr. de cõiu. seru. nec amittet libertatem nec substantiam, vt olim ex SC. Claudiano. imò filij etiã sunt liberi, quia sequuntur ventrẽ. Et ratio est: quia mulier non transit in potestatem viri, nisi quantum ad debitum carnale, & operas domesticas. vt supr. ad Tertull. d. est. Ergo *præterquam quòd successio quæ olim*
2 *fiebat per bonorũ venditiones sit sublata, & tãtummodo creditoribus datur, vt officio iudicis bona possideant, & de illis disponant.*

TITVLVS XIIII.

De obligationibus.

LIbro j. quia d. sit de iur. perso. & lib. ij. vsq; ad istum locum de rerum iure: item quia §. j. supr. de reb. corp. & incorp. d. est, res

est, res esse incorporales, seruitutes, hæreditates & obligationes, & explicatis seruitutibus & hæreditatum doctrinis, iam de obligationibus & actionibus dicendum putauit Imp. recto ordine.

Obligatio autem est iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicuius rei soluendæ, secundum nostræ ciuitatis iura. vt hic §. j.

I. Diuis. Obligationum quædam

Naturalis tantùm, hoc est, vinculũ proueniés ex naturali æquitate, quæ omnium hominũ mentibus insita est, aut ex iure gentium, quo quis alteri obligatur ad aliquid dandum faciendúmue. Bart. l. Iulianus. nu. 26. ff. de condict. indeb. Eaq; est duplex: vna ex iure naturali primęuo proueniens, quę ap̃bata de iure ciuili producit actionẽ. vt est educatio sobolis. l. si quis ff. de lib. agnosc. Altera ex iure gẽtiũ oritur ob nudũ pactũ, non tamẽ interueniẽte stipulatione, aut traditione rei.

Ciuilis tantùm, cùm quis ex iure ciuili tantùm, deficiente consensu debitoris obligatur. Bart. d. l. Iul. & hæc vel producit actionem cum effectu exactionis, vt est in sentẽtia transeunte in rem

iudicatam, quæ pro veritate habetur. l. res iudicata. ff. de regu. iur. & l. ingenuum. ff. de stat. hom. vel licet pariat actionem, exactionem tamẽ non producit, vt in chirographo spe futuræ numerationis dato. Bart. l. j. nu. 3. ff. de fideiuss.

Naturalis & ciuilis simul, in qua simul concurrunt consensus cõtrahentium, æquitas naturalis, & auctoritas iuris ciuilis. Idq; fit in omnibus ferè cõtractibus, vel quasi, tam nominatis, quàm innominatis, qui sunt iurisgentium vel ciuilis, vt in Emphyteusi & stipulatione. & c. Item in delictis vel quasi delictis. & habent hę non solùm actionem, sed etiam efficacẽ exactionem l. vel obligatus. ff. de liberal. caus.

2 *Est autem nudum pactum, conuentio duorum pluriumue, quæ in primis verbis solius conuentionis persistit, nec transit in proprium nomẽ contractus, nec in formam solennem, nec causam vnde sibi robur & efficaciam, ad producendam aliquam actionem, possit assumere.* Salic. l. legem. C. de pact. Panorm. c. pactum. ext. de verb. signific.

II. diuis.

ij. diuis. Obligatio omnis aut est Ciuilis, aut Prætoria. Et harũ quælibet nascitur aut ex actib9.

- Voluntarijs,
  - Contractuum, quoties inter partes negocij aliquod expressè contractum est. *
  - Quasi contractuũ, quoties intellectu & dispositione iuris aliquid inter partes cõtractũ esse censetur, †
- Inuoluntarijs
  - Maleficio, quæ est vel
    - Publica obligatio seu maleficium publicum, vt læsa maiestas: vis publica: vis priuata: falsitas: ambitus: repetũdarum: peculatus: de residuis: de annona: patricidiũ: homicidium: adulterium:
    - Priuata, aut priuatum maleficiũ, vt furtũ: rapina: damnũ: iniuria.
  - Quasi maleficio: vt facit Iudex imperitus: exerciter: deijciens aliquid è cœnaculo: habens aliquid appensum: caupo, stabularius.

* Et hæ obligationes contrahuntur, aut

- Re, vt
  - Mutuum, Commodatum, Depositum,
  - Pignus, Debiti solutio.
- Verbis, vt
  - Stipulatio siue verborum obligatio.
- Literis, vt
  - Literarũ obligatio, diuersimodè quæ fit, vt in contextu patet.
- Consensu, vt
  - Emptio, Venditio:
  - Locatio, cõductio:
  - Societas, mãdatũ.

† Vt in actione Tutelæ, administrationeq; negociorum gestorum: rei cõmunis diuisione: condictione indebiti, solutioneq;: hereditatis aditione: funeris impensa: litis contestatione.

3 *Obligatio ciuilis est, quæ descendit ex cæteris quinq; speciebus iuris scripti, dempto edicto prætoris.* & hęc ex ll.xij.tab. SC tis, cõsuetudine & statutis ciuitatum est introducta, & actio inde nata perpetua est .j. durat spacio 30. annor. vt §. omnium. hîc. & Iaſ. l. de quib. nu. 38. ff. de leg. Bart. l. 5. ff. de verb. oblig. nu. 3. et fac. text. l. in honorarijs. ff. de act. et oblig.

4 *Prætoria obligatio est, quæ ex prætorum edictis vel interdictis trahit originẽ, vel ex constitutionibus Ducũ, Marchionũ & Comitum proficiscitur: cuius actio annuo temporis spacio expirat.* d. §. omnium. & Iaſ. §. sed istę. num. 27. 28. & 29. inf. de act. text. §. j. de perp. & tempor. act. & d. l. in honor.

5 *Obligatio inuoluntaria deniq; ex quasi maleficio, est quando dispositione iuris delictum esse perpetratum accipitur ab eo, cuius sunt ædes, licet ab alio sit commissum,* vt in tit. de his qui deiec. vel effu. licet hoc loci Imp. nullã aliã assignet rationẽ. Quarũ nonnullę obligat. ex quaſ. contractu, vel ex q. malefic. dicantur, quàm quòd argumẽto à partium enumeratione, seu remotione nitatur hoc modo: quia illę obligationes non sunt ex contractu, quamuis ad hos accedere videãtur, neq; ex maleficio. ergo sunt ex q. contractu. Item quia in posteriori

steriori casu peccatum esse aliquid reperitur, ex quo nascitur obligatio, non quidem ex contractu, sed neque proprie ex maleficio, ergo ex quasi maleficio peccans obligatur, vt iudex, qui malè iudicat. &c.

Naturalis obligationis tantũ effectus.

Res naturaliter debita & soluta repeti non potest, ob obstantẽ exceptionem. l. iurisgentiũ. §. sed cùm nulla. vers. igitur nuda. ff. de pact.

Pro naturali obligatione tantũ potest accedere fideiussor. l. fideiussor. §. fideiussor. l. Marcellus. & l. j. & 10. ff. de fideiuss. nisi tamen ea penitus sit extincta. l. si quis postquam. ff. eo. & Bart. d. l. 1. nu. 2.

Naturalis obligatio tantùm, nonationem quoq; admittit. per text. l. ij. ff. de nouat.

In ea quoq; locum habet compensatio. l. etiam. ff. de compensat.

Ciuilis obligationis tantùm effectus est, vt pariat actionem, non etiam exactionem. Mynsing. d. §. j. nu. 14. 6

Ciuilis & naturalis obligationis simul coniunctæ, effectus est, vt tam actionẽ quàm exactionem efficacem possit producere, secundum contractus & delicti cuiusq; naturam. Mysing. d. §. j. nu. 15. 7

Diffe-

Differunt.

Contractus est conceptio verborum seu consensuum. vt ff. de verb. oblig. l. stipulationum. §. stipulatio. *& est facti.* vt ff. de curat. furios. l. consilio.

Obligatio autem oritur ex contractu: & est iuris. ff. si cert. pet. l. ij.

Actio verò vlterius oritur ex obligatione. vt ff. de procurat. l. licet. §. ea obligatio, *& etiam iuris est.*

Contractus accipitur, aut

Propriè, quando contrahentes hinc inde obligantur. vt in emptione, venditione. l. Labeo. §. contractum. ff. de verb. sig.

Improprie, quando vna pars solùm obligatur. vt in mutuo. vt ff. si cert. peta. l. ij.

Improprijssimè quando fit dissolutio contractus: vt in transactione. vt not. per Bart. l. siue apud acta. C. de transact. *sic etiam est in liberatione.* vt inf. quib. mod. toll. oblig. §. j.

8 Et ista seruiñt ad intelligendũ statuta, in quibus termini debẽt propriè accipi. vt l. iij. §. hæc verba. ff. de negoc. gest. Ex quo patet, quòd si in aliquo loco statutum sit, quo prohibeatur vt nemo cum talibus cõtrahat, per illud statutum non prohibetur mutuum, neq; trãsactionem, neque liberationem cum talibus fieri, quamuis Bald. C. de pact. in rubr. dicat, quôd quando per statutum prohibetur con-

contractus etiam prohibeatur liberatio, & multo magis mutuum.

TITVLVS XV.

Quibus modis re contrahitur obligatio.

QVia tit. præcedenti §. fin. Iustin. dixerat quatuor esse species obligationum, quæ nascuntur ex contractu: quarum prima esset quę nascitur ex Re, etiam potior. ea propter primò de illa hîc tractat dicens, re contrahi obligationem in datione mutui, quod cõsistat in rebus quæ per numerum, pondus, vel mensurã traduntur, ut fiant accipientium. Ex qua oblig. nascatur actio, quæ est certi condictio.

Contractus in genere est conuẽtio ex vtraq; parte vltrò citroq; obligatoria, qua alium nobis obstringimus ad dandum aliquid, vel faciendum, vel præstandum. et hęc definitio causalis colligitur ex l. obligationũ substantia. ff. de act. & oblig. & ex l. Labeo libro primo. §. contractum. & ibi Bart. ff. de verb. signi.

I. Diui-

Nominatus, qui peculiare & specificũ nomen habet, & à quo semel inito aut celebrato non licet resilire, nec locus est pœnitẽtiæ, altera parte inuita. l. sicut inuito. C. de act. & oblig. Iaſ. l. certi cõdictio. nu. 34. ff. ſi cert. pet. Et huc pertinent omnes contractus, qui vel re, vel verbis, vel literis, vel cõſenſu fiũt. §. fin. tit. præced.

I. Diuiſione contractuũ alius

Innominatus, qui quãuis nomen & formam ſpecialem de iure ciuili non habeant, quia tamen nuda pacta non ſunt, quæ nullius mutuæ obligationis vinculo colligantur, ſed in ſe σύναλλαγμα & negociũ aliquod ciuile habent, ciuilem quoq; actionem producunt. l. 3. ff. de præſcrip. ver. & l. iuriſgentium. in princ. ff. de pact. *Et horum contractuum formæ ad quatuor ferè genera redigi ſolent.* ſecund. l. naturalis. ff. de præſcrip. verb. *Aut do vt des, aut do vt facias, aut facio vt des, aut facio vt facias.*

a Et ab his, nulla re ſubſecuta, & nulla interueniente ſtipulatione, licet recedere: cùm non ex conuentione, ſed ſola rei cõtrectatione accipiens obligetur, quam ſi reſtituat, re adhuc integra, deficiente contractus æquitate, & obligationis ſubſtantia, amplius cum eo agi nõ poterit. l. ex placito. C. de re. permu. & d. l. naturalis. ff. de præſcrip.

II. Diui-

II. Diuisione contractuũ alius

Bonæ fidei, in quibus bona fides exuberat, & ex quibus simplici quadam ratione boni & æqui, absq; vlla subtilitatis disputatione præstanda sunt etiam ea, quæ non fuerãt nominatim inter contrahentes dicta.

Stricti iuris, in quibus strictam iuris rationem, ac corticem verborum iudicem sequi oportet, nulla extrinsecus quæsita interpretatione. l. quicquid adstringendæ. ff. de verborum obligationibus. l. quia tantundem. ff. de negocijs gest.

Verbum autem *Bonæ fidei*, plerunque 3
in iure nostro designare solet, purum & syncerum animum ab omni calliditate separatum. l. si cùm fundum. ff. de contrah. empt. l. si mandato. §. j. & l. si fideiussor. §. quædam. ff. mandati. l. si medicus. ff. de extraordinarijs cognitionib. l. bonam fidem. C. de actionib. & obligationibus.

Stricti autẽ iuris cõtractus sunt sic dicti, 4
q̃ in ijs iudices liberũ nõ habeãt, sicut in bonę fidei iudicijs, ex equo et bono statuendi arbitrium, sed stricto iure vtuntur, vtpo-

vt pote quorum poteſtas certis formulis & anguſtijs verborum adſtricta & inclusa ſit. Nec enim incognitum eſt, ſtrictum ius in ciuili diſciplina præduram illam, exactam & plenam rigoris interpretationem, verbis etiam contra bonum & æquum tenaciter inhærentem, ſignificare. l. non ſolùm. §. j. ff. de rit. nupt. l. 2. §. item Varus. ff. de aq. plu. arc.

Re contrahitur obligatio
- Mutui datione, quod conſiſtit in: Vino, Oleo, Frumento, Pecunia numerata, Aere, Argento, Auro. Et in hoc mutuo tãtundem re ſtitui in eodem genere debet, per certi condictionem, etiam ſi quod mutuatum eſt, caſu perditum ſit.
- Indebiti ſolutione, quæ facta à:
  - Sciente, non repetitur.
  - Erráte:
    - In facto, repetitur per cõdictionem indebiti.
    - In iure, & non repetitur, ſi ſoluens erat naturaliter obligatus.

Commo-

Commodato, quod fit & { Gratuito, Ad certũ vsum: } et illudidem est quod cõmodatũ restitui debet, nisi casu perditum sit.

Pignore, quod {
- Solo consensu obligat debitorem ob pignoratam rem.
- Creditorem, qui pignus accepit, obligat ad restituendũ illud postquam debitũ est solutum.
- Pignus tamẽ etiam leuissima culpa perditum debet restitui.

}

Deposito ꝙ restitui debet vti est datum, sed si perditum esset, vel {
- Casu fortuito, Lata culpa } restitui non debet.
- Leui culpa, Leuissima culpa restitui tamen debet à mutuario cum interesse damni emergẽtis, quod mutuarius, qui constituitur in mora ob redditionem pecunię mutuatæ, refundere tenetur mutuanti. Bart. l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer. Idẽ ferè est in interesse lucri cessantis, præsertim si mutuans fuerit mercator.

cator. l. 3. §. fin. & ibi Bart. num. 2. & Iaſ. nu. 8. ff. de eo quod cert. loc.

5 *Culpa eſt læſio per imprudentiam facta, quæ tamen humana ratione regulariter poteſt euitari.* Nam ea cùm primis eſt inter dolum & culpam differentia: quòd dolus certa animi deſtinatione & propoſito lædendi: culpa verò ſegnitie vel ſimplicitate inconſideranter admittitur. & quomodo hæc culpa diuidatur contra Bart. alibi diximus.

6 Itaque *Dolus*, vt Labeo inquit, *eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum, adhibita.* l. j. §. dolum malum. verſ. Labeo. ff. de dol. mal.

7 *Caſus fortuitus autem eſt accidens quoddam, quod neque cuſtodia, neque cura, neque diligentia mentis humanæ prouideri et euitari poteſt.* Bald. l. quæ fortuitis. C. de act. pignor. vel vt Abb. definit c vnic. ext. de commod. *Eſt euentus inopinatæ rei, qui nulla prouidentia humana prouideri poterat.* l. in rebus. & l. ad eos. ff. commod.

8 *Mutuum* autem dicitur à meo & tuum, quaſi quòd meum fiat tuum. nam in mutuo tranſfertur dominium in mutuarium: aliàs enim nulla naſcitur obligatio. l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. pet.

Mutuum

Mutuum quidem est contractus nominatus stricti iuris, qui celebratur datione vera, vel ficta rei, consistentis in pondere, numero vel mensura, cum spe recipiendi tantundem in genere suo, eiusdem quantitatis & bonitatis. Bar. l. 2. §. fin. nu. 8. ff. si. cert. pet. 9

Mutuũ autẽ est vel

Naturale, vt cùm res in pondere, numero, vel mensura consistens, actualiter datur sine aliqua stipulatione. Bar. & Dd. d. l. 2. §. in mutui datione.

Ciuile, in quo sola virtus Iuris Ciuilis versatur, non interueniente realinumeratione, vt fit in chirographo spe futuræ numerationis dato, ex quo quis in biennium obligatur. l. in cõtractibus. C. de non num. pecu. Tamen reuera vnum est mutuum, nempe naturale, in quo principaliter requiritur consensus, & numeratio, & de hoc propriè text. hîc in princ. & l. 2. §. 2. ff. si cert. pet.

Filius familias autem dans vel recipiens mutuam pecuniam efficaciter non obligatur, iux. l. j. ff. ad SC. Macedon. nisi in quibusdam exceptis casibus seqq. 10

non esset efficax obligatio. d. §. 2. hîc.

Indebitum quoddam est

Ciuiliter, sed debetur naturaliter: vt in solutione nudi pacti.

Naturaliter, sed debetur ciuiliter: vt in confessione chirographi.

Naturaliter & ciuiliter indebitum, & hoc si solutũ est per errorem, specialiter repeti potest. clas. 6. act. 6. Oldend.

Ope exceptionis, vid. Bart. d. l. j. num. 2. ff. eod. tit.

Nudũ pactũ potest vestiri

Re: vt hoc tit.

Verbis: vt inf. tit. prox.

Literis: vt inf. tit. de lit. oblig.

Consensus: s. solo: *quia in alijs obligationibus etiam requiruntur consensus.* vt inf. de oblig. quę ex consens. nascun.

Cohærentia contractus: *vt quando iuxta cõtractum ponitur pactum ante vel post.* vt C. de pact. l petens.

Interuentu rei, vt in contractibus innominatis: C. de rer. permut. l. ex placito. Et differt iste modus à primo, quia quando pactum vestitur re, tunc statim habet robur & nascitur actio. vt ff. si cert. pet. l. cùm quid. Sed quando vestitur per interuentum rei, tunc nõ stati

tim habet robur nec oritur actio. Sed tunc demum, quando res est tradita, vt C. de pact. l. petens.

Principio rei: vt si quis polliceatur Reipublicæ nudo pacto. vt ff. de pollicitat. l. j.

Auctoritate, seu auxilio legis. vt ff. de pact. l. legitima.

12 *Et dicitur nudum pactum vestiri auxilio legis*, quando ex tali pacto non daretur actio, nisi lex hoc diceret. & hoc fit in multis casibus, sicut patet in his versibus non recta lege pedum currentibus.

Pactum in his nudum actionem maximè parit.
Constituens: donans: dotans: spondens ob honorem:
Nautarumque fraus: accessio vrbis, vsura:
Nam aliter ex nudo pacto non datur actio

vt ff. de pact. l. iurisgentiũ §. quinimò: quod verum est iure ciuili: secus iure canonico vbi ex nudo pacto dat actio. ext. de pact. c. 1.

13 *Commodatum est contractus nominatus bonæ fidei, quo res, siue mobilis siue immobilis, tam nostra quàm aliena gratuitò conceditur alteri, ad certum tempus, sine aliqua tamen vel dominij, vel possessionis*

sionis translatione, vt eadem species, & non alia eiusdem generis reddatur. §. item is cui. hoc tit. & l. 3. §. in hac actione. & l. rei commodatæ. & l. commodare. ff. commod.

Est autem *differentia inter commodatum & precarium.* quia commodatum datur ad certum vsum, ita vt si commodatarius aliter vteretur re commodata committat furtum. Item quia commodatum non potest statim reuocari: sed completo vsu ad quem cõmodatum est. Sed precarium semper reuocari potest, & precarium non datur ad certum vsum. vid. glos. l. vt commodato. §. sicut. ff. commodati. 14

Requiritur ergo ad cõtractum commodati.	Traditio.	
	Vsus rei concessæ, ad certum aliquod tempus.	vt d. §. ité is cui. & Iaſ. §. ſequẽs. numer. 20. & 21. infr. de act. & d. l. 3. ff. eod.
	Vt cõsistat in specie.	
	Vt dominiũ et possessio remaneat apud commodantem.	
	Vt restituatur in eadem specie.	
	Interuentus rei.	
	Vt sit gratuitum.	

15 *Precarium est quod precibus petenti vtendum datur, quamdiu is qui concessit patitur.* l. j. ff. de precario.

Actio commodati est vel

- *Directa, quæ datur commodanti contra commodatarium: non solùm ad rem commodatam, sed etiam ad interesse.* vt ff. commod. l. iij. §. si res.
- *Contraria, quæ datur commodatario contra commodantem de impensis factis in re commodata.* vt ff. commod. l. in commodato. §. contraria.

16 *Et cõmodatum debet esse gratuitum.* nam alioqui si merces interueniat, nõ est commodatum sed locatum. vt infr. locat. §. j. modò res sit locabilis. alioqui est contractus innominatus. vt l. naturalis. §. adeundo. ff. de præscript. uerb. Sic etiam *mandatum* debet esse gratuitum. vt inf. mandat. §. fin. quamuis postea quando mandatum completũ est, debet solui salarium pro labore. vt ff. manda. l. j.

17 *Depositum est contractus nominatus, bonæ fidei, in quo res mobilis, retenta tamẽ sibi possessione & dominio, datur depositario gratis custodienda, vt eadem restituatur, cum omnibus fructibus, quandocunq; libitum fuerit deponẽti.* §. preterea. hîc. & c. fin. extr. de de-

18 posit. *Si deposui apud te rem meam,* teneris mihi actione depositi directa: sed si tu fe-

cisti ali-

cisti aliquas impensas in re mea, tunc ego teneor tibi actione depositi contraria, vt d. est. de commodato. *Depositarius* tenetur de dolo. vt ff. depos. l. j. §. illud. & de lata culpa, quæ equiparat dolo. vt ff. depos. l. quod Nerua. non autem tenetur de leui culpa regulariter. Et ideo si tu rem meam apud te depositam tua negligẽtia casu vel furto amiseris, mihi non teneris. debet enim mihi imputari: quia rem meam custodiendam tradiderim tibi amico negligenti. Si tamen factũ sit pactum inter te & me, quòd si rem meam perdideris, teneberis: tunc etiam obligaris ad culpam leuissimam, vt ff. depos. l. j. §. sepè. Interdum etiam teneris de casu. vt si rem meam apud te depositam portaueris ad loca periculosa. vt ff. commodat. l. in rebus. §. j. vel etiam si fueris in mora restituendi depositum. vt ff. depos. l. si in alea. §. fin. 19

Cõcurrunt ad hunc depositi contractum perficiendum
- *Traditio.* — *deponentẽ* — *obligare videntur.*
- *Retentio dominij.* — *deponentẽ* — *obligare videntur.*
- *Gratuita custodia* — *depositariũ* — *obligare videntur.*
- *Restitutio rei depositæ* — *depositariũ* — *obligare videntur.*

Depositi actio habet paratam executionem, sicut sententia. vt l. penult. C. depos. it. modò depositum sit notoriũ per publicum 20

blicum instrumentũ, vel per scripturam ex testimonio testium receptorũ ad perpetuam rei memoriam. Bart. l. creditores. C. de pignor. aliàs autem requiritur libellus, & litis cõtestatio. vt c. quoniam frequenter. extr. vt lit. non conteſt.

21 *Pignus est contractus nominatus bonæ fidei, in quo res mobilis datur creditori, vt suũ debitum ipsi fiat saluum, qui quidem obligatur ad rei restitutionẽ, debito persoluto.* §. fin. hoc
22 tit. & l. j. ff. de pignor. act. Et tenetur creditor pignus recipiens de dolo: lata culpa: & leui. sed non leuissima, neq; de casu fortuito.

Pignus vel est

Prætoriũ: quum. s. ordinariã habẽs iurisdictionem, ratione contumaciæ rei Conuenti, ante definitiuã sententiam mittis aliquem in possessionẽ bonorũ, ob recusatam cautionem de damno infecto. et de hoc pignore agitur tot. tit. de dam. infect. ff.

Iudiciale: quo pro executione definitiuæ sententiæ, à iudice fit immissio in bonorum possessionem. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic.

Conuentionale: quod ex partium cõuentione dependet. d. l. j. ff. de pignor. act. Iaſ. §. item Seruiana. num. 1. & 2. infr. de act.

23 *Creditor antequam pignus acceperit* non est obli-

est obligatus, quamuis ex nuda conuentione pignus sit obligatum sibi. vt. ff. de pignor. act. l. j. & competit ipsi creditori ex nuda conuentione actio hypothecaria ad persequendum pignus. vt infr. de act. §. item Seruiana.

Differunt

- *Pignus in re mobili proprie* — *constituitur* — *sed* — *respectu actionis conueniunt.* — *de quib. d. §. item inf. de act.*
- *Hypotheca in re immobili* — *constituitur* — *sed* — *respectu actionis conueniunt.* — *de quib. d. §. item inf. de act.*

Ad contractū pignoris huius q; substantiā requiritur,

- *Res mobilis, obligata cum cōsensu partium, ob certum aliquod debitū.* — *d. § fin. hic. et d. l. 1. ff. de pignor. act. & d. §. sē infr. de act.*
- *Actualis traditio, vel saltem expressa, & nuda conuentio, etsi tradita res non sit.* — *d. § fin. hic. et d. l. 1. ff. de pignor. act. & d. §. sē infr. de act.*
- *Retentio dominij penes debitorem oppignorantem.* — *d. § fin. hic. et d. l. 1. ff. de pignor. act. & d. §. sē infr. de act.*
- *Restitutio rei oppignoratæ, persoluto iam debito.* — *d. § fin. hic. et d. l. 1. ff. de pignor. act. & d. §. sē infr. de act.*

Actio pignoratitia

- *Directa: quæ datur debitori contra creditorē pro restitutione pignoris, quod debet restitui in specie, idem et cum fructibus et interesse, si mora.*
- *Indirecta: quæ datur creditori contra debitorem pro impensis factis in pignore.* l. si necessarias. ff. de pignor. act.

TITVLVS

TITVLVS XVI.

De verborum obligationibus.

VErbis quia obligamur ſtipulãdo etiam, poſtquam de obligationibus realibus dixerit Imper. tractat hîc de verbor. obligationibus: quæ ſtipulationes ſunt, vt ex princ. huius tit. patet.

1 *Stipulatio* autem dicitur à ſtipulo: *Stipulum* autem à ſtipite deſcendens, firmum veteribus ſignificabat. Inde hic cõtractus, ſtipulatio metaphoricè dicitur. Eſt enim omnium contractuum firmiſſimus. in princ. hoc tit.

2 *Et ſtipulatio eſt verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum facturúmue ſe id quod interrogatus eſt, reſpondet.* l. ſtipulationum aliæ. §. ſtipulatio. ff. de verbor. oblig.

Interrogatione præcedente, & reſponſione ſequente: vt promittis decem? promitto.

Quibuſcunq; verbis: ſiue Græcis, ſiue Latinis, ſiue partim Latinis & partim Græcis: modò vterq; intelligat.

Purè,

Purè, vt dum ſpecialiter aliquid promittitur expreſsè vel tacitè, ſine vlla diei aut conditionis adiectione, vt Spondes mihi per ſolennem ſtipulationem dare 100. aureos? Spondeo. & in hac ſtatim res peti poteſt, pro ratione tamen temporis, quod commiſerationis cauſa dari ſolet debitori, vt commodius ſe paret ad ſolutionem. d. §. omnis. & ibi gloſ. in verb. conſeſtim. Quia nata eſt tam obligatio, quàm actio, & ceſsit & venit dies, iuxta l. cedere diem. ff. de verb. ſig.

j. Diuiſione Stipulatio aut ſit

In diem: vt puta cui certa aut incerta dies apponitur, dum tamen certum ſit eum aliquando venturum eſſe. vt 100. aureos mihi 2. cal. Ian. dare promittis? promitto. d. §. omnis. & l. eum qui calendis. & l. qui hoc anno. ff. de verb. oblig. Et in hac quidem ſtipulatione res promiſſa ſtipulatori debetur, ſed ante diei aduentum, efficaciter exigi non poteſt: cùm obſtet petenti exceptio, quaſi pluspetens tempore. §. temporales. inf. de except. §. ſi quis agens. inf. de act.

Si verò ſtipuler quinque quò ad viuam, pro primo anno quinq; purè, pro alijs annis ſingulis in diem debentur, ſed

tur, sed si post mortem meã hæres petat, repellitur exceptione.

Sub conditione: nempe cùm aliqua conditio de futuro & dubio casu, qui vel contingere poterit, vel non, præfigitur .s. Vis mihi numerare 100. aureos, si Catholici Geusianos bellò superauerint? Respondo volo. §. sub conditione. hîc. Et in tali stipulatione ante cõditionis euentum, nec obligatio, nec actio vlla nata esse intelligitur. §. ex conditionali. hîc. Quia quod est in cõditione, nõ est in obligatione. l. si quis sub conditione. ff. si quis omiss. caus. testa.

Attamen { Si Titius fuit cõsul } promittis * / Si quinq; { Si Titius est consul }

* Statim est obligatus, si Titius est vel fuit consul. Non est obligatus, si Titius non est, vel non fuit consul.

Sub divisione conditionalis stipulationis,

Necessaria, quæ habet certam & infallibilem causam, quæ omnino extitura est, quæùe non potest non aliquando euenire, licet dies implẽdi fortè sit incertus: vt, promittis mihi dare dotem, si sol cras oriatur? promitto.

Impossiblis est, quæ nunquam potest

quæ est vel

test euenire, neque existere. †

Possibilis: quæ quidem potest euenire, sed ex casu ac fortuna dependet.*

†Quę sit

Ratione facti: vt dabo tibi 1000. aureos si Alpes transtuleris.

Ratione iuris: cùm lex reprobet aliquam conditionem, quæ est contra bonos mores, & manifestã in se contineat turpitudinem, vt si quis promittat se interfecturum hominem.

Ratione naturę: quã. s. natura fieri non concedit: vt si quis stipuletur 100. si digito cœlum tetigerit.

Ratione perplexitatis verborum, vt si quis ita scribat in testamento: Caius hæres esto, si Sempronius hæres erit.

*Quę in differẽtia est tripli ci:

Potestiua, quę ex mera voluntate illi⁹, cui promittit depẽdet, & sine corporis aut animæ periculo impleri potest. Veluti si quis hoc modo instituatur hæres: Titius hæres esto, si Stichũ manumiserit, Si in Capitolium ascenderit, Si Seio decem dederit.

Casualis, quæ non est in potestate eius, cui fit promissio, sed ex casus & fortunæ insidijs pendet: vt promitto tibi 100. si nauis ex Asia venerit, Si Titius consul factus fuerit.

Mixta est, quę tã ex potestiua, quàm ex casu

ex casu aliquid participat. Vnde & partim arbitraria, partim fortuita esse videtur. magis tamen habetur pro fortuita: vt conditio hęc, Si nupseris. Non enim vnius arbitrio, sed duorum consensu nuptię contrahuntur, neq; semper integrum est, aut maritũ, aut vxorem inuenire. Eiusdem cõditionis est & hæc conditio: Si Titium adoptaueris: itaq; si te parato adoptare, Titius se nolit arrogãdũ dare, conditio expirat.

3 *Purè autem stipulans, & promissor non tenetur statim soluere, sacco parato.* ff. de solut. l. quod dicimus. Sed secundum aliquos dantur sibi x. dies. vt inf. de inutil. stipu. §. penul. sicut dantur x. dies vt fiant præcepta à potestatibus secundum consuetudinem multorum locorum: quę est optima legum interpres. vt ff. de legi. et SC. l. si de interpretatione. Sed secũdum alios istud tempus relinquitur arbitrio iudicis. quia non est limitatum in iure nisi de constituta pecunia. vt l. promissor ff. de const. pec. & hoc notatur per Bart. l. rarum. ff. de solut.

4 Differt, stipulari { Ad diẽ: tũc promissor obligatur vsq; ad diem, & non post. vt ff. de act. & obl. l. obligationum ferè. §. j.

In diem

In diem vel in die, quod idem est, vt d.l. obligationum ferè: tunc promissor statim obligatur. sed stipulator non potest petere nisi transacto die, vt hic, & ff. de verb. sig. l. cedere dié. Et si ante petat, repellitur exceptione. vt d. est. Et si stipulatio fiat vt detur hodie, non est in diem, sed pura. l. liber homo. §. decē. ff. eod. & totus ille dies ita cedit promissori, vt non possit conueniri eodem die.

Stipulatio potest fieri sub conditione affirmatiua, vel sub cōditione negatiua, quæ stipulationes in hoc conueniunt, quòd vtraque transmittitur ad hæredes, qui possint ex ea agere purificata conditione. vt C. vt actio. in hæred. l. j. Sed differunt: quia quæ est sub conditione affirmatiua dicitur conditionalis. sed quę est sub cōditione negatiua, dicitur in diem: vt in exemplo posito in text. scilicet promittis tantum, si Capitolium non ascendero. Nam ista conditio non dicitur impleta, nisi post mortem. quę quidē mors certa est. vt ff. de condict. indeb. l. nam si. licet quando sit incertum nobis. vt ff. de condict. & demonstrat. l. j. §

II. Diuisione { *Iudiciales* } *Stipulationes* { *Prætoriæ* } de quib. infr. de

quædam sunt { *Conuentionales* | *Communes* } diuis. stipulat. dicitur.

6 Conditiones, quæ ad præsens vel præteritum tempus referuntur, non suspẽdunt obligationem, cùm ea quæ certa sunt in rerũ natura, nõ differunt obligationem: quamuis nobis incerta sint.

iij. Diuisione stip. alia { *Vtilis* | *Inutilis* } de quib inf. de inutilibus stipulat.

Obligationi verborũ adsit { *Solennitas verborum, continentium præcedẽtem interrogationem, & subsequẽtem responsionẽ.* | *Præsentia stipulatoris & promissoris.* | *Consensus vtriusque.* Iaſ. l. 1. num. 1. & 4. ff. eod.

7 In stipulatione non solùm veniunt res, sed etiam facta: Et in tali stipulatione vtile, est apponere pœnam, ne actor grauetur per probationem ipsius interesse.

TITVLVS XVII.

De duobus reis stipulandi & promittendi.

SVprà tit. præcedenti quia d. est de stipulationibus, in quibus interdùm interueniunt plures personæ stipulantes &

promittentes, ideo Imp. hîc pergit tractare de duobus reis stipulandi: præcipuè quia frequenter vsu venit, vt eandem rē vel plures stipulatores & promissores, vt singuli à singulis stipulentur, aut singuli singulis spondeāt, vel vni etiā promittāt, vel plures ab vno stipulentur. de quo genere hîc agit specialiter, causamque potissimùm materialem addens in qua & effectum huius obligationis. nempe subiectum. j. personam, quæ vel stipulatur, vel promittit aliquid alteri. Quia autem sæpè duo simul obligantur ad solutionē, seu præstationem alicuius rei in solidum, ij Correi vocantur, non quidem à reatu, sed potius à re, cuius aut debitores, qui duo Rei promittendi, aut creditores, qui duo Rei stipulandi dicuntur, esse intelliguntur.

Duo Correi autem constituuntur tribus simul concurrentibus:

- *Vt sit eadem quantitas super qua fit stipulatio aut promissio.*
- *Vt sit vna et eadē causa.*
- *Vt sit æqualitas vtriusque obligationis.*

Est hic tit. sanè rectè considerandus, ne fortè erres in duobus Reorum stipulandi, vel promittendi. Quod ne possis,

adscribo eorũ definitionem ex l.j. ff.eod.

2 *Qui stipulatur, Reus stipulandi dicitur. Qui promittit, Reus promittendi habetur. Rei promittendi duo sunt, qui vnam eandemq; quantitatẽ, simul & semel æquè principaliter promittunt.* atq; hi fiunt si ad interrogationẽ singuli respondeant, spondeo: et sic promittentes in solidum singulis teneantur. vt Titi, promittis mihi 10. aureos? & Luci promittis mihi eosdem decem aureos? Sunt duo Rei promittendi, & quilibet eorum tenetur in solidum. Dummodò tamen hoc expressè actum appareat, alioqui in dubio plures obligati, intelliguntur obligati in partes. l. rẽos. §. cùm tabulis. ff. hoc. tit. & auth. hoc ita. C.eod.

3 *Rei stipulandi duo verò sunt, qui vnam eandemq; quantitatem simul & semel stipulantur ab vno æquè principaliter, non solũ in contractibus, veluti Emptione, venditione, locatione, conductione, deposito, commodato & cæteris: verùm etiam in quauis vltima voluntate.* Fiuntq; hi duo vel plures, si post omnium interrogationẽ promissor respondeat Vestrum dare singulis spõdeo. l. eandem rem. & ibi Bart. ff.eod.

§ *Duo plureſue Rei, ſeu Correi, ſingulatim pro totius præſtatione experiuntur ac principaliter.* §. duo pluréſue. hîc.

Differunt

Differũt tamen. *Fideiussores non priùs conueniuntur, nisi principali Reo excusso*: Authent. præsente. C. de fideiussor. & mandatorib.

In duobus reis promittendi potest esse imparitas: ita scilicet, vt vnus promittat purè, & alius in diem, vel sub conditione. Et non obstante die vel conditione potest promissum pẽti statim ab illo qui purè promisit. 4

Hæc ergo stipulatio, Spondes quinq; Romę, tacitè continet diem intra quem promissor ire Romam posit. 5

Correi,
- Stipulãdi sunt, si duo stipulentur dari decem, & promissor vtriq; simul & semel respondeat.
- Debendi sunt, duo qui vni de eadem re interroganti simul & semel respondent.
- Quilibet ex reis stipulandi, in solidum agere potest: } sed vna solutio tollit omnes obligationes.
- Quilibet ex reis debendi, in solidũ est obligatus: } sed vna solutio tollit omnes obligationes.
- Hodie quilibet ex reis debendi, in solidum nõ obligatur, nisi expressè actum sit, quo casu adhuc si omnes sint prẽsentes & idonei, quilibet

quilibet est pro sua parte cõueniendus.

Vnus ex reis debẽdi purè, alius sub conditione, } promittere potest, sed omnes

Vnus ex reis debẽdi in vno loco, alius in alio } idem promittere debent.

6 Si stipuler decem dari, precisè decem dare promissor cogitur.

7 Si stipuler domum fieri, promissor liberatur præstando id quod interest. Sed quia illud cum difficultate probatur, vtile est, adijci pœnam, ita: Promittis domũ facere, & nisi feceris promittis mille?

TITVLVS XVIII.

De stipulatione seruorum.

STipulari quia d. est, posse nosmetipsos nobisipsis: consequenter Imper. hoc tit. prosequitur tractare quomodo & qualiter nobis aliquid stipulatur per alios. Nam stipulatio non solùm per nosmetipsos, sed etiam per seruos & alios nostro nomine, & ex persona domini, rectè fieri poterit, vt in princ. huius tit. Vtcunq; autẽ stipuletur domino acquirit.

Et quam-

Et quamuis quidam hîc nolint nouam ſtipulationis diuiſionem conſtitui, dictitantes hunc titulum ſimul cum precedenti, ad ſubiectum ſeu cauſam materialem referri debere, nos tamen vtcunque obuiemus hanc annectimus. 1

Stipulationum
- *Alia fit ab illis, qui ſunt ſui iuris.*
- *Alia ab ijs, qui ſunt in aliorum poteſtate.*

Rurſus ſeruus ſtipulari poteſt
- Domino, ſed illum non obligare.
- Ante aditam hæreditatem, & hæreditati acquirit, & per conſequens hæredi futuro.
- Pluribus dominis pro domonica parte acquirit, niſi
  - Vni nominatim, alicuius domini iuſſu ſtipulentur.
  - Aut res, quam ſtipulatur, alterius domini ſit.
- Seruus cùm ſtipulatur factum, ſibi tantùm acquirit, puta ſi ſtipuletur, licere ire per fundum.
- Filius patri acquirit, vt ſeruo domino ſuo, ſi viuat, ſibi vel cõſeruo ſuo. & ſi mortuus ſit, tũc ante ad-

ditiã hereditaté seruus acquirat heredi tatiiacenti, quæ repræsentat personam defuncti. & sic ex consequenti futuro hæredi. quia additio hæreditatis retro trahitur ad tẽpus mortis defuncti cuius fuit hæreditas. vt l. hæres quandoq; ff. de acq. hæred. Seruus deniq; communis vtriq; domino acquirit.

2 *Hæreditas iacens dicitur, quando aliquis adijt hæreditatem, & postea moritur, & hæredes sui nondum hæreditatem adierunt.*

3 Et quia apud Christianos seruitus sit abolita, in huius tit. enarratione non est diutius immorandum.

TITVLVS XIX.

De diuisione stipulationum.

QValiter fiant stipulationes vbi d. sit: nunc dicendum qui differant existimauit Imperator Iustinianus.

Iudiciales, quæ à iudicis officio proficiscuntur & dependent, & ab alijs partibus Iuris: vt cautio de dolo non adhibendo, de persequendo fugitiuo seruo, de restituendo precio,

precio, vel seruo. §. j. hîc. Bart. & Iaſ. l. 5. ff. de verb. oblig. vid. ſup. §. conſtat. de iur. nat. gent. & ciuil.

Et quidem ſtipulationum aliæ ſunt

Prætoriæ, quæ à prætoris officio mero proficiſcuntur, id eſt ſolius prætoris iuriſdictioni relinquuntur, & non cuiuis iudici exequendæ, eiuſque iuſſu expediuntur, non à lege Iuriſconſultorum & Imperatorum. vt cautiones, de Damno infecto, Legatorũ ſoluendorum, De ædilitio edicto: de vitioſa re vendita redhibenda & reſtituẽdo precio. d. §. & d. l. 5. Alc. lib. 1. cap. 1. paradox.

Conuentionales, quæ fiunt ex conuentione vtriuſq; partis. j. partium inter ſe cõtrahentium conſenſu: ex quo accipere ſolent vel legem, vel vim. & harum tot ſunt penè genera, quot ſunt contractus. j. quot ſunt genera rerum contrahẽdarũ. j. infinitæ penè. d. §. j. & l. in conuentionalibus. ff. de verbor. oblig.

Communes, quæ interdum ſunt prætoriæ, interdum iudiciales: vel quæ tam ex prætorio quàm ciuili iure proficiſcuntur. j. quæ à Prætore, vel Iudice proficiſcuntur, vt cautio Rem pupilli ſaluam fore, Rem ratam haberi j. de rato ſtipulatio duplæ. j. ſi res vendita euincatur duplum præſtabitur. §. fin. hîc. & d. l. 5. verſ. communes. & ibi Iaſ. ff. de verb. oblig.

1 *Cautio de dolo*, quam præstat creditor in restitutione pignoris est iudicialis. vt l. creditor. ff. de pig. act. Si etiam tu abstulisti seruum meum dolo aut metu: & seruus iste fugiat à te, debes mihi præstare cautionem de persequendo seruo, & restituendo si inueniatur, vel soluendo precium si non inueniatur. quæ quidem cautio est iudicialis. vt l. si cùm ex. §. quod si homo. ff. quod met. caus.

2 *Aedilitiæ stipulationes sunt*, illæ quę præstantur de hoc, quòd animalia non sint vitiosa. l. itaq;. ff. de ædilitio edict. & sunt pretoriæ, quia Aediles erant ex prætoribus. vt supr. de iure nat. gent. & ciuil. §. proponebatur.

Stipulatio dupliciter est cõmunis, quia

- *Interdum interponitur coram prætorem, seu introducta est à prætore, videlicet quãdo cauetur de vitio vel*
  - *animalis.*
  - *serui.*
- *Interdũ coram iudice: vel introducta est à iureconsultis, vt quando cauetur de vitijs*
  - *aliarum rerum* — vt l. iurisconsultus. §. emptori. ff. de euict.

3 *Cautio Rem pupilli saluam fore*, dicitur com-

communis: quia interdum est prætoria, vt si pupillus habeat tutorem qui non satisdedit, id est cautionem pro administratione posuerit: aditur prætor, vt tutor sufficiēter caueat rem pupilli saluam fore. Sed si pupillus non habeat tutorem, tunc aditur iudex, vt det sibi tutorem. Et per consequens, vt ille tutor caueat rem pupilli saluam fore. et tunc illa stipulatio dicitur iudicialis. vel quādo tutor cauet contutori suo. vt l. iij. ff. de administr. tut.

Stipulatio Rem ratam haberi sic est communis, quia quando interponitur à procuratore actoris, tunc dicitur prætoria. vt l. non solùm. §. qui alieno. ff. de procuratoribus. Sed quando interponitur à procuratore rei, tunc dicitur iudicialis. vt ff. de procuratoribus. l. Pomponius. §. sed etsi is. Nam quum dubitatur de mandato procuratoris, tūc debet cauere rem ratam haberi à domino suo. ut C. de procuratoribus. l. j. nam in hoc casu sine satisdatione experiri non potest. vt inf. de satisd. §. penult. 4

TITVLVS

TITVLVS XX.

De Inutilibus ſtipulationibus.

Ifferẽtia iam ſtipulationis habita, ſequitur vt declaretur iuſto nexu, quænam ſtipulationes ſint in vſu. Nam vt nemo dubitat:

Stipulationum aliæ ſunt

Vtiles: quæ per idoneas perſonas, de re apta vel licita, iuxta legum ciuilium diſpoſitionem, interueniente partium conſenſu, facta eſt. De ſtipulatione qua hactenus Iuſtin. Imp. diſſeruit.

Inutiles: quæ contra iuris Ciuilis regulas, ab inhabilibus perſonis, ſuper re minùs conueniente, & ſine conſenſu contrahentium inita eſt.

Quò ad cauſam efficientem: vt ſi conſenſus circa rem inter contrahentes, ſine aliquo errore, vel dolo deficiat. §. ſi de alia re. hîc. & l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. ff. de verb. oblig.

Quò ad cauſam impulſiuam: vt cùm conditio impoſſibilis ſtipulationi adijcitur. vbi autem ſup. tit. de verb. oblig. Impoſſibilium

sibilium conditionum 4. species esse dicit: textus autem in §. si s. impossibili. hîc, eam saltem, quæ natura impossibilis est, stipulationem vitiare dicat: dubio esse poterat, an etiã in alijs conditionum speciebus locum haberet. Et eum, in ea quoq; cõditione procedere, quæ de iure impossibilis est, quámue leges & boni mores impleri vetant, extra controuersiam est, vt per Dd. l. impossibilis. ff. de verb. oblig. Idem etiam dicendũ putant de ea conditione, quæ ipso facto est impossibilis, modò ne sub impossibili eam conditionem comprehẽdamus, quę difficilis veriùs, quã impossibilis diceretur. l. continuus. §. illud. & §. cùm quis. ff. iam d. tit. Sed an etiam in eo impossibili procedat §. noster, quod propter perplexitatem accidit, non satis constat: velut, si quid Titio promittam, si Mæuio non dedero. Et idem Mæuio promittam, si Titio non dedero. Zas. d. l. impossib. & l. si Titius. num. 2. ff. de verb. oblig. putat vtilem esse stipulationem. per d. l. si Titius. vbi IC. huiusmodi perplexitati exitum inuenit.

Quæ inquã inutiles fiunt precipuè sex modis.

Quò ad subiectum: vt si quis fuerit surdus, mutus, infans, furiosus, item ebriosus, luxurio-

luxuriosus, aut immodica ira percitus. §. mutum. cum duob. §§. seqq. hoc tit. & l. j. iuncta ibi glos. ff. de verb. oblig. & glos. in §. fin. super verb. Bacchatur. in Authent. Quibus modis naturales efficiantur legitimi. Prodigus verò, pupillus, maior infante, licet inutiliter promittant alteri, tamen vtiliter sibi stipulari poterunt. §. pupillus. hîc. & l. is cui. ff. eo. Ias. in authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit.

Quò ad obiectum: vt cùm res non existēs in rerum natura, vel extra commercium hominum, vel quæ ipsius stipulatoris propria est, in stipulationem deducatur: vel si super facto alieno stipulatio interposita fuerit §. j. 2. 3. & §. item nemo. hoc tit.

Quò ad causam formalem: vt si fiat non accedēte vtriusq; partis & loquela, & præsentia. Item non præcedente interrogatione & in continenti subsequēte responsione. §. pręterea. & §. item verborum. hoc tit. & d. l. j. §. j.

Quò ad causam finalem: vt cùm id quod dari, fierive oportet, non interest stipulatoris. §. alteri hîc, & l. stipulatio ista. §. alteri. l. qui insulam. & ibi glos. l. si ita stipulatus fuero. §. possum. & l. 3. ff. de verborum obligat. de quibus singulis sequens

quens Schema exemplis notificat.

Rei, quę in rerum natura non eſt, neque eſſe poſsit. ſecus ſi ſperetur eſſe.

Rei cuius commercium nō habemus, vt res ſacra, vel religioſa, publica: vel liber homo. ſiue ante ſiue poſt ſtipulationem res fiat, vel ſacra, vel publica.

Si promiſerim Titium daturum decem. ſecus ſi promiſerim me curaturum, vt det.

Si ei quem in poteſtate habemus, ſtipulemur.

Si mihi aut Titio ſtipuler. Nam Seio obligatio non eſt quæſita, licet illi ſolui poſsit.

Si mihi & Titio ſtipuler decem, nihil Titio, mihi tantum decem debentur.

Si ſtipuler filio meo, nam mihi tantum acquiro.

Si filius ſibi ſtipuletur, nam patri tantum acquirit.

Si ſtipulatori aliter reſpondeat quàm ipſe interrogauit.

Si filius à patre ſtipuletur, vel pater à filio, aut dominus à ſeruo, vel ſeruus à domino.

Si mutus
Si ſurdus omnino } ſtipularetur, vel
Si furioſus } promitteret.

Si in-

Si infans, etiam tutoris autoritate interueniente.

Si pupill' sine tutoris autoritate promittat, secus si stipuletur.

Si impubes existens in potestate promitteret.

Si sub conditione impossibili stipuler, puta, si cœlum tetigero, secus si dicam, si cœlum non tetigero.

Non valet stipulatio

Si inter absentes facta est stipulatio. creditur tamen instrumento dicenti eos fuisse præsentes, nisi contrarium probetur. olim non valebat stipulatio, hodie valet.

Si post stipulatoris vel promissoris nortem stipuletur.

Si stipuler hodie decem dari, si nauis ex Asia venerit. antiquo iure non valet stipulatio, hodie tamen valet.

Si stipuler rem meam, cùm desierit esse mea.

Si stipulator de vna re, promissor de alia intelligat.

Si ex turpi causa aliquid promitteret.

Si stipuler cùm moriar, vel cùm moritur promissor vel tertius, & olim & hodie valet stipulatio.

Ex instrumẽto continẽte promissionẽ, præsumit interrogatio præcessisse.

Si de

Si de plurib. fiat interrogatio, respõsio simplex de omnibus intelligitur, & si respõdeatur de aliquibus tãtùm, in illis responsis valet stipulatio.

Alteri non stipulamur, nisi addamus pœnam, ita, Promittis Titio decem, & nisi dederis promittis mihi domum? quo casu si decẽ non des, petã domum.

Valet tamen stipulatio, si stipuler ei dari, cui vt detur mea interest.

Qui alium aliquid facturũ promittit, non est obligatus, nisi pœnam promisit.

Stipulatore vel promissore ante stipul. conditionem mortuo, ad hærẽdes transit obligatio.

Qui promittit certo tempore, non potest conueniri antequam totũ tempus sit elapsum.

Qui purè promittit, conueniri non potest, nisi totum spacium præterierit, quo traditio fieri potest.

TITVLVS XXI.

De fideiussoribus.

OBiter Imp. differit de fideiussoribus hoc tit. antequam ad alias obligationũ species trãseat: quia fideiusio per stipulationem, id est verborum obligationem contrahitur. l. stipulationum. §. penult. ff. de verb. oblig. & l. blandit⁹. C. hoc tit.

I *Fideiussores* larga significatione, *omnes ij dicuntur, qui alterius obligationem suscipiunt, & fide sua esse iubent.*

Expromissores vel appromissores dicuntur ij propriè, qui pro alio promittunt, qui tamen ipsi efficaciter obligati non sunt. l. si quis accepto. ff. de cõdict. caus. dat. &c. l. qui libertinus. §. vlt. ff. de oper. libert.

Sponsores ij appellantur, qui non rogati, sed voluntariè, & sua sponte pro alio promittunt, vel intercedunt.

Horũq; genus est quin tuplex. & nã sunt alij

Mandatores, quorum mandatu contrahitur: vel qui mandant alicui credi, aut cum aliquo contrahi, atq; ita fide sua iubẽt esse, vt se soluturum constituãt. l. si verò. §. post creditam. ff. mandat.

Consti-

Constitutores vocãtur, qui pro alio se soluturum constituunt, quod ipsi antè debebant: & id vel nudo tantum pacto, vel per epistolam fieri potest. l. quidam. ff. de constit. pecun.

Fideiussores autem speciales ij propriè dicuntur, qui rogati, solenni stipulatione interueniente, fidem suam ad maiorem creditoris securitatem, ita pro alio interponunt, vt principalis debitor nihilominus maneat obligatus. gloss. in Authent. de fideiussorib. & mandat. collat. super verb. fideiussorẽm. & de Cast. in rubr. ff. eod.

Fieri potest regulariter à quolibet qui & obligari possint. idq; in omni obligatione, siue,

- Re
- Verbis
- Literis
- Consensu

} fiat obligatio principaliter vel accessoriè. §. j. hoc rie.

Sit ciuilis tantùm.

Naturalis tantùm, vt cùm pro seruo vel pupillo sine tutoris authoritate obligato fideiubetur.

- Ante
- Post

} fideiubeatur.

Et se, } fideiubendo ob
Et hæredem suum } ligat.

Et si in instrumento scriptum sit il-

lum fideiusſiſſe, omnia videntur ſolenniter acta.

Fideiusſio

Et ſi plures ſint fideiuſſores, in ſolidum quilibet tenetur, ſed tẽpore litis conteſtatę poſsunt petere, vt inter eos, qui ſoluendo ſunt, diuidatur æqualiter obligatio.

Et ſi vnus fideiuſſor totũ ſoluit, ab alijs, qui ſoluendo erunt, repetit pro portionibus.

Quod fideiuſſor ſoluit pro ſua parte, à reo principali debitore recuperat.

Hic fideiuſſor nõ poteſt in plꝰ quàm reus obligari, ſed in minus ſecus.

Non poteſt fieri per

Mulieres, ob improuidẽtiam, & ſexus fragilitatem imbecillitatemq;. l. j. §. verba. ff. ad SC. Velleian. & l. qui ſatiſdare. hîc.

Milites: ne ſcilicet armorum vſu omiſſo priuatis negocijs occupentur. l. milites. C. locati.

Pupillos & minores, ſine authoritate tutorum aut curatorum. Niſi tamẽ hę perſonę omnes in rem ſuam, veluti pro ſuo procuratore, fideiuberent. l. de die. §. j. ff. qui ſatiſd. cogant.

Seruos, extra rẽ peculiarem fideiubentes. l. ſeruus. & d. l. qui

ſatiſda-

satisdare cog. ff. de fideiuss.
Prodigos, Furiosos.
Clericos & Monachos. &c.

TITVLVS XXII.

De literarum obligationibus.

IVstin. tit. hoc agit de 3. specie obligationum. s. de literarum obligationibus, à causa potentiore sic denominatis. quandoquidem non figura literarum, sed oratione, quàm literæ exprimunt, obligamur: quatenus placuit, non minus valere quod scriptura, quàm quod vocibus lingua figuratis significaretur. l. non figura. ff. de act. & oblig.

Literarum verò obligatio est contractus nominatus, in quo debitor in chirographo, spe futuræ numerationis à se dato, confitetur se ex causa mutui certam pecuniæ summam accepisse, cùm tamen in rei veritate nihil acceperit. Ea tamen obligatio intra biennium per exceptionem non numeratæ pecuniæ eliditur, quæ onus probandi in creditorem transfert, vt. s. doceat pecuniam, cuius chirographum meminit, reuera nu-

meratam esse. Cæterùm si biennium iam effluxerit, præsumit lex pro creditore postea agente, onusque probandi in debitorem reijcit. quia verisimile non est, debitorem tam negligentem fuisse, vt intra biennium continuum pecuniam non exigeret, aut certè chirographum à sedatum reposceret. l. in contractibus. C. de non numer. pecu. & hoc tit. in fin.

Literarũ obligatio autẽ cõtra hitur scriptura vel { Publica / Priuata } Quoties quis rem quæ vsu consumitur, quam non recepit, se debere vel debiturum scribit, intra biennium tamen possit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. alij autem diuidunt sic: Vna ex mutui confessione in chirographo facta oritur, & de ea propriè loquitur textus hîc. Altera verò prouenit ex confessione dotis, spe futuræ numerationis in scriptis facta.

Et tunc, *si intra biennium matrimonium siue morte, siue diuortio soluatur*, tam ipsi marito de dote nõ numerata queri licet, quàm eius insuper hæredi intra alterum annum.

annum. *Si verò matrimonium vltra biennium vsq; ad x. annum extendatur*, maritus eiusq; hæres intra tres mẽses querelã habent. *Si autem decennium decurrat*, tunc neque marito, neq; hæredibus eius querelæ mouendæ potestas erit, in vniuersum mulieri hoc tempore suffecturo. *Sin verò minor annis maritus sit*, neq; conqueratur, tantum illi temporis ad restitutionem attribuitur, neà tempore contracti matrimonij xij. annorum spacium excedat. &c. authent. quod locum. C. de dote cauta non numerata. authent. si minor. C. de temporib. in integr. restit. & Authent. de temp. nõ solutæ pec. super dot. &c. coll. 7.

Literarum aliæ
- *Constitutoriæ*, quæ testantur debitum esse contractum: & ad creditorem referuntur.
- *Remissoriæ*, quæ ostendunt debitum esse solutum: & ad debitorem referuntur.
- *Receptoriæ*, quæ de receptis intelliguntur.
- *Solutoriæ*, quæ item de solutis. l. fin. §. Titius. ff. de condict. indeb.

Contractus (qui est causa formalis) pro substantia, requiruntur necessariò:
- Cõsensio in literis.
- Solẽnitas scripturę
- Pecunia nondum soluta. hîc.

TITVLVS XXIII.

De obligationibus ex consensu.

Vartam subsequenter Imperator Iustinianus præbet hîc obligationum speciem, quæ est contractus, qui solo consensu fieri dicitur.

Consensu fiunt contractus, quorum 4. sunt præcipue:

- *Emptio & venditio*, quæ sunt correlatiua: ideo quicquid in vno positum est, in altero quoque statutum esse videtur. l. fin. C. de indicta viduitate tollend. & quia correlatiuorum eadem est disciplina, ideo quæ de emptione hîc dicuntur eadem de venditione intelligi debent.
- *Locatio & conductio.*
- *Societas.*
- *Mandatũ.*

Quia in his contractibus ex solo consensu sine rerum traditione oritur obligatio. Et ideo inter absentes quoque fiunt.

1 Præterea *consensu contractus fieri dicuntur*, quia in his solus consensus obligationem & actionem parit, licet res nondum sit tradita, aut nullum precium persolutum, & in ijs non est locus pœnitentiæ. §. j. hoc tit. & l. ab emptione. ff. de pact. l. sicut. C. de act. & oblig. Ideoq; ob frequẽtiam, &

tiam,& necessarium vsum horum contractuum à legibus introductum est: secũdum Ioan. Fabr. hîc. Quod tamen in alijs contractibus non obtinet, in quibus aut interuẽtum rei, aut præsentiam contrahentium, & solennia verba, aut scripturam accedere necesse est, de quib. in præced. tit. d. est.

TITVLVS XXIIII.

De emptione & venditione.

PRimum contractum, qui consensu contrahitur hoc tit. habemus: nimirum emptionem & venditionem. qui sunt contractus nominati bonæ fidei, nõ ficto, sed vero consensu initi, in quo emptor venditori ad dãdum iustum & certum precium, in pecunia numerata obligatur, & vicissim vẽditor ipsi emptori ad tradendam mercem non vitiosam tenetur. §. j. & 2. hoc tit.

Sine scriptis: nempe cùm partes inter se specialiter contrahunt, nullius scripturæ mentione facta, quæ statim atq; de precio constiterit, perfecta est, adeò vt in ea amplius nõ sit locus pœniten-

tię.l.ab emptione.ff.de pact.& in princ. huius tit.

Solo consensu, quando de rei precio est conuentũ, siue arrha data, siue non data: siue precium numeratum sit, siue non sit numeratum.

¶ In scriptis,cùm in ea expresè de scriptura conficienda cauetur, qua nondũ absoluta non valet, sed simpliciter locum habet pœnitentia.§.j.hîc & l.contractus.C.de fid.instrument.j.antequã perfecta sit scriptura,à vẽditione contrahentes recedere possint. Sed si sit emptor qui recedit,perdit arrhas quas dedit.Si sit venditor qui recedit,restituit arrhas,quas accepit & tantundem.

Vẽditio vel emptio,vel fo

Purè
Sub conditione,
In diem.
} idq; cõsensu,precio, quod certum esse & in numerata pecunia cõsistere debet, merce non vitiosa.§.1.& §. precium.§.item precium.hoc tit.

Rei venditę periculum, etiam ante rem traditam ad emptorem pertinet, nisi venditor rei custodiam vsq; dum traderet,susceperit.vt emptione perfecta, regulariter ad emptorem periculum & commodum rei venditę pertinet etiam ante mercis traditionem factam.§.cùm autem.hoc tit.& l.necessario.ff.

rio. ff. de peric. & commod. rei vendit. l. j. C. eod. Fallit tamen in venditionibus quæ in scriptis celebrantur. l. cùm inter. C. de peric. In merce, quæ in gustatione consistit. Et, vt paulò antè d. est, si venditor in se periculum & casum recipiat.

Hinc Reg. venditione purè facta sine scriptis, certę speciei, quæ degustationem non exigit: omne periculum spectat ad emptorem (excepto casu publicationis rei venditę) nisi pactum, mora, culpa, vel dolus interuenerit.

Qui emit { Sacram / Religiosam / Publicã } { Si ignorans fecit, non valet vẽditio, / sed ipse emptor agit in id q̃ interest.

TTVLVS XXV.

De locatione & conductione.

SEcundam speciem contractuum, qui consensu perficiuntur, nempe locationem & conductionẽ hic Imp. subnectit.

Locatio est contractus nominatus, bonæ fidei, in quo res siue mobilis, siue immobilis, aut

persona,

persona, pro certa mercede in numerata pecunia, conductori ad certũ aliquod tempus vtenda conceditur, quo elapso res quoque reuertitur ad locatorem, habita interim ratione cuiuscunq; doli, latę & leuis culpæ. §. j. hîc, & l. 2. ff. loc. & conduc. l. legem quidem. & l. præses. C. eod. tit. l. si tibi polienda. ff. de præscript. verb.

Locatio & conductio

Aut est simplex, siue temporalis, quæ nempe fit ad certum tempus, & hæc locationis nomen retinet.

Aut est perpetua, seu ad longum tempus, quæ in aliud nomen trãsit, & à Grecis ἐμφυτεύσις (vulgo melioratio) dicitur.

In hac quidem conductor vtile habet dominium rei conductæ perpetuò: in illa verò tantùm vsum, sine alicuius dominij translatione.

Ad constitutionem verò locationis & conductionis requiruntur hæc:

Consensus partium, nõ solùm quod ad ipsum cõtractum attinet, sed etiam quòad rem locatam & mercedem.

Merces, quæ debet esse certa & probata, & in pecunia numerata. Sed vtrũ ea in pecunia numerata consistere debeat, an verò sufficiat alias res fungibiles loco mercedis dari, inter Dd. conuertitur, pluribus tamen placuit nummos requiri, eo quia Ic. l. j. §. siquis seruum. vers. sed quia. ff. depos. dicat: Nisi pecunia

pecunia interueniat, actionem præscriptis verbis dari. Sciendum ergo ibi pecuniam ſpecies quidem excludere, complecti tamē res, quę pondere, mensura, & numero conſtāt. l. fin. C. de. conſtit. pec. Verius itaq; eſt locationis.

Mercedē conſtitui poſſe vel in

- Nummis, vt fit plerunq;.
- Pecunia, vt ſi quis certū frumenti, aut olei numerum polliceatur loco mercedis. l. ſi olei. C. hîc.
- Partibus, cùm colonus in vicem mercedis, parte fructuum tertiam aut dimidiā fortè promittit, qui colonus partiarius appellatur. Quod tamē genus conuētionis Dd. in contractū innominatum incidere volūt. l. ſi paſcenda. C. de pact. Vveſenbec. in ſuis paratit. tit. loc. & conduc. nu. 6. & 7. Old. claſſ. 4. act. 9.

Scriptura: niſi contrarium ſit introductum conſuetudine & perpetuitas. §. adeò. hîc.

Res certa, quæ non ſit propria ipſius conductoris.

Simul atq; res aliqua, certa mercede conducta eſt, ſit locatio & conductio.

Poſſum

Possum tanti locare quanti æstimabit Titius, & si non æstimet, nullus erit contractus.

Si tibi rem locaui, pro alia re, erit contractus innominatus.

Si rem tibi perpetuò fouendam pro aliqua pēsione dedi, emphytensis erit.

Si dominium rei transferatur, erit emptio.

Rei enim locatæ, non transfertur neque dominium, neque possessio.

Omnia pacta in locatione facta seruari debent, sicut & in emptione, & si quid omissum sit, ex bono & æquo illud suppletur.

Conductor re perempta casu fortuito, vel leuissima culpa, non tenetur, secus si sit in leui, vel lata culpa.

Morte conductoris non finitur locatio, si adhuc tempus locationis non sit elapsum.

2 Et licet contractus emphyteuticus, emptio & venditio sint cognata locationi & conductioni, interq; se conueniant ratione cōsensus, precij, & causę efficiētis:

Quò ad dominij translationem: Nam in emptione & vēditione, tam directum quàm vtile dominium à venditore (si tamē is rei venditæ verus fuerit dominus) in

Differunt tamen emptio & vēd. à locat. & cōd.

nº) in emptoré transfertur: Diuersum verò est in locatione, præsertim simplici, vbi etiam vtile dominium remanet penes locantē. §. 2. hîc & l. ex empto. ff. de act. empt. & l. non solet. ff. locat. &c.

Quòd ad periculū: Nā āte traditionē quoq; rei emptę periculū vniuersalit pertinet ad empt. d. §. cùm aūt. tit. pręced. Secus est in locatione, in qua dę periculo nō tenetur conductor, nisi subsecuta traditione. l. in iudicio. C. de locato & conduc. l. ex conducto. §. j. ff. eod.

Pignoris obligatio. omnes enim res conductoris, in vrbana prædia inuectæ atq; illatæ locatori tum pro mercede, tum pro dāno rei locatæ dato tacitè sunt oppignoratæ. l. 2. 3. & 4. ff. in quib. caus. pig. vel hypot. tac. contrah. *In rusticis verò prædijs fructus, qui ibi nascuntur, tacitè pignori esse domino fundi locati intelliguntur, etiam si id nominatim nō conuenerit.* l. in prędijs rusticis. ff. iam. d. tit. & l. si in lege. ff. locat. & conduct. l. certi iuris. C. eod.

Admittitur ad locationem & conductionem

Si conductor re conducta malè, vel aliter, quàm cōuenit, vtatur, per locatorem expelli potest. l. æde. C. de loc. & conduct.

Conductor debet præstare dolum, latam & leuem culpam. §. qui pro vsu. hîc. & d. l. in iudicio. C. eod.

Emphy-

3 *Emphyteusis*, est contractus nominatus stricti iuris celebratus in scriptis, in quo vtile dominium rei immobilis, aut æquipollentis, transfertur in emphyteutam, à quo, vel ab eius hęredibus, tam masculis quàm fœminis, non potest auferri in perpetuum, annua pęsione aut canone persoluto. l. j. §. vectigales. ff. si ager vectigalis. j. Emphyteuticarius petatur.

4 *Est autem* ἐμφυτεύω, hoc est, insero seu planto, dicta. Primum enim sic cœpit, vt sterilia tantùm concederentur, in meliorem statum plantationibus reddenda. Vnde etiã ius emphyteutę vocabatur melioratio, Græcis ἐμπόνημα dicitur. l. fin. C. de iur. emphyteut. Old. class. 5. de act. Emphyt.

Et hęc est

Priuata, cùm à priuato, habente plenum dominium, transfertur vtile dominium in Emphyteutam laicum. Quæ amittitur, si is intra triennium non soluerit canonem seu pensionẽ annuam. d. §. adeò. hîc. Ias. l. j. nu. 4. C. de iur. emphyt.

Ecclesiastica emphyteusis, cùm œconomi, bona non satis culta, alijs colẽda concedũt, facta in eos translatione vtilis dominij. quæ quidem rursus ab ijs auferuntur, si intra biennium canonem non soluerint. c. potuit. extra de locat.

Quòd

Quòd *si tãta clades emerserit*, quę prorsus eius rei, quæ in Emphyteusin data est, interitum faciat, nõ Emphyteuticario, cui nihil reliquum permansit, sed rei domino, qui, quod fatalitate ingruebat, etiam nullo intercedente contractu, habiturus fuerat, imputabitur. *Sin verò particulare*, vel aliud leue damnũ contigerit, ex quo non ipsa rei substãtia penitus læsa fuerit, Emphyteuticarius suis partibus non dubitabit adscribendum. Nisi aliter inter contrahentes cõuenerit. Tunc enim *periculũ ad eum*, qui illud in se recepit, spectat, siue vniuersa res, siue ex parte tantùm perierit. l. j. C. de iur. Emphyt.

TITVLVS XXVI.

De societate.

VStinianus hîc tertiã speciem obligationum quę ex cõsensu oriũtur subsequẽter prosequitur: quę est Societas. vt pote cõtractus iuris gentium nominatus, in quo cõtrahentes bona fide societatem de rebus honestis ineunt, eo animo, vt res operæúe, earumq; rerum lucra & damna inter ipsos communicentur.

Vel *est Societas conuentio duorum, plurium-*

mue,

iumue, honestè contracta, ad vberiorẽ quæstum, & commodiorem vsum. per glos. in rub. hîc.

Societatum alia est,

Societas omnium bonorũ, in qua cùm hoc expressè agitur, veniunt omnia bona communia, siue ex contractibus, siue ex quacunque alia vltima voluntate fuerint acquisita, etiam sine aliqua traditione, quæ tacitè interuenisse creditur. §. j. hoc. tit. l. 1. & 2. ff. eod.

Societas simplex, in qua veniunt illa tantùm, quæ ex quæstu seu opere personali, vt ex venditione, locatione, aut similibus contractibus acquiruntur. l. coiri. ff. eod.

Societas in vna tantùm re, cuius fines non debet egredi, vt si quis consentiat de emendo equo &c. d. l. societates. 5. ff. hoc. tit.

Societas negociationis, in qua ex ea quæsita æqualiter sunt diuidenda, habita ratione tam lucri quàm damni: nisi aliter sit conuentum. §. j. hoc tit.

Hæc autẽ requirit vt subsistat,

Consensum, qui scriptura, verbis, per nuncium, aut epistolam interponi potest. l. societatem. & l. duo. ff. pro soci.

Rem aut operam in societatem deductam.

Aequalitatem lucri & damni: nisi aliter conuentum sit.

Renunciationem, sine aliqua fraude factam tempestiuam.

Mortem vnius socij naturalẽ, etiam si plu-

Mandatū dissoluitur per

si plures adhuc viuant.
Mortem ciuilem, hoc est maxima & media capitis diminutione.
Publicationem bonorum vnius socij.
Cessionem bonorum vnius socij ob es alienum.
Interitum rei in societatem collatę.
Tēpus finitū negocij: seu per negociationē, in qua coita erat societas, finitū.
Dissensum vtriusque sociorum. vt §. soluitur. hoc tit. & l. verum. §. societas. cum duabus ll. seqq. & l. adeò. ff. eod.

Fit
- De omnibus bonis,
- De negocione aliqua
- De reliqua particulari
- Perpetuò,
- Ad tēpus

Et omnibus his casibus socij tenentur non de casu, sed de culpa lata, vel leui.

Valet pactum, quòd vnus habeat duas partes, alius verò vnam.
- lucri, & damni,

Valet item pactū quòd
- vnus
- alter,

habeat.
- Duas partes lucri, & vnā dāni
- Duas partes dāni, & vnā lucri

Societa ergo vel

Valet item pactũ quòd { Vnus pecuniam det, & tamẽ Alter verò nihil } cómune sit inter eos lucrum.

Valet item pactũ quòd { Vnus solùm damnum patiatur, Omnes verò lucrũ commune habeant.

Quòd si partes tãtùm lucri exprimantur, intelligũtur esse in dáno repetitę.

TITVLVS XXVII.

De Mandato.

QVartus contractus qui cõsensu celebratur hîc ab Imp. adnectitur nimirũ mandatum: quod est contractus iurisgentium nominatus, bonæq; fidei, in quo cõsensu & bona fide, alter negociũ aliquod honestum alteri gerendum vel efficiendum committit: alter verò idem gratis suscipit. l. j. ff. mandati.

Gratia mandantis: vt cùm mando, vt aliquid mea gratia facias.

Gratia mandantis & tua: vt cùm mando tibi aliquid, quod vtriusq; nostrũm vtilitatem respicit.

Gratia aliena: vt cùm mando tibi, vt

Titij

Titij negocia geras.

Gratia aliena & mandantis: vt si mandaui tibi, vt mihi & Titio domum emas.

Gratia tua & aliena: vt si mandaui tibi, vt Titio pecuniam sub vsuris crederes.

Gratia tua: vt si tibi mandaui, vt aliquid tua causa facias, sed hoc mandatum non obligat.

Mandatum de re turpi facienda, non est obligatorium.

Mandans pro ea tantùm summa, quam mandato comprehendit, vel etiam pro minore, sed nō pro maiore obligatur. (test.

Mandatū fit

Mandatū re integra reuocari po-

Mandatum alterutrius morte reuocatur, nisi mandatarius ignoret mandantis mortem.

Liberum est non suscipere mandatum, sed susceptum exequi debet, nisi quàm primùm renuncietur.

Mandatum in diem differri & sub conditione fieri potest.

Mandatum debet esse gratuitum, aliàs si pro mercede suscipiatur, erit locatio. l. 2. & l. quintus Mutius. ff. manda.

Reuocatione mandati, re tamen adhuc integra. §. rectè. in princ. huius tit.

Morte mandantis vel mandatarij: idq; etiam rebus adhuc integris. Si tamen mandatarius post mortem mãdantis, quã ex probabili causa ignorasse præsumitur, mandatum executus fuerit, cõtra iuris stricti regulas, vtilitatis & æquitatis causa receptum est, vt mandati actione aduersus hæredes agere possit. §. rectè. hoc. tit. Cuius ratio est, ne mandatarius ex alieni facti ignorãtia (quæ semper legitimã excusationem, nisi supina sit, meretur) ac gratuito suo officio (quod nocumentum nunquam adferre debet) damnũ sentiat, vel mandantis negocia, cum maximo suorum hæredum dispendio, indefensa & inconfecta remaneant. l. fin. ff. pro suo. & d. l. in commodato. & l. si quis absentis. 5. circ. princ. ff. de act. & oblig.

Mandatum perit

Locatione & conductione, respectu .s. mercedis, quæ officio gratuito contraria est. §. fin. hoc tit. & l. j. §. vltimo ff. eod.

TITVLVS

TITVLVS XXVIII.

De obligationibus, quæ quasi ex contractu nascuntur.

Ommodè de ijs, quæ ex quasi contractibus proficiscuntur, subnectitur tractatio hic, cùm de ijs quę ex cõtractu nascuntur, ad hunc vsq; locum speciatim dixerit Imp. Iust. vti superius tit. xiiij. huius lib. quod omnes obligationes, vel ex cõtractu, vel quasi contractu, vel ex delicto, vel quasi delicto oriri dixerat.

Obligationes ergo ex quasi cõtractu proficisci dicuntur, quæ non ex cõuentione partium, sed ex æquitate vel naturali vel ciuili originem habent, & in quibus non solùm præsentes & sciẽtes, verùm etiam absentes & ignorantes obligantur. l. 2. ff. negoc. gest. quarum in hoc tit. species enumerantur. 1

Negociorum gestio.
- Directa, quæ datur alicui, cuius negociũ sine illius mãdato gestum est.
- Contraria, quę datur ei qui gessit negocium pro eo, quod impendit.

Administratio tutelę.
- Directa, quę dat pupillo finita tutela cõtra tutorẽ, de eo quod administrauit
- Contraria, quę datur tutori contra pupillũ de eo, quod impendit.

Cõmunio rerum, diuidũdo, quæ dat inter eos, qui rẽ aliquã communẽ sine societate habent, vt res diuidatur, vel impensę in rem factę pro parte restituantur.

Sex
- Actio familiæ erciscundæ, quæ datur inter hæredes, vt hæreditas diuidatur, vel id quod in hæreditate factum est, restituatur.
- Aditio hæreditatis ex testamento: rei vindicatione: hypothecaria actione. quæ legatario pro legato consequẽdo contra hæredem dantur.
- Solutio indebiti: seu cõdictio indebiti, quæ datur ad repetendum illud, quod per errorẽ indebitè solutum est. hoc tamen indebitum non repetitur si solutum sit
  - *Scienter:*
  - *Ob sententiam:*
  - *Ob transactionem:*
  - *Ob iuramentum;*
  - *Ob causam, quæ in ficiatione cessit.*
  - *Ob piam causam.*

2 *Negociorum gestio est, quasi contractus bonæ fidei, in quo quis sine alterius mandato alienã ne-*

ena negocia gerit & exequitur, ad quam requiruntur

Quinque

- Vt persona, cuius negocia geruntur, sui iuris sit: nam si pupillus est, non tenetur negotiorũ gestori pro eo, quod eius nomine vtiliter gessit in solidũ, sed quatenus locupletior inde factus videtur. l. si pupilli. in princ. & ibi gloss ff. de negoc. gest.
- Vt negocium quod gestum est, sit alienum.
- Vt negocia sint viuentis.
- Vt quis sponte sua negocia suscipiat.
- Vt nesciat sua negocia geri dominus. Nam si sciat, & taceat absens vel præsens, oritur obligatio taciti mandati.

Administratio tutelæ est quasi contractus bonæ fidei, in quo quis tutor legitimè constitutus, obligatur ad personam pupilli, eiusq; res, rectè ac fideliter gerendas administrandasq;, habita ratione doli, latæ leuisq; culpæ. §. tutores. hoc tit. nostro, & l. si quis absentis. 5. § tutelæ ff. de act. & obligat. 2

Communio rerum est contractus bonæ fidei, in quo res singulares communes, æqualiter inter socios & alios consortes veniunt diuidendæ §. item si inter hæc. 4

Actio familiæ erciscundæ, est quasi contractus bonæ fidei, in quo hæredes inuicem obligantur de rebus vniuersalibus inter se legitimè diuidendis. 5

Aditio hæreditatis, est quasi contractus. in quo hæres adiens hæreditatem obligatur legatarijs, ad præstanda legata, quæ à testatore sunt relicta. 6

Solutio indebiti, est quasi contractus, quo indebitè solutum accipiens, ad illud reddendum obligatur. 7

TITVLVS XXIX.

Per quas personas nobis obligatio acquiritur.

Odis quibus obligationes nascuntur huc vsq;, & nobis per nosmetipsos acquirantur, dictum est: quoniam verò & per alias personas eas acquirere possim', quęnam eæ sint hîc Imp. demonstrat.

1 *Personæ, per quas obligationes alijs acquiruntur*, sunt quæ in potestate nostra sunt, veluti serui ac liberi, de quibus obserues sequentia.

2 *Liberi in potestate parentum existentes, quicquid ex re patris per obligationem acquirunt, patri in solidum acquiritur. Quicquid autem ex alia causa obuenit, eius vsusfructus patri quidē debetur, proprietas verò apud eos remanet.* Exceptis ijs, quę ex causa castrēsi vel quasi castrēsi acquirūtur, ex quib' propter plenitudinē iuris ac dominij, quod filijfamilias in ijs habent, ad patrē nihil peruenire potest: Ne quod suis laboribus ac prosperæ fortunæ successu lucrati fuerint, in alium peruenies luctuosum eis procedat. l. cùm oportet. circ. princ. C. de bon.

bòn. quæ lib. &c. & §. igitur. sup. per quas personas cuiq; acquir.

Serui quoq; quicquid acquirunt, id dominis suis cedit. Qui si proprij sunt, ex omnibus causis & in solidum, dominis suis acquirunt. Si verò liberi homines, bona tamẽ fide seruiẽtes, ex duabus tantùm causis, s. ex re domini, & ex operis ijs acquirunt. Idem in vsufructuario & vsuario seruo obtinet. Si verò communes fuerint pro partibus singulis illorũ dominis acquirunt: nisi nominatim vnius vel iussu, vel nomine contrahant, quo casu ei tantummodo in solidum acquirũt. Vel, nisi singulorum dominorũ nomina in contrahendo exprimant. Nam & tunc pro virilibus ijs acquirũt. tot. tit. nostro, & tit. per quas perso. cuiq; acquir. supr. lib. 2. 3

Nobis ergo { *Per nosmetipsos* / *Per liberos quos in potestate habemus, vel ex* / *Per seruos: qui omnia nobis acquirunt.* / *Per eos, quos bona fide possidemus. Hi non acquirunt nobis, nisi ex re nostra, vel operis suis.* } *Aduẽtitio peculioquò ad vsumfructum tantùm,* / *Profectitio, quò ad vsumfructũ & proprietatem.* / *Castrensi, quò ad nihil.* } *acquiritur.*

TITVLVS

TITVLVS XXX.

Quibus modis tollitur obligatio.

Bi Iustin. Imp. dixerit quod sat sit de constituēdis obligationib⁹ tā ex contractu, quàm ex quasi contractu descendentibus, quantum præsens Methodi ratio postulet, finaliter dicit hoc tit. de earundem resolutione multiplici, vt inf. patet diuisione præcipuè secunda.

Obligationes dissoluũtur.

- *Ope exceptionis: quando naturalis obligatio tantùm sublata est, ciuili remanente, ex qua adhuc cõpetit actio, quæ tamen per exceptionem eliditur. Et fit hoc multifariã, videlicet per omnes exceptiones peremptorias Iuris. Ratione*
  - Pacti.
  - Doli vel met⁹
  - Rei iudicatæ.
  - Iurisiurandi.
  - Temporis.
  - Redditionis chirographi.
- *Ipso iure: quando penitus extinguuntur, ita vt nulla nec ciuilis nec naturalis obligationis maneant vestigia, quibus hærere videantur.*

- *Solutione: quæ refertur ad numerationem rei debitæ,*
  - *Siue id quod debetur,*
  - *Siue res alia volente creditore,*
  - *Siue ab ipso debitore,*
  - *Siue ab alio etiam debitore inuito,*
  - *Siue à fideiussore,*

  Soluatur. vt in princ. hic & l. solutione. & l. solere. ff. de solut.

Acceptila-

Acceptilatione, quæ est imaginaria quædam solutio.

- Cùm debitor interrogat, acceptum fers quod debeo, & creditor respondet, acceptum fero.
- Hæc acceptilatio nõ fit nisi de verborum obligatione, seu stipulatione.
- Si obligatio fiat,
  - Re, Literis aut cõsensu
    - facta, de illa acceptilatio fieri nõ potest, nisi illa in verborum oblig. deducatur. Ita, quod mihi debes ex vendito, promittis per stipulationem, & debitor promittit, quidemde ita interrogat: Quod tibi debeo acceptúmne fers, et creditor respondet, acceptum fero.

Nouatione, quæ est prioris debiti in aliã obligationẽ vel ciuilem, vel naturalem transfusio atq; translatio: & qua facta quomodocũq; prima pereat.

- Voluntaria. I. quæ fit extra iudiciũ per stipulationem.
- Necessaria, quæ fit in iudicio per litis contestationem, vel sententiam. l. aliam causam. ff. de nouat.

Hæ tamen

- Hodie non præsumũtur nouationes inductæ, nisi hoc expressè ab agentibꝰ agatur, vt ꝯ. præterea. hoc tit.
- Olim fiebãt, si obligatio ꝯ. aliquid præter primã cõtineret, vel si alia persona promittebat id, quod primò obligatus promiserat.

Idq; fit

Contrario vtriusq; partis cõsensu, quãdo obligatio facta erat cõsensu, vel aliàs etiam contrario dissensu, vt

- Emptio, venditio.
- Locatio, cõductio.
- Societas.
- Mandatum.

†

Sed hæc

† Sed hoc verum est, quando res adhuc est integra, non tradita verò vel ficlè, & precium non solutum sit. Alias, si res tradita fuerit, nuda voluntas contractũ non resoluit, i. obligatio non tollitur: si non actus quoq; priori similis obligationem retrò agens interceßerit: & nisi res ipsa retrò tradatur. l. j. & 2. C. quand. lic. ab. empt. reced. l. cum emptor. ff. de rescind. vend.

Compensatione, quæ est debiti & crediti inter se conotributio. l. i. ff. de compensat.

Confusione, cùm. s. debitor creditoris, vel creditor debitoris hæres efficitur: tunc enim eorum bona confunduntur, & obligationes, quæ inter eos contractæ erant, tolluntur, l. debitori. C. de pact.

Oblatione, Depositione, & Consignatione debitæ pecuniæ. l. obsignatione. C. de solut. & liber. & l. si debitor. ff. eod. Et ea fit vel

- Ante litis contestationem, & sola oblatio ad tollẽdam obligationem sufficit. l. sed et si alia. ff. de constit. pecu.
- Nisi creditor esset absens: nam hoc casu etiã consignatio & depositio interuenire debet. l. statuere. ff. de statu liber.
- Post litem cõtestatam, & tunc hæc d. tria cõiunctim requiruntur Oblat. Depo. & Consi.

Delegatione, id est vice sua alium reum dationem creditori, vel cui iußerit: vel per

- Stipulationem,
- Litis contestationem.

Interitu rei debitæ, sine culpa debitoris. l. si ex. ff. de verb. oblig.

Trãsfusione, cùm debitor deportatur, vel aliud delictũ cõmittit, ob quod omnia bona publicentur. l. si debitori. ff. de fideiuss. & l. si quis in. C. vinde vi. Refer & huc omnes exceptiones litis finitæ, seu perẽptorias facti. &c.

Etsi

Et si autē solutio generaliter pro qualibet liberatione seu actuali quadam satisfactione per debitorem, aut alium eius nomine creditori facta, accipitur. l. liberationis. & l. solutionis verbo. ff. de verb. & rer. sig. l. satisfactio. & l. solutionis. ff. de solutionibus & liberat. hoc tamen loco strictiori significatione accipitur, vt sup. d. est in primo membro subdiuisionis nostræ hoc tit. Saluo tamen semper & vbique saniore iudicio.

FINIS LIBRI TERTII.

GEORGII VIVIENNI ANTVERPIANI I. V. DOCTORIS TABVLAE INSTITVTORIAE, IN LIBRUM QUARTUM INSTITUTIONUM IVR. CIVIL. DIUI IUSTINIANI IMPERATORIS.

TITVLVS PRIMVS.

De obligationibus quæ ex delicto nascuntur.

IMperator Iustin. vbi dixerit sic satis dilucidè à tit. 14. vsque ad fin. lib. 3. Institut. duas priores illas causas, è quibus obligationes nascantur, ex contractu scilicet, vel quasi contractu: item, & quomodo finiantur, scilicet, solutione eius quod debetur, acceptilatione, innouatione, contrario sensu contrahentium: hîc consequenter posteriores duas causas obligationum, nempe ex delictis, & quasi delictis prosequitur. Et quamuis obligationes quæ ex contractu descendunt, nascuntur ex varijs causis, & separatis, scilicet, ex re, verbis, literis, & con-

& consensu. vt sup. de oblig. §. harũ. obligationes tamen omnes quæ ex maleficio descendunt, nascuntur ex vna causa: scilicet ex ipso maleficio. Idq; imprimis quidem Iustin. de oblig. quæ ex delict. nasc. generalem concipit Rubricam: mox tamen de furtis duntaxat differit & constituit, eò quòd nil ferè habuerit generaliter tractãdum de omnibus. quod suprà de oblig. ex consens. factum est.

Obligationes verò ex delicto oriri dicuntur, vbi ex maleficio ad aliquid præstandum obstringimur, id est, quæ non tam ex consensu, quàm ex mero facto, quo alterum vel dolo vel culpa lædimus, oriuntur.

Quæ quia re tantùm consistunt, id est ipso maleficio, vnius tantummodo sunt generis. l. ex maleficio. ff. de oblig. & act. vt furto manifesto.

Et hæ quidẽ sunt { *Publicæ, populariæ extraordinariæque. Quæ ad dissipationem totius Reipubl. vel cõmunis vtilitatis vergũt, vt sunt crimen læsæ Maiestatis, Parricidium, Homicidium, Adulterium, stuprum, falsitas, ambitus, peculatus, vis publica & priuata, &c. quarum rursus aliæ Capitales, aliæ non capitales,* de quib. infr. tit. de public. iudic.

Priuatæ

Priuatæ: Quæ principaliter ad incõmodum vitæ priuatæ tendant, de quibus Iustinian. hisce quatuor prioribus tit. disserit, vt sunt: Furtum, Rapina, Damnũ, Iniuria. In quibus prosequendis agitur vel

Criminaliter, vtpote cùm petatur, vt pœna corporalis reo infligatur, aut multa fisco applicetur.

Ciuiliter, quâdo pœna pecuniaria parti adiudicanda foret.

Et pręter has maleficiorum ſpecies reperiũtur & alię, vt incendium, ruina, naufragium, videlicet 47. lib digeſt. ſed cæteras ad has quatuor referri non ſubtiliter contendunt.

2 *Furtum autem eſt contrectatio rei alienæ, mobilis & corporalis, inuito domino, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel vſus, vel eius poſſeſſionis facta, lege naturali prohibita admittere.* §. j. hoc tit. & l. j. §. fin. ff. de furt. l. probrum. ff. de verb. ſig. l. 3. §. ſi rem apud ff. de acq. poſſeſ. Additur in definitione *Contrectatio*. quum ſola cogitatio furti faciendi ſine reali aut actuali contrectatione non

ne non faciat furtum, coram mundo. vt d. l. j. §. j. licet quidem coram Deo. Vnde si quis furti faciendi causa conclaue ingressus est, si nil tamen contrectauerit, fur non est, nec furti iudicio tenetur: licet tamen extra ordinem puniendus sit. l. penult. de extraord. crimin. fac. etiam l. vulgaris. §. qui furti. de furt.

Contrectare autem dicitur, qui rem mobilem de loco in alium locum mouet. l. 4
possideri. §. si rē apud te. de poss. quod fieri non potest in immobilib. vt d. est sup. §. abolita. de vsucap. nec in rebus incorporalibus, quę nec tradi, nec possideri queant. vt l. seruus §. incorporales. de acq. rer. dom. ita vt in his impropriè furtum fieri diceretur. interim cùm omnis definitio in iure sit periculosa, sic est hæc accipienda, vt generalem quandam descriptionem furti contineat.

Fraudulosa. additur hæc particula, quũ 5
sine dolo non fiat furtum, aut animo furandi improbo.

Lucri faciendi gratia: quia voluntas ac 6
propositum distinguunt maleficia. vt l. qui iniuriæ. hoc tit.

Vel ipsius rei, scilicet alienæ, & quæ cer- 7

tum aliquem habeat dominum: veluti si seruum tuum subtraxerim.

8 *Vel vsus*, vel etiam vsus eius, vt si quod in vnum diem vtendum dederim, diutius teneas. §. præterea. & §. placuit. suprà eod.

9 *Vel eius possessionis*, veluti si quod pignoris aut depositi causa datum est, tanquam dominus possideam.

10 *Lege naturali*: additur id: quia secunda lex naturæ est neminem lædere: sub qua comprehenditur etiam, furtum ne facias vij. lex diuinar. Tabul. & sic Vlp. furtum iure naturali prohibitum esse cõfirmat. l. probrũ. 42. de verb. sig. licet Alciat. velit furtũ nõ naturali, sed ciuili lege prohiberi, lib. 1. dispunct. cap. x. Gell. lib. xi. cap. 18. Cic. 3. in Verr. Anton. August. ibid. attamen dicta lex ostendit euidenter, rerum omnium communionem repugnare cum natura.

11 *Prohibitum est*, etiam per decalogum & Mosaicum præceptum, Furtum non facies.

12 *Admittere*. licet Aegyptijs, vt ibi oculis conspexi, & Lacedęmonijs: non solùm est licitum, verùm etiam laudi datur furtũ admittere, vt mecum testatur & Gellius lib xi. cap. vlt.

Fur-

Furtum est aut

- *Publicum: cùm scilicet quis defraudet ærarium publicum, vel rem sacram, vel religiosam aufert, vel intertipit, in rémue suam vertit, aut prædam ab hoste captam surripit.* § Item lex Iulia peculatus. inf. de pub. iudic. & l. j. ff. ad leg. Iul. peculatus.
- Priuatũ quod vel est
  - *Manifestum: cùm quis adhuc in ipso actu, vel antequam ad locum destinatum perueniat cum re furtiua, vel à domino rei, vel ab alio deprehenditur vel rem furtiuam sit visus tenere siue in publico, siue in priuato loco.*
  - *Non manifestum: cùm quis inscijs alijs, rem furto ablatam in eum transfert locum, in quem se recipere constituit.* l. 3. cũ seq. ff. de furt. §. furtorum. hic. id est, cùm fur, postquam rem pertuleritquò destinarat, deprehenditur.

13 *Conceptum furtum* erat, quando res furtiua præsentibus testibus erat quæsita, & inuenta.

14 *Oblatum furtum* erat, cùm quis rem mihi furtiuam obtulerat, vt apud me reperiretur.

15 *Prohibitum furtum* erat, quãdo rem furtiuam quærere volentem, aliquis prohiberet.

16 *Non prohibitum furtum* erat, cùm quis rem furtiuam apud se inuentam non exhiberet.

Hodie hæc quatuor genera furtorum sunt sublata.

Furtum ergo est,

Si creditor pignore vtatur. l. si ex pignore. hoc tit.

Si depositarius deposito vtatur. l. iumenta. hoc tit. eod.

Si cõmodatarius, ad aliũ vsum, quàm acceperat commodato, contra domini voluntatem vtatur. Valerius. Max. c. ij. in fin. lib. 8.

Si seruum tuum sollicitarim, vt rem tuam surriperet, & ad me perferret.

Si quis eos, quos in potestate habemus, surripiat.

Si debitor rem, quã pignorauit, surripiat. iuxt. l. eum qui emit. §. Papinianus. eod. tit. quia in eo creditorem lædit, ob commodum quo eum spoliat, quod in causa est pignoris.

Si opẽ & consilium furti faciendi dederis, se-

ris, secus si consilium tantùm. sed vid. l. qui seruo. §. j. l. si quis vxori. eod.

Si impubes furtum fecit, & sit proximus pubertati intelligens se delinquere. l. impuberem. hîc.

Furti actio verò
- Domino rei furtiuæ, si eius interfit rem habere.
- Ei cuius interest rem saluam fore.
- Creditori, pro pignore subrepto.
- Fulloni, qui polienda accepit vestimenta.
- Sarcinatori, qui sarcienda accepit vestimenta.
- Cõmodatario, si à domino sciente, cõmodatũ subreptum esse, commodati conueniatur.
- Bonæfidei emptori.
- Deponenti, non autem depositario.

Competit. Vel his nõ existentibus soluẽdo rei domino.

Pro furto
- Non manifesto in duplum
- Manifesto, in quadruplum

vltra ipsam rem furtiuã datur.

Pro re verò furtiua aduersus
- Furem, condictio furtiua: siue rem habeat, siue non habeat
- Quemlibet possessorem rei vendicatio

competere potest.

17 *Actio furtiua* autem pœnam petit: alię verò tres rem ipsam quæ ablata est. Vnde fit, vt neque furti actio per istas, neque istæ per furti actionem consumãtur, quia pœnalis nõ prę iudicat rei persequutorię & è conuerso. §. fin. hoc tit. & l. si pro fure. §. furti actio. ff. de cõdict. furt. Iure tamẽ nouissimo, & recepta Germaniæ cõsuetudine, fures si quinq; aureos fuerint furati, laqueo suspenduntur: Sin minus, scopis & forcipe excoriantur & tunduntur. Quæ quidem pœna etsi grauis videa tur, quòd qui in pecunia tantùm delinquit, in corpore punitur, vitamque pro ære reddere cogitur: tamen omnibus ferè populis placuit & necessaria visa est: vel ob delicti frequentiam, vel quòd animos lattonum habent. §. si quis quinque. tit. de pace tenend. & eius violat. in vsib. feudor. & Constit Caroli V. Imp. artic. 160. cum artic. seqq. in tract. de caus. crimin. Zasius tamen in §. ex maleficijs. nu. 3. inf. de action. prudenter Iudices monet, vt in hac re prudentes sint & circunspecti, ne facilitate vel temeritate sua fures suspẽdentes, in præceptum decalogi, quo nõ occidendum esse præcipitur, cõmittãt. & vid. præter d. Augustibi Vvesenbec. in parattitl. de furt. nu. 15.

Et qui-

Et quidem *actio furti competit ijs*, iuxt. l. cuius interest. de furt. l. vlt. C. eod. quorum interest rem non fuisse surreptam: vel aliquando interfuit, nec dum desijt interesse l. inter omnes. hoc tit. vt si res furto sublata perierit. Sed si desierit omnino interesse, vt nec appareat aliquando interfuisse, furti actio expirat. vt l. si vendidero. §. si Titius. eod. 18

TITVLVS SECVNDVS.

De vi bonorum raptorum.

RApinam tanquam alteram speciem obligationis ex delicto priuato auspicatur Iustin. item quare sit introducta hæc actio, & qualis sit. Quoniam vi aliquid qui rapuerit tenetur intra annũ ad quadruplum, post annum ad simplum, in quadruplo tamen & persequutio pœnæ est. Ita verò tenetur, si dolo malo rapiat. Sed ne prętendere errorem possint, quasi rem suam putarint, prohibitum est ne suam etiam quis rapiat: alioqui amittit dominium, aut si sua non fuerit, vel ad rem, & tantundem restituendum tene-

tur. Raptorē verò non rei dominus tantū, verùm & qui aliquod in illum ius habet conuenire potest.

Differunt { Rapina vi / Furtum clàm } { plerunque fit vnde et discernantur } actione. pœna. { De qua re vide dd. §. ex maleficiis inf. de actionib. & Authent. in fum. C. tit. de vi. bonor. rapt. num. 8.

1 *Rapina nanque est contrectatio fraudulosa rei alienæ mobilis, vi vel dolo malo, ex composito seu studiosè facta.*

2 *Rei mobilis* additur hîc, quū res immobiles soloque hærentes rapi non possint, sicut nec occupari, sed propriè inuadi dicuntur. vt §. sed nedum. inf. eod

3 *Dolo malo.* nam si quis rem alienam rapuerit suam esse putās, errore ductus. §. quia tamen. hoc tit. & sic sit dolus tantū, non tenetur vi bonorum rapt. nec rapina, seu violentia dicitur esse commissa: alia tamen pœna sic rapiens punitur, vt inf. dicetur. nam tantundē restituere cogitur.

4 *Ex composito seu studiosè facta,* adnectitur definitioni, veluti dum armatus accesit. qui enim non inducit in animum, quòd velit res alienas vi rapere, sed furtim & clandestinè subtrahere, furti iudicio obstringitur.

5 *Vi.* hæc particula etiāsi desit in veterib. additam

additâ puto ad differentiam furti, quod clàm fit.

Rapina aut circa personas, aut circa res committitur.

6 Contrectatio itaque fraudulenta personarum propriè Raptus dicitur, de quo in tit. C. de rapt. virg. & extr. de raptoribus incendiarijs &c.

Sed in rebus vi ablatis intelligitur fieri rapina. & de hac hîc.

Raptor qui rapit

Aut rem alienam: & semper fur est. Sed si manifestus sit, tenetur actione furti in quadruplum: Si non manifestus sit, tenetur actione furti in duplum, & præterea tenetur hic raptor vi bonor. rapt. actione in quadruplum: Sed vna actione electa, aliæ pro eo, quod iam solutum est, tolluntur.

Aut rem propriam: & tunc supra scriptis actionibus non tenetur, sed tantùm priuatur dominio rei suæ.

Hæc actio vi bonorum raptorum

Intra annum in quadruplum

Post annum in duplum.

datur. & iis quidem, quorum interest res raptas non fuisse. l. ii. §. & generaliter. & §. in hac. ff. eod.

7 Postremò sciendum est eum, qui actione furti agere potest, & vi bonor. rapt. actione experiri posse. & quòd si *ex bonis res sit*, quòd hæc actio locum habebit.

Et

8 Et dicitur *res ex bonis alicuius esse*, in quã nonnihil iuris quis habeat, quæque ad eius custodiam, & periculum spectat: sic vt interfit ipsius, eam sibi non auferri. *In bonis verò alicuius esse*, quando pro ea possessa habet exceptionem, & pro ea amissa actionem. l. rem in bonis. de acquirer. dom. nec refert siue dominum rei habeat, siue bona fide possideat. l. bonorum. §. in bonis. ff. de verb. signi.

9 *Raptor* autem propriè, qui vi res alienas rapit, aufert. Alciat. estque improbior fure quamuis manifesto, licet leuius puniatur. nam raptor omnimodo furtum facit, vnde & manifestus fur existimandus sit, & furti actione teneatur. l. si vendidero. §. cùm raptor ff. de furt. *Raptum*, nomen substantiuum, dicitur res rapta. *Raptus* denique violentum stuprum est, non in virginem tantùm, sed & viduam, & sanctimonialem. Iouinian. Imp. C. de Epis. & Cleric. Si quis, inquit, non dicam rapere, sed attentare tantùm iungendi causa matrimonij, sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur. An autem super raptu eiusmodi transigere liceat, à Bart. & cæteris petendum.

TITVLVS

TITVLVS TERTIVS.

De lege Aquilia.

DAmni tractatũ hîc Imp. adhibet, ex lege Aquilia puniendi, tanquam tertiam delicti priuati ſpeciem ex obligatione, mentionatam in §. j. tit. j. lib. 4.

Tria legis Aquiliæ erant capitula.

Primum cauebat de illis, qui hominẽ pecudémue alienam iniuria occidiſſet, vt in tantum damnaretur, quãtum de anno plurimi fuiſſet. habet hoc capit. ſuas interpretationes adnexas. Quæ ſint pecudes, quid iniuria occidere, quãti eo anno plurimi fuerit, tum quę ex interpretatione huius capituli ſumi poſſent.

Deinde de omni cętero damno cauebatur, vt ſi quis ſeruum, pecudéq; vulneraſſet, ſi quid vſiſet, rupiſſet, fregiſſet: hoc tantùm capite in tantum modo obligatur, quantum res proximis 30. diebus fuerit. & ſecũdum caput huius l. in deſuetudinem abijt.

Reliquũ docet quãdo vtiliter agere quis poſsit. Certè lex Aquilia plebiſcitum eſt: cùm eam Aquilius Tribunus plebis à plebe rogauerit, teſte Vlp. l. j. ad leg. Aquil.

Damnum

1 *Damnum ergo est maleficiũ, quo quis dolo, culpa, vel iniuria seruum aut quadrupedem alterius, quæ numero pecudum continetur, i. quæ gregatim pascitur, occiderit, aut alioquin res alienas vulnerauerit, fregerit, ruperit, vel vsserit.* §. capite tertio. hoc tit.

2 *Iniuriam* autem hîc nos accipere oportet, non quemadmodum circa iniuriarũ Actionem, contumeliam quandam, sed pro damno culpa dato, etiã ab eo qui nocere noluit: vt si quis canem aut aduersarium saxo petens alium prætereuntẽ læserit: cùm imperitia medicus, aut obstetrix, vel ignorãtia quis hominem interficit. l. sed & si quemcunque. §. qui cùm aliter. l. idem iuris. l. item. si obstetrix. & l. si putator. ff. hoc tit.. Nam si quis dolo malo hominem occidat, non modò ciuiliter lege Aquilia, verùmetiam criminali legis Corneliæ iudicio tenetur. l. inde Neratius. §. si dolo. ff. eod.

Damnum verò iniuria datũ

Quoddam infertur hominibus, & animalibus, quæ inter pecudes recensentur. & id mortẽ complectitur: & primum caput legis Aquil.

Quoddam verò alijs brutis animãtibus non comprehensis sub pecudibus, item rebus inanimatis accidere solet: & læsionem, aut corruptionẽ tantùm com-

complectitur, tertiumque caput legis Aquiliæ. §. j. & §. capite tertio. hoc tit.

3 *Damnum*, quod inde nomen habet, quasi fit ad ēptio vel diminutio patrimonij. l. 3. de dam. infect. djuiditur in Iniuriã, quæ est damnum per culpam datum. vt inf. tit. de iniur. l. j. si quadrup. paup. fecisse dic. & Pauperiem, quæ est damnum sine iniuria facientis datum.

4 *Iniuriam*, ergo prēter damnũ cõmittere dicitur inter occidendum, qui nullo iure occidat. hinc monuit Iureconsl. l. sed & si. ff. ad leg. Aquil. quòd im eo tit. iniuriam nos accipere oporteat, non vt circa iniuriarum actionem, contumeliam quandã: sed quod non inre factũ est, hoc est si contra ius, & culpa quis occiderit. Et ideo interdum concurrit actio legis Aquiliæ, & iniuriarum: sed duæ erunt æstimationes, alia damni, alia contumeliæ. igitur iniuriam meritò hîc accipiemus damnũ culpa datum etiã ab eo, qui nocere noluit.

Dicitur vel { Legis Aquiliæ actio ab ipsius Aquilij nomine, qui illam introduxit. Damni iniuria actio, quia non cõpetit nisi damnũ detur cum iniuria. Hîc itē iniuria pro culpa lata, leui, leuissima, quę nõ in negligēdo sed in faciendo consistit.

Non com-

actio legis Aquiliæ

Non competit.

Si is, qui damnum dedit, aliquod lucrum est consequutus, sed ipse alia actione obligatur.

Si vel casu fortuito, vel ob aliquam causam Sempronius occidatur.

Competit in eum,

Qui transeuntem telo occidit, dum se alibi quàm in loco consueto exerceret. vt §. iniuria. hîc.

Qui ex arbore deiecto ramo transeuntem per viam publicam occidit, si non proclamabat, quo casus euitaretur. §. item si putator.

Qui serui, quem secuerat, curationem reliquit, & ita sit mortuus.

Qui aliquem malè curauit, ob idque est mortuus. vt §. præterea. hîc.

Qui propter impetum, vel imperitiam equos vel mulas retinere non potuit. nam tenetur ex j. cap. legis Aquil. §. impetu. hîc.

Datur

Datur
- Pro corpore occiso,
  - Etsi homo sit, etiam criminaliter lege Cornelia agi potest.
  - Si sit aliud animal, quanti plurimi fuit in eo anno, quo occisum est. & quāti mea interest pro omni damno, quod causa occisi corporis contigit. vid. §. j. hîc.
- Pro omni damno, quod in re aliqua datum est, quanti plurimi res fuit à triginta diebus.

Est
- Directa, cùm quis corpore suo in aliud corpus damnum dedit.
- Vtilis, si quis aliter quàm suo corpore aliquod corpus læsit.
- Quòd si damnum datum est aliter quàm de corpore in corpus, actione in factum agendū est.

Actio directa legis Aquiliæ, quæ datur in eum, qui præcipuè seu immediatè corpore suo, & vt Vlpianus dicit, suis manibus damnum dedit. 5

Actio vtilis, quę aduersus eum conceditur, qui aliquo medio causam dāni præstat. 6

7 *Actio in factū*, quæ tunc datur, si damni dati causa tam remota fuerit, vt quis suo corpore nō videatur nocuisse. Tunc ei quia de tali specie non tractat lex Aquilia, actio in factū datur, quæ ea ratione subsidiaria vocatur, & huius in factū actionis fit mentio l. si seruum meum. in fin. ff. eo. & §. fin. hoc tit. §. ex maleficijs. inf. de act. itaq; hoc casu, si quis hominem vel pecus alienum ita incluserit vt fame necatum sit, hæc actio in factum contra talem competit damnificato. vt l. quemadmodū. §. magistratus. eod. tit.

8 *Actio quidem in factum*, scilicet prætoria, quæ diuersa est ab vtili Aquilia. nam hæc in factum actio fit in subsidiū, deficientibus alijs actionibus: quæ ea ratione subsidiaria dicitur.

Damno cō traria.

Ius naturę, quo dicitur: Quod tibi nō vis fieri alterine feceris: secūdū Caton.

Defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ: Vnde inuadentem se latronem interficiés actione legis Aquiliæ non tenetur. l. scientiam ff. de eod. §. iniuria hîc.

Casus fortuitus, à quo tamen absit culpa & dolus. d. §. iniuria. & l. qui occidit. §. in hac quoque. & l. sed etsi. §. iniuriam. ff. eod.

TITV-

TITVLVS QVARTVS.

De Iniurijs.

OBligationis ex delicto quartã ſpeciem hoc tit. explanat Iuſtin. vtpote Iniuriam: cuius etiam meminit Paul. lib. 5. ſentent. tit. 4. quæ variæ ſignificationis eſt. nam generaliter pro eo accipitur, quod non iure fit, quaſi non iuria, ſiue verbis vt conuicio: ſiue re, vt cùm manu infertur. & ſic velut genus comprehẽdit furtum, rapinam, damnum, adulterium, homicidium, & quicquid tandem non iure fit. Specialiter verò iniuria, aliàs contumelia à contemnendo dicta eſt, ſicut hoc loco, & l. j. hoc tit. & l. 5. ad leg. Aquil. quę maximè committitur verbis, ſcriptis, facto, &c. neq; in eos ſolũ quibus infertur, ſed & illos ad quos ſpectat, vt per filium pater, per vxorem maritus iniuria afficitur. Nam hîc definitur *Iniuria, quando quis dolo malo liberi hominis corpus, dignitatem vel famam lædit:* aliàs autem definitur, eſſe damnum culpa datum, vt in lege Aquilia dicimus damnum iniuria datum: aliàs iniquitatem iniuriam vocitamus: quoniam dum iudex iniquè vel iniuſtè dixerit ſententiam litigatorem in-

iuriam accepisse, id est, passum esse dicimus. l. si per. de euict. Et *iniuriam qui facit*, offendere: & *iniuriam qui propulsat*, defendere dicitur. vid. Salomon. vulgata l. vt vim. nec ineleganter interdum pro molestia sumitur & offensa. Vnde & cœli aërisúe dicimus iniuriam.



Et pro ea agitur vel
- Criminaliter ad æstimationem — Sed vna actione electa alia tollitur. Vtraq; verò extinguitur per pactũ seu transactionẽ satisfactionémue,: dissimulationem: mortẽ iniuriantis: anni lapsum.
- Ciuiliter ad condemnationẽ — Et hoc casu agitur ad interesse quod æstimatur ex qualitate personæ, loci, vulneris, temporis, & facti.

Pœna itaque iniuriarum est, quanti fuerit per iudicem æstimatio, crescit, vel diminuitur, pro cõditione personarum & iniuriæ. Sunt enim aliæ leues, aliæ atroces.

Cõueniunt in hoc
- Damnum: quòd hoc vita vel res alterius læditur, aut periclitatur saltem, & quidem culpa. l. qui seruum. ff. de act. & oblig.
- Iniuria: quòd in hac fama, dignitas, & æstimatio principaliter periclitetur: vt & hæc ex affectu fit.

Differunt tamen in hoc
- Damnũ: quia in damni actione, seu legis Aquiliæ etiam leuissima culpa sufficit: & hac actione agitur ad emendationem damni.

Iniuria: in hac autem non culpa, sed dolus & affectus iniuriãdi requiritur. & per hanc fit persecutio vindictæ. vt videas in add. glos. §. iniuria. in verb. iniuria. sup. de leg. Aquil.

Iniuria diuiditur ergo in furtum, rapinam, damnum, adulterium, homicidium, & quicquid tandem non iure fit: atque in iniuriam, hoc est, contumeliam, l. j. in princ. de iniur. Sic enim, vt idẽ admonuit, præualuit hodie, vt hæc species priuati delicti, iniuria potius quàm contumelia appelletur.

TITVLVS QVINTVS.

De obligationibus, quæ quasi ex delicto nascuntur.

QVadripartitę diuisionis obligationis quia vltimum restabat hoc membrum: absolutis tribus prioribus obligationum speciebus (nempe ijs quæ ex contractu, vel quasi ex contractu, aut ex delicto proficiscuntur) auspicatur Imp. tractare hîc quatuor species obligationis ex quasi delicto: puta, Iudicis imprudentiam, qui malè iudicãdo litem suam facit: Secundam,

dam, si quid ex alicuius cœnaculo deiectum effusumque sit: Tertiam, si quid in publico loco, & frequenti suspensum noceat. Quarta, si quod per eos, quorum opera vtimur, damnum illatum sit.

Obligationes autem ex quasi delicto, seu maleficio, dicuntur in quibus quis non ex dolo, aut propria culpa, seu lata, sed magis ex imperitia siue negligentia sua, alienorúmue videtur peccare, conuenirique potest. & condemnatus pœnam Iudicis superioris arbitrio sibi impositam, sustinere cogitur. §. j. hîc. & l. si iudex. ff. de var. & extraordin. cognit. & cap. si quis absentis. 5. §. si iudex. ff. de act. 1

Si iudex per imperitiam malè iudicarit, litem facit suam, & parti læsæ in quantum vlterius Iudicis religioni (habita tamen erroris & imperitiæ ratione) *æquum videtur, tenetur.* vt hîc, & l. si iudex. ff. de var. & extraord. cognit. Si verò dolo malo, vel amore, vel odio, iniustam sententiam tulit, tunc quia nnn ex quasi maleficio, sed ex vero delicto ob scientiam & προαίρεσιν obligatur, in causa ciuili, ignominia notatus, triplum litis rependere cogitur: in causa verò criminali omnibus bonis confiscatis in exilium mittitur. l. fin. & Authent. nouo iur. C. de pœna iu- 2

dicis qui malè iudicauit. Idem iuris est in arbitro, Arbitratore & delegato iudice: item in Notario seu Tabellione publico. l. si quis in conscribendo. circ. fin. C. de pact. & in l. fin. vbi not. interpretes. ff. de extraord. cog. & l. fin. C. de magistratibus conueniend. secus tamen est de Consultore: quia nemo alterius consiliũ necessariò sequi tenetur. l. 2. ff. mandati. Assessoris autem imprudentia seu culpa si iniqua sententia lata sit, non aliter atque si dolo malo iudicasset tenebitur. l. 2. ff. quod quisque iur.

3 *Si quid deijciatur*, duri vt tegula, lapis, &c. *vel effundatur ê cœnaculo*, vt liquidum quippiã, oleum, aqua, vrina, &c. ex domo, seu propria, seu conducta, quod transeuntem lædat vel in persona, rebus, vel vestibus, inhabitans ex quasi maleficio obligatur, siue sit dominus siue cõductor ædium. §. item is. hoc tit. & toto tit. ff. de his qui deiecerunt vel effud.

4 *Si damnum detur vel furto, vel dolo, in naui, vel extra nauem, vt in portu, caupona, vel stabulo:* dominus eorum, quorum culpa fuit admissum, ex quasi maleficio tenetur. §. item exercitor. hîc. & toto titu. ff. nautæ, caupones, stabularij. In quibus casibus actio in factum competit hæredi patien-

patienti iniuriam. Quæq; singula sua. inf. Schematismorũ figura demonstrantur.

Ex quasi maleficio obligantur.

Iudex per imprudentiam malè iudicans, & tenetur quatenus ex bono & æquo visum fuerit.

Filius, pater, ex cuius cœnaculo, proprio vel cõducto aliquid est deiectum vel effusum, & hoc casu agitur in duplum, siue dominus, siue seruus deiecerit.

Is qui ea parte, qua vulgò iter fieri solet, aliquid appensum habet, quod nocere potest, & tenetur pœna decem aureorum.

Sed si hoc appensum ceciderit, perinde tenetur ac ille, qui aliquid deiecit, vel effudit ex deiecto, vel effuso. si homo læsus sit, habenda est expensarum operarumq;, quibus caruit, æstimatio.

Si verò filius seorsum à patre habitans teneatur pro effuso, pater illius nomine, conueniri non potest.

in duplum obligantur.

Exercitor nauis pro furto hominum quos in naui habet,

Caupo ex facto hominũ quos in caupona habet,

Stabularius ex facto hominũ, quos in stabulo habet,

5 Dictum fuit *per Iudicis imprudentiam.* sup. quandoquidem si iudex dolo malo, scienter & ex proposito, vel etiam pecunia corruptus, perperam ius dicat, verè delinquit: & si quidem causa ciuilis fuerit, ignominia notatus, triplum litis rependit: in quęstione verò criminali confiscatis omnibus bonis in exilium mittitur. de quo latius tit. C. de pœn. iudic. qui malè iudic. Et eadem quæ hîc de Iudice dicũtur, spectant & ad Notariũ, respectu suorũ Instrumentorũ publicorũ.

6 *Maleficium* dicitur id delictum, quo quis dolo malo interueniente lædítur, vt sunt furtum, rapina, damnum iniuria datum, & iniuriæ. Porrò publicæ disciplinę vigor postulat, vt malefici puniantur. l. locatio. §. quod illicitè. ff. de publican. Item *maleficium* dicitur, quicquid improbè admissum est. Vlp. l. j. in princ. si fam. furt. fec. dic. Vtilissimũ id edictum prętor proposuit, quo dominis prospiceret aduersus maleficia seruorum, hoc est quasi malefacta. Quamuis & quæ dicta, scripta, consulta criminosè sint, vt sentit etiam Alciat. maleficij nomine, pręcipuè in legali pœna veniant. Quãuis haud rarò legitur per officiũ. l. nõ æstimo. ff. de administrat. tut. & l. tres tutores. eod. tit.

TITV-

TTVLVS SEXTVS.

De Actionibus.

AGgreditur hoc titu. Iustin. Imp. tertiá Iuris Ciuilis partem summæ diuisionis.§.finalis, sup. de iur. nat. gent.& ciuil. quæ *actiones* respicit: quum etiam omne ius quo vtimur vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones pertineat.l. j. ff. de stat.hom.de personis autem lib.j. Instit. tractatum sit.deinde libr.2. 3.& 4. parte vsque ad hunc tit. de rebus tam corporalibus, quàm incorporalibus, inter quas obligationes sunt.Ita vt recto ordine hîc de *actionibus* dicēdum veniat, *quas* Theophi. ait *dictas, quòd improbos & perfidos ad iudicia agant.* l. nihil. de oblig.& act.l. 6.in fin.de nego.gest. Veteres autem hāc partem Iuris appellitabant *De manu conserenda.* vt indicat Lactantius libr.j. in procem. Et quidē rubricatur titulus hic de actionibus, & non de agendo, quia actio est iuris seu ius. sed agendū esse consistit in facto.etiam gerundia important necessitatem : at actio est voluntaria. C. vt nemo inuitus agere, aut accus.coga.l.j.

Et qui-

Et quidem ad hoc inuentæ sunt hæ, vt per eas homines compellantur ad dandũ seu restituendum id, quod alijs debent: quia frustra iura conderentur, nisi esset aliquid quo exercerentur ipsa iura. l. ij. §. post originem. ff. de orig. iur.

1 *Actionis* significatio latissimè patet, comprehendens generaliter omnem viuentis operationem, quæ passioni opponitur, adeò vt ipsam quoque vitam agere dicamur. Vnde illud dici solet: Actiones humanæ infinitis rerum circunstantijs variãtur. qua significatione frequenter vtuntur ICti. Próinde ne quis in amplissima huius verbi significatione Actionis hæreat pro tabula sumas.

actio sumitur.

Pro actu. vt in autent. de nõ alienãd. §. si minus. col. ij.

Pro accusatione. C. quando criminalis actio ciuili prẹiudic. l. j.

Pro iure agendi. & ita capitur hoc tit. præsenti, & l. nihil. ff. eod.

Itẽ debet sumi per emphasim Actio, nõ pro qualibet externa actione, sicut dicimus eũ, qui cõtra ius aliquid facit, nihil agere. sup. quib. ex caus. manumitt. non lic. sed pro legitima persecutione: vt restringatur ad vsum forensem.

Actio

Actio autem nihil aliud est, quàm ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. quæ definitio tam realis quàm personalis est Celsi, ex effectu & officio conflata. l. nihil aliud. ff. de act. & oblig. vt sup. tutela definita est §. j. de tut. imò & iustitia. l. j. ff. de iustit. & iur. 2

Nihil aliud est, prudenter adiecit Iureconsultus hanc clausulam: quum olim aliud fuerit non quò ad substantiam actionis, sed quò ad exercitium. nam olim non agebatur nisi per certam conceptionem verborum factam à magistratibus, vt l. ij. §. deinde. ff. de orig. iur. & vocabatur illa conceptio forma vulgaris. vt ff. de furt. l. si seruus nauem. sed illa solẽnitas hodie sublata est. vt C. de formul. & impetra. sublat. l. j. Et ideo hodie in libellis non ponitur talis solemnitas verborum. vt d. l. j. Nec opoptet in libellis exprimere nomen actionis. vt c. dilecti. extr. de iudic. Similiter ista solemnitas sublata est in interdictis hodie, quæ sunt actiones prætoriæ. vt infr. de interdict. §. fin. 3

Quàm ius, id est, facultas, potestas agendi iure Romano actori data & formula. l. j. de eo quod cert. loc. Theoph. habet δίκαιον. & additur quidem in text. hæc parti- 4

particula ad discernendas res corporales & incorporales. nam actio est ius incorporale. sup. de reb. corp. & incorp. §. j. secund. glos. hîc. vel dicitur ad differentiam Iudicis. dicit tamen Bart. l. j. ff. de iurisd. om. iud. quòd si actio capiatur propriè differt ab officio iudicis. Sed si capiatur largè comprehendit etiam officium iudicis saltem illud quod imploratur loco actionis. vt in restit. in integr. vt l. actionis verbo. ff. eod.

5 *Persequendi*. hæc addita est particula, vt excludat primò *exceptiones*, quæ non sunt actiones. nam sicut actiones sunt arma actorum, sic exceptiones sunt arma Reorum. vt ff. de except. l. 2. §. illud. Et ita exceptio non est ius persequendi, sed defendendi. generali tamen vocabulo Exceptio interdum vocitatur actio, vt not. l. eleganter. ff. de dol. & quidem additur ad excludendas *obligationes* hæc particula, quibus nihil petimus sed aduersarium saltem stringimus, vt debere aliquid incipiat, non vt soluat quod debet. Et *persequendi* verbum hîc, omnes in vniuersum apud iudicem postulationes complectitur, tam ordinarias quàm extraordinarias: etiam eas, quæ instar actionum obtinent, veluti Cautiones,

tiones, damni infecti, Legatorum, Euictionis, &c. Item interdicta, & vniuersæ officij iudicialis expeditiones, continentur sub appellatione persequendi. Id enim quod petimus, vel postulamus, vel imploramus, nostro, aut alieno nomine, rectè dicimur persequi. Vlp. l. pecuniç. §. persecutionis. Paul. l. quibus. §. vltim. de verb. sig. Accurs. in fin. l. cui præcipua. de verb. sig. persequi pro consequi exponit. quod improbo, vbi propriè id persequamur quod nondum sumus consequuti.

In iudicio, id est, apud Iudices datos, & recuperatores, non in iure apud Prætorem: itaque hæc vocula additur, vt discrimen faciat inter res in iudicio solenniter, & extra iudicium minùs solenniter agitatas, id est, ad discernendas solennes actiones & iudiciales, quæ ex forma legis dependent: ab extraiudicialibus hominum postulationibus, quæ neque solennitatem neque formam requirunt cognitioni deseruientem, sed plerunq; ex priuato constant arbitrio. vt eam prætereà differentiam Iuris intelligas, quod quis possit persequi: extra iudiciũ quod non est actio. vt C. quando quis 6

se sine

se sine iudice vindicare potest. l. j. Sic etiã quis potest capere propria auctoritate furem nocturnum vel diurnum. vt ff. ad leg. Aquil. l. iiij. Etiam potest quis sic capere debitorem fugientẽ, vt tradat eum iudici. vt ff. de his quæ in fraud. credit. l. ait prætor. §. si debitorem. & potest hoc etiam fieri die feriata. vt l. final. C. de fer. Ita vt sint casus aliqui hîc, quibus quid quis facere possit propria auctoritate, quod regulariter tamen fieri non possit. vt l. extat. ff. quod met. caus. & l. si quis in tantam. C. vnd. vi.

7 *Quod sibi debetur*, scilicet agenti, vel ei cuius nomine agit. hæc particula textus exhibet nobis causam, officium atque exitũ actionis. Neque enim ob aliud introducta fuit, neq; aliò pertinet, quàm vt vnicuiq; quod suũ est tribuat. actio quippe Iustitiæ executio est. Pro vberiore tamẽ huius definitionis explicatione videas Zasium nu. 2. 3. 4. 5. Mynsinge. nu. 2. vsq; ad 17. Kling. nu. 3. 4. 5. hîc. & ibid. Ioan. Corrasium. Interim non te fallat quin verbum *debetur* hîc sumendum sit generaliter, vt extendatur ad actionem personalem & realem. vt fac. l. pecuniæ. §. fin. ff. de verb. sig. licet Azo putet positũ esse ad remouendã actionem realem, in qua

qua nil debetur, sed petimus id quod nostrum est prius. qui meritò ob hoc (meo saltem iudicio) reprehendendus, quia vtcunque in actione reali propriè nulla sit obligatio, subest tamen quasi obligatio.

Post definitionem Actionis generaliter propositam & quasi populariter explicatam, proximum est, vt species eius, quæ ob immensam negociorum diuersitatē variantur, commodis diuisionibus (præcipuè decem) summatim explicētur. Quò magis autem rem latissimè patentē ad certos locos contrahamus operæ prętium fuerit singulas diuisiones ex singulis quarumlibet rerum causis producere, vt hoc modo ad certam actionum cognitionem perueniamus. 8

Actionum prima diuisione: Aliæ sunt (si causam materialem spectes)

Merè Reales, quæ etiam vendicationes in iure dicuntur: & eæ non requirunt obligationem aliquam, sed tantùm vt agens sit dominus rei, vnde rei vendicatio, & cæt. vsque ad numerum decimum, vt †

Merè personales: & orientes ex obligationibus, quæ duo membra priora huius diuisionis sunt ex l. obligationum. ff.

de act. quæ quinque modis oriuntur:*

Mixtæ, quæ ab alijs & in rem scriptæ esse dicantur: licet non satis distinctè: attamen tam in rem quàm in personam dicendæ, & sumptũ est istud membrum ex §. quædam. hîc. de act. vt ☞

In rem scriptæ, quæ etiam naturâm realium, & personalium actionum recipiũt naturam, vt sunt Actiones ad Exhibendum. Idem Iaſ. d. §. omnium. hîc. nu. 6. & est diuisio à causa materiali, seu ab obiecto sumpta.

† *Rei vendicatio*, quæ datur domino rem suam ab eo qui possidet, vel dolo desijt possidere, vindicanti.

Publiciana, quæ datur contra possessorem non dominum, ei qui in re aliena titulum vel *emptionis*, *vel donationis*, *vel legati*, habet.

Confessoria, quæ datur ei, qui aliquã seruitutem sibi debitam esse asserit.

Negatoria, quæ datur ei, qui negat se seruitutem debere.

Seruiana, quæ datur locatori, in rebus coloni tacitè pro mercede obligatis.

Quasi Seruiana, quæ datur creditori, pignus suum persequenti.

Rescissoria, quæ datur ei, cuius res propter necessariã absentiã est vsucapta.

Præ-

Præiudicialis, per quam petimus, aut vt partus agnoſcatur, aut vt aliquis, vel liber, vel libertus declaretur.

Vtilis in rem, quæ datur ſuperficiario, quando à poſſeſſione cecidit.

Petitio hæreditatis, quæ datur hæredi res hæreditarias generaliter petenti.

* *Ex contractu*, qui ſunt, *Nominati* decem, vt mutuum, commodatum, depoſitum, pignus, ſtipulatio, literarum obligatio, emptio, locatio, conductio, ſocietas, mandatum. Pro his actiones ex contractu deſcendunt. *Innominati*, qui ſunt infiniti, pro quibus agitur actione permutationis, de qua inf. num. 108. præſcriptis verbis, vel in factum.

Quaſi contractu, vt actiones tutelæ, negociorum geſtorum, funeraria, ex teſtamento, condictio indebiti.

Maleficio, vt actiones furti, vi bonorum raptorum, legis Aquiliæ, iniuriarum, de dolo in factum.

* *Quaſi maleficio*, vt actio in factum ex quaſi maleficio deſcendens.

Ex varijs cauſarum figuris, vt cùm lex, vel prætor ob aliquam iuſtam cauſam actionem concedat.

☞ *Familiæ herciſcundæ*, quę datur inter hæredes ratione hæreditatis diuidendæ.

Communi diuidundo, quæ datur ſocijs ratione alicuius communitatis.

Finium regundorum, quæ datur, quando agrorum fines ſunt turbati. Iaſon. §. omnium. hîc. num. 5.

9 *Actiones autẽ merè Reales ſunt, quæ ad rem vendicãdam contra quemcunque poſſeſſorem competunt.* Et hæ non actiones, ſed propriè Petitiones nuncupantur: quia per eas non perſequimur ius quod nobis debetur, ſed petimus declarari nos habere ius in tali re, vel ratione dominij directi, vel vtilis, vel occaſione pignoris, aut ſeruitutis, nulla autem interueniẽte obligatione. l. actionum genera. ff. de act. & oblig. & Iaſ. d. l. j. num. 4. In rẽm ergo hæ dantur, quia nõ ratione alicuius obligationis, ſe ob rem ab alio detentam com petant.

10 *Actiones deinde Perſonales ſunt merè, quibus agitur contra eum, qui ex cõtractu vel quaſi, item delicto vel quaſi, ad aliquid dandum vel faciendum obligatus eſt:* obligatio enim perſonales actiones conſtituit, & ſic in perſonam hæ dantur, non quòd ratione rei, ſed obligationis cum aliqua perſo-

persona contractæ competant, & istæ propriè actiones dicuntur: & quidé personales à personis litigãtium. Nam actoris ossibus hæ actiones tam tenaciter inhærent, sicut character baptismi inhæret animæ. glos. l. 3. ff. pro soc. Personam verè Rei conuenti non egrediuntur, præsertim si ex delicto, vel quasi proueniãt. Comitantur enim Reum sicut lepra leprosum. Ias. §. omnium. hîc. num. 2. Actionem diuidit Vlp. l. pecuniæ verbum. de verb. sig. in petitionem & actionem in specie: vt sit petitio in rem: actio in personam. Apellus, actionẽ partitur in medium concludendi, narrationem & petitionem: siue in propositionem maiorem, & conclusionem. diuidimus verò in realem præcipuè & personalem.

Differũt actiones — *Origine,* — quia hæ ex cõtractu vel quasi / Item delicto, vel quasi: / Illæ verò ex iure, quod quis in re peraliũ possessa habet, } profiscũtur. 11

Nam in personalibus actionibus remota causa, videlicet contractus

ctiões reales & personales inter se.

Processu vel quasi, item delictũ vel quasi:

In realibus verò causa propinqua, nempe dominium, aut ius in re, in quocunq; libello exprimitur.

Natura: Quia personales actiones non egrediuntur personam obligati, licet cõstituerit procuratorem, sed reales dãtur contra quemcunque possessorem.

Effectu: Quia in personali actione petitur vt Actori detur aliquid, vel fiat:

Sed in reali declaratur rem esse actoris, aut certè actorem habere ius in re. d. l. actionum genera. & Iaſ. d. l. j. nu. 2. & 3. ff. de act.

12 *Actiones mixtæ dicuntur quæ habent causam mixtam, quibus agimus ad id, quod & nostrum est, & nobis debetur*: participant enim tam realibus, quàm personalibus actionibus, & hæ dicuntur trifariam vt habe-

habemus in lexico iuris nostro.

Actiones in rem scriptæ, quæ origine quidem personales sunt, eo quòd ex contractu, vel quasi, ex maleficio vel quasi, sicut cæteræ personales oriuntur: tamen quia possessorem rei semper comitãtur, sicut actiones reales, in rem scriptæ dicuntur. 13

Rei vendicatio, est actio, quæ congruit alicui vel ratione dominij, vel quasi: vel ratione possessionis, vel quasi. Item, rei vendicatio, est impetitio ad rem quam nostram esse, vel iure gentiũ, vel ciuili asserimus. nam is dicitur vendicare, qui suum esse putat. 14

Publiciana, est actio prætoria etiam in rem ipsam: quę duritiem & summum ius vendicationis attemperat: adeoque vt absq; huius beneficio, illa inutilis sit. Proinde non mediocriter errãt, qui Publicianam longo interuallo separant à rei vendicatione. hæc nanque ad instar proprietatis, non ad instar possessionis respicit, teste Vlp. l. sed & si. ff. de Publician. 15

Confessoria, cùm actor asserit sibi, vel prædio suo seruitutem deberi. & hanc actionem IC. appellat persecutionem ex leg. Aquil. l. inde Neratius. §. vlt. ad leg. Aquil. aduersus confitentem damnum à se datum: ad differentiam negantis, quem oportet probando conuincere. 16

17 *Negatoria*, est quando actor asserit & contendit prædium vel domum suã esse liberam ab aduersario, & pẽtit aduersarium molestantem compelli, & cõdemnari, vt desistat: & declarari, quòd ei nulla seruitus ad fundum meum debeatur. Zas. §. æquè. tit. eod. Negare nil aliud est, quàm dicere non aliquid esse.

18 *Seruiana, à seruando dicta: quia per pignora seruamus obligationes nostras tutas.* Et competit si fortè colonus nil inuehat in fundum, vel si auferat res ex fundo, vel si inueniretur apud tertiũ aliquem. Quando verò agitur pro alijs rebus aliter ex conuentione inter creditorem & debitorem obligatis, ea actio quasi Seruiana est, & nominatur propriè Hypothecaria. Zasius §. item Seruiana. eod.

19 *Quasi Seruiana*: quæ etiam hypothecaria dicitur. vt Dd. §. item Seruiana. hîc. & de ista dictione quasi vid. quod not. solut. matrim. l. si ante. lxxviij. distinct. presbyt. & per Hostiens. extr. de paroch. c. parochianos. & Alber. de Ros. ff. de acq. rer. dom. l. seruus. §. incorporales. Quam verò vim habeat hîc & alibi quasi, plenè videas lite. q. suo loco, in nostro Iur. lexi.

20 *Rescissoria ea est, quæ rescissa vsucapione, redditur.* l. 35. ff. de act. l. 28. §. exemplo. & §. fin.

fin. ff. ex quib. cauſ. maior. l. 18. C. de poſtlimin. reuerſ. Reſciſſoria actio, quæ reſciſſa mulieris obligatione, in priorem & antiquum debitorem reſtituitur.

Præiudicialis, quæ venit ex præiudicato, 21
id eſt, antè iudicato: ſic dictæ hæ ſunt actiones, quòd maiores & digniores cauſę faciunt ſilere, & præeunt, id eſt, præiudicant minoribus. his agit pater erga filiũ, dominus contra ſeruum, patronus contra libertum, & è diuerſo ſuper dominio, aut libertate. Zaſ. in. §. præiudiciales. ibi.

Vtilis actio dicitur, quæ non incipit currere creditoribus: niſi quando eis eſt experiundi poteſtas: 22
hoc eſt, niſi poſt quam bona debitoris non alienata, vendita ſunt, & debitores nec dũ ſoluti. Ferrar. §. item quis. eod. titu. Et actio vtilis, quæ opponitur directæ actioni, dicitur ea, quæ nec ex verbis legis, nec ex mente legis competit, imò legiſlator non cogitauit de eis, ſed poſteriores ICti moti æquitate, & rationis pietate extendunt etiam ad cauſas nõ nominatas in lege. Idẽ in §. præiudiciales. eo. Eſt tamẽ vbi vtilis tollit directã actionẽ. vt in l. cauſæ. in fi. ff. de procu. Actio deniq; vtilis ex cõtractu, dat iurati: in qua medium concludendi eſt contractus. Zaſi. in §. item ſi quis poſt. eod. tit.

23 *Petitio hæreditatis*, quo iure, quibúsue competat, declarant Iureconſ. tit. de pet. hære. Compendiosè, ſed exactè, quæ huc ſpectant, Placétinus pertractat tit. iiij. li. de rei vendic. Obſeruandũ autem quòd petitio hæreditatis tã in actione, de petit. hær. quã de bonorum poſſeſſoria hęreditatis petit. aliquanto laxius, non propriè pro hæreditate, ſed pro declaratione hęreditarij iuris, quo actor intẽdit ſuas eſſe res à teſtatore relictas. l. licet minimã. ff. de peti. hæred. quod & Bart. animaduertiſſe l. iij. de bonor. poſſeſ. memini.

24 *Actiones ex contractu naſcuntur* ex pacto, conuentione, ſiue obligatio ex re naſcat, vt cõdictio certi, de numerata pecunia, cõdictio ob cauſam dati, actio commodati, depoſiti, pignoratitia, de quibus inf. ſuo loco: ſiue etiã oriatur obligatio ex verbis, ſicut in actione ex ſtipulatu, quando res certa in ſtipulationẽ deducta eſt. Siue etiã oriatur obligatio ex literis, de quibus cõdictio odio deſidiæ datur in eum, qui cũ ſpe futuræ numerationis ſcribit ſe debere, cp ei nõ eſt numeratũ, numeratione autẽ non ſecutã poſt bienniũ non repetit chirographũ. l. in contractibus. C. de non num. pec. ſiue etiã oriatur obligatio ex cõſenſu, veluti empti, venditi, locati, cõducti,

cti, pro socio, mãdati, præscriptis verbis, & actio cõstitutę pecuniæ: nec nõ actio in factũ de iure iurãdo. Et istæ sunt ergo actionũ in personã species, quæ oriũtur ex contractu, siue re, verbis, literis, aut consensu obligatio oriatur, de quib. l. j. & 2. de act. & §. j. sup. de oblig. cũ §§. & tit. seqq. vsq; ad ti. de obli. quę ex quasi cõtr. nasc.

Mutui actio cõsistit in his rebus, quę põ- 25
dere, mẽsura, numeróue consistũt: quòd earũ datione in creditũ possumus ire. Eiusque forma in eo resident, vt numeri ad numerũ, mensuræ ad mensurã, ponderis ad pondus solutio explicetur: quę & formalis in mutuo qualitas nominari potest, teste Zas. in Intellectib.

Cõmodati actio est triplex.

Directa, quę cõpetit ei qui rẽ aliquã cõmodauit cõtra cõmodatarium, ad repetẽdũ ipsã rẽ, vt ei res, & eius accessiones restituãt facto & expleto vsu, propter quẽ cõmodata est. ff. cõmo. l. j. l. 17. §. sicut.

Contraria, ei competẽs, qui cõmodatũ accepit, in eũ, qui commodauit, & impensas in rẽ commodatã factas repetit, idq; secũdũ distinctionẽ Gaij l. in reb. 18. §. possunt. ff. cõmod. q̃ autẽ contraria competat habet l. 17. ff. eo. tit. §. j.

Vtilis

Vtilis deniq; actio commodati cõpetit, vbi non est verè commodatum, sed interpretatiuè, aut si is commodauit, qui commodare, aut commodato accipere nõ potest. exempla patent apud Vlp. & Paulum.

27 *Depositi actio* datur contra depositarium, id est, eum apud quem res est deposita, vt rem restituat in die. Contraria depositi actio, cõpetit depositario simul & hæredi eius, in eum qui deposuit, nomine impendiorum in rem depositam factorum. Et actio depositi ad duplum, datur ei qui in quatuor casibus aliquid deposuit, ex imminente periculo: vt tumultus, ruinæ, naufragij, incendij. Zas. cod. §. sequens. hæc ergo actio depositi aut est directa, aut contraria.

28 *Pignoratitia actio* locum sibi vendicat, vbi creditor pecuniam pro re oppignorata datam à debitore recipit.

29 *Ex stipulatu actio* nascitur, cùm aliquid in specie incertum stipulatur. vt de verbor. obligatio. sup. in princ. certum tamen in genere. nam si res esset simpliciter incerta, stipulatio non valeret. ff. eo. tit. l. ita stipulatus. in princ.

Lite-

Literarum obligatio. satis dilucidè licet compendiosè, sup. tractatur. 30

Empti actio siue ex empto competit emptori ad rem repetendam quam emerat, in quam venit commodum quod accesit. Et si quid in speciali pacto comprehensum fuerit, in hac actione attenditur, prout quisque sibi paciscitur. l. ex empto. ff. de act. emp. in prin. & de empt. & vendit. §. sed. nostra. sup. in fin. Huius contraria est actio venditi siue ex vendito, quę competit venditori ad petendum pretium, & interesse, & sumptus, & vsuras tempore morę, prout inter partes conuentum & contractum sit. de ista habetur l. Iulianus. §. ex vendito. eod. titu. & sup. de emp. & vendit. in §. sed nostra. 31

Locati actio, siue ex locato competit locatori. l. videamus. 11. ff. locati. quid in hac referat, habent l. legem. & l. præses. C. eod. 32

Conducti actio competit ei qui conduxit à locante, vel à locatore fundum, vel prędium, vel domum. & competit ei ad hoc, quòd liceat ei inhabitare, vel in vsu habere rem conductam. Vlp. l. ex conducto. ff. locat. competit etiam contra locatorē, si aliquas expensas vtiles, vel necessarias ibi fecerit. Paulo l. dominus. 55. §. j. ff. eod. 33

vel

vel eas in mercede computabit Scæuolę. l.colonus.61.ff.eod.

34 *Pro socio actio dicitur, quæ datur socio contra socium, si quid perperam & subdolè in cõmunionem admisit.* Alex. Neapoli. ni mirũ altercatione Doctorũ, de nomine Actionis ingrati motus, quam tamen contemnendam motus rectè iubet IC. nullo iure ciuili, aut plebiscito, pro ingrato dari actionem existimat, sed bonis moribus conuenire, vt ad similitudinem actionis pro socio iure naturæ, si quis eum, qui de se bene meritus fuit, illiberali animo, alio officio non demeretur, neque illud gratè acceptum fert, quippe qui nihil adiumenti, nihil opis confert: is profectò tanquã violator humani iuris, ita de officio decedit, vt omni ope indignus, ingrati, criminosi & mali hominis suspicionem non euadat, simulque famæ iacturam facere certum sit.

35 *Mandati actio, dicitur munus quo quis gratuitò quid amici nomine faciẽdum sibi sumit.* quæ duplex est, *directa*, & *contraria*. Et *directa* quidem competit mandatori & eius hæredi. l. si mandauero. ff. mandat. §. sicut. & l. si mandatu. j. resp. §. j. & contra mandatarium vel procuratorem post mandatum susceptum. l. si verò non. ff. cod.

eod. §. j. & in quantum interest id factum esse, quod mandaui: puta mãdaui vt fundũ emeres, si mea intererat emi, teneberis post mandatum susceptum, tamen si e undem fundum ego ipse emo, vel alius mihi, neque interest aliud, cessabit hæc actio, secund. Azon. l. si procuratorem. §. mandati actio. ff. eod. *Actio denique mandati contraria* competit mandatario. ff. eod. tit. l. si verò non remunerãdi. §. contrario. vel procuratori ad expẽsas aduersus mandatorem, quatenus fines non est egressus. Si verò aliquid erogauerit vtiliter, in eo non habet mãdati iudicium: sed tantùm negociorum gestorum. secund. Mar. licet Ioan. & Accur. contrà, prout legi, & not. in Instit. hisce eod. tit. §. is qui. quorum sententia vera est Caio & Paulo testibus. ff. eod. l. si pro te. cum l. seq. in princ. & Imp. C. de negoc. gest. l. fin. in glos. vlt. Si verò mandauerim tibi, vt fundum mihi emeres, etiam si nondum pretium solueris, ages mecum mandati, vt suscipiam obligationem, qua teneris venditori. Nam & ego agere possum, vt cedas mihi actionem empti. ff. eodem titul. l. si mandato meo. j. respons.

Præscriptis verbis actio, dat, vbicũq; vulga 36
ria at-

ria atque frequentata actionum nomina deficiunt. & descendit quidem hæc actio ex contractibus innominatis, vbi scilicet ciuilis causa subest sufficiés ad actionem introducendam, & cùm negocium non cadit in certum & speciale nomen contractus. Non causa huiusmodi actionis exprimitur, sed hæ actiones exprimũtur sic: Do vt des, Facio vt facias, Do vt facias, Facio vt des. l. naturalis. 5. ff. eod. Ex quibus nascitur actio præscriptis verbis nominata, aliàs ciuilis, quando mihi aliquid adest, vel abest, vel abfuturum est, nec tibi adest, nec adfuturũ est, aut mihi nõ abest, nec tibi adest, aut si nec tibi adsit, nec mihi absit, & cesses implere quod conuenit inter nos: ego autem si feci, in subsidium, intentatur actio de dolo. Nam vbi vnus cessat implere quod in se est, quod promisit alteri implere, locum habet hæc actio. d. l. naturalis.

37 *In factum actio*, de dolo & furto eorũ, qui sunt in ministerio cauponum, stabulariorũ, vel nauem exercentis, datur aduersus caupones, stabularios & nautas, qui quando officio malorum hominum vtuntur, in duplum tenẽtur, quo dolus, vel furtum commissum est in his rebus, quas saluas fore receperint. l. j. & l. 3. §. ex hoc.

hoc.ff.naut.caup.ſtab. Actio in factum etiam datur contra eum qui in ius vocatum vi exemit. Vlp.l.penult.§.penult.ff. ne quis eum, qui in ius voc. vti actionis in factũ variæ ſunt ſpecies, quarum mentio eſt in tit. de præſcript. verbis. & in fact. actionib. his locum eſſe Papin. ſcribit. l. j. ff. de præſcript. verb. ceſſantibus iudicijs proditis & vulgaribus actionibus, cùm proprium nomen inuenire non poſſumus: eas ideo deſiderari Pompon. l. quia actionum. 11. ff. eod. quia actionum non eſt plenus numerus. & hæc actio nil medij habet concludendi, quàm ipſum factum.

38 *Actiones ex quaſi contractu ſunt de actionibus in perſonam.* vt ſup. §. j. hîc. cũ ibi not. quæ neque ex pacto, neque ex maleficio oriuntur, ſed tamen maiorẽ habent conuenientiam & adfinitatem cum pactis, quàm cum maleficijs. Has recenſent Iuſt. & Theoph. ſup. de obligat. quæ ex quaſi contract. & inf. num. 51.

39 *Actio tutelæ datur contra tutorem, ſi damnificet pupillum. & actio pro tutelæ dicitur, quando aliquis gerit tutelam pupilli tanquam tutor, & in veritate non eſt tutor: contra quem ea actio competit.* Zaſ. §. actionum. hîc.

40 *Negociorum gestorum actio*, datur ex quasi contractu. vt si tu gessisti negocia mea sine mandato meo, cùm essem absens, coluisti fortè vineam meam: iam nullus interceſsit contractus inter te & me, nihilominus teneor tibi actione negoc.gest. si aliquid expendisti, sumptus fecisti. Zas. hîc. & locũ habet hæc actio cũ quis negocia aliena gesit citra mandatũ eius cuius negocia sunt.

41 *Funeraria actio*, qua persequimur, vt soluantur sumptus funeris, hoc est, quicquid corporis causa, antequam sepeliretur, consumptum est. l. funeris. in princ. ff. de sumpt. funer. Et est priuilegiaria, quia omnibus creditoribus præfertur.

42 *Ex testamento actio*, quam nonnulli appellant Corneliam, quæ irrogare pœnã conatur ei, qui falsò testamentum vel aliud instrumentum signauerit, scripserit, vel recitarit.

43 *Conditionis actio*, certi specialis, nascitur ex mutuo. l. si quis cert. ff. si cert. pet.

44 *Actiones ex maleficio, sunt actiones in personam, quibus delicta hominum coërcẽtur*, quod publicę vtilitatis interest. l. si à reo. §. fin. de fideiuss. & l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. Gell. lib. 6. cap. 14. Hæ autem actiones quę qualésue sint docet Iustinia-

ſtinianus Imp. ſub titu. de obligat. quæ ex delict. naſc. ſup. & 3. ſeqq.

Furti actio, iure ſcripto eſt pecuniaria, duplo aut quadruplo, iuxta differentias furti compenſanda. Idem in §. ex maleficijs. eod. & eſt manifeſti, & nec manifeſti, item ſub hac reputes actionem arborum furtim cæſarum. de quibus ſingulis nos enchiridio noſtro apud Ioan. Gym. Coloniæ impreſſo, de legib. xij. tabu. 45

Vi bonorum raptorum actio, datur in quadruplum, quod furtum ſit manifeſtum. de rebus mobilibus quidem datur ei raptis, cui res mobiles per violentiam ſunt ablatæ, & competit reſtitutio intra annum, ita vt in quadruplo cõtineatur rei reſtitutio. l. j. & ij. ff. vi bonor. rapt. 46

Legis Aquiliæ actio cõtinet tria

Primum de ſeruis occiſis, vel quadrupedibus, quæ numero pecudum continentur. l. lege Aquilia. ff. eod. 47

Secundum non eſt in vſu. l. ſi ſeruus ſeruum. ff. ad leg. Aquil. ſup. eod.

Tertium caput huius legis eſt, de ſeruis vulneratis, feris beſtijs vulneratis aut occiſis, cæterisque rebus ruptis, fractis, vſtis, quo caſu

capita, scilicet,

suquis condemnatur, qui damnum iniuria dedit, quanti res fuit xxx. diebus proximis, rei preciũ & valorem æstimando. vt. d. l. si seruus. §. tertio autem. & sup. eod. §. capite tertio. cũ §. seq. Et in hac actione si quis damnum se dedisse inficiabitur, condemnatur in duplum. ff. eo. l. 2. §. j. Eam autem Aquilius Tribunus plebis rogauit vel Vlpiano teste l. j. ff. eod. Vnde plebiscitum potius appellari potuisset.

48 *Iniuriarũ actio, est competens ei qui iniuriam passus est.* l. j. ff. de iniur. contra eum qui intulit iniuriam, vel inferri procurauit. sup. eod. tit. §. non solùm. & pulsauit, vel verberauit, vel famosum carmen ad alterius cõtumeliam scripsit, vel quoquo modo iniuria aliquem affecit. sup. §. iniuria. eod. In qua iudex condemnabit quanti actor iurauerit se nolle illam iniuriam sustinuisse, facienda tamen iudicis æstimatione. sup. eod. tit. §. pœna. & ff. eod. l. constitutionibus. Interim actio hæc iniuriarum ergo, non ius possessionis assequitur, sed dolorem libertatis imminutę, iudicio, pœnaque mitigat. autor est Cic. pro A. Cecin.

De

De dolo actio maioribus hoc præstat, quod minoribus restitutio in integrum. Et plerunque datur, vbi ex dicto vel facto alia non nascitur actio. Vlp. l. quod venditor. ff. de dol. mal. Hæc ergo actio competit mihi quando damnum dolo malo à quouis est mihi datum, vel si quis aduersus me versetur dolosè consulendo, vel malitiosè negocia mea administrando. l. j. ff. de dol. mal. idque ad hoc etiam vt restituatur, alioqui quanti ea res erit. l. arbitrio. ff. eod. & datur vsque ad duos aureos. l. id est. ff. eod. & vid. l. ij. C. eod. Hęc autem non datur liberis contra parentes cùm sit famosa, nec libertis contra patronos, nec humili aduersus eum qui dignitate excellit, puta plebeio aduersus consularem receptæ autoritatis. l. non debet. ff. eod. & de his variè disceptamus tam in nostris Ethepoliticorũ centonibus, quàm Oeconomicorum libris. Intra biennium continuum moueri debet. l. fin. C. eod. Estque pœnalis, & arbitraria. §. prætereà. hoc. tit. de act. hîc. 49

In factum actio dicitur, qua simpliciter spectatur id quod quilibet fecit sine certa negocij forma. Vnde & plures æquè tenet. Vlp. l. penult. §. vlt. ff. ne quis eum qui in ius voc. vi exim. Hæc actio nihil medij 50

habet cõcludendi, quàm ipsum factum, vtquia hoc factum est, quia tu hoc fecisti. &c. vid. Zas. in §. item si quis postulante. Institut. de act.

51 *Actio ex quasi maleficio est, quando non ex dolo malo, sed magis imperitia quadam & minus prouidè peccatur.* vt sup. tit. de oblig. ex quasi delict. dictum est. Et itidem est interpretanda *actio ex quasi contractu, vbi nil verè contractum sit, sed iuris potestate habeatur pro contractu.* vt sup. etiam dictum est latius simul huius speciei recensendo. tit. quæ ex quasi contrac. nasc.

52 *Actio ex varijs causarum figuris*: quæ cõceditur deficientibus aliis à iudicibus. hincque est, quòd processus iudiciarius dicatur figura iudicij.

53 *Actio mixta est*, quæ ipsa origine, & principaliter rem & personam sequitur, vt est petitio hæreditatis. nam in ea hæreditas, vt res: & personales præstationes, scilicet pensiones redituum & credita petuntur. Zas. in §. omnium. hoc tit. & fit hęc actio quàm rectissimè tripliciter, videlicet: Cùm actio est persequutoria rei & pœnalis: Cùm est persequutoria rei petitione reali: & est persecutoria rei petitione personali, hoc est, quę ex reali actione & personali consistat: Cùm vterque liti-

litigans est actor est reus,& confusè agũt & defendunt.Idem in §.quędam hoc tit.

Actio familiæ erciscundæ ex lege xij.Tab. proficiscitur.l.j.ff.famil.erciſc.Et competit hæredibus de hæreditate diuidenda.§.quædam.hîc.& constat hoc iudiciũ ex duobus, scilicet: Rebus, & præstationibus quæ personales sunt actiones. l. itẽ Labeo.22.§.familiæ.ff.eod. 54

Actio communi diuidundo inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, vt diuidatur.d.§. quædam.l.j.2.3.4.& alibi.ff.commun. diuid. In hoc iudicium venit res, quodque communi nomine actum est, & impendia. l.13.& 14. ff.eod. Communi diuidundo iudicio rectè agi siue neuter possideat: siue sociorum alter non possideat l.penult.ff.eod. 55

Actio finium regundorum in personam est,licet pro rei vendicatione sit Paulo l. j.ff.fin. regund. & ad prædia rustica pertinet,quanquã ædificia interueniant. l.2. C.eod.vt latius declaramus,in libro nostro de Titulorũ seu Rubricarũ expositione.ea agit inter eos, qui cõfines agros habẽt.Imp.§.quædã.hîc.Porrò hoc iudiciũ tale esse põtifices decreuerũt, vt in eo vtraq; persona vice duarũ fungatur.ſ.actoris & rei.c.ex literis.extr.de probation. 56

57 Et actionum quia plura sunt genera quàm in hoc Schemate nostro sunt contenta, ea tamen licet, earumque vim suppeditabit frequens Digestorum, Codi. Iustin. & νεαρῶν lectio, & Oeconomia Pandectarum Baronis, nec frustra prætereunda, dum actionum originem & fontem diuino, & naturali iuri oportere inter omnes conuenit tribui. Nã ius ciuile, cuius parte tertiã actiones esse Gaius scribit l. j. ff. de stat. hom. à iure naturali dimanasse liquidò constat ijs, qui iura ciuilia diligentissimis perlustrant oculis. Ius autẽ naturale à diuino profluxisse optima ratione ex Apostolo Roman. 2. colligi potest: ὅτ' ἂμ γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα φύσει τὰ τῦ νόμυ ποιῶ, &c. id quod fusius expressimus in nostro thesauro priscorum philosophorum, vbi agimus de iure ciuili in Repu. retinẽdo & cõseruãdo. Quinimo legẽ esse εὕρημα μὴ δῶρον τῦ δαῖ Demosthenes apud Martianum refert l. 2. ff. de legib. sed originem fusius explicatam habes in meo libr. de offic. prob. patris fami.

58 Actionum sanè & iudiciorum verus vsus est, vt cùm aduersarius nullo modò ius tuum tribuere voluerit (neque enim ob aliud introducta fuit actio, neq; aliò perti-

pertinet, quàm vt vnicuique tribueretur ius suum) tum vel inuitus inuoces Magistratum vel concilium suæ Maiestatis secundũ exigentiã & forum Rei, ne priuatis rixis vtrinque in plures malorum occasiones multiplicatis, publica tranquillitas turbetur. Actiones autem ad formam redegit Appius Claudius l. 2. §. 3. de orig. iur. Hodie autem quî, quaq; via proponendæ sint, docet Angelus d. §. omnium. versic. nota ergo ex. hîc. Consistit enim actio ex maiore, minore, & conclusione. hoc est, ex narratione negocij, causa, & conclusione. Causa minoris propositionis, est ex qua sequitur conclusio. hoc in praxim deduxit Petr. Iaco. in pract. & videre licet ex nostra figura iudicij, seu processu iudiciario, & forensi dispositione. Quas enim Græci dicas vocabant, eas Romani Latinè actiones, causas, seu iudicia dixerunt. 59

Cæterùm actionis cogni

- *Quo auctore sit introducta.*
- *Quid, & quotuplex sit actio de qua disseritur.*
- *Ex qua causa.*
- *Cui detur, & competat.*
- *Aduersus quem detur.*
- *An porrigatur ad hæredes, vel ad quid proponatur.*

tio circa hæc potissimùm versatur.

Quid in ea veniat, & ad eam requirantur.
Quamdiu concedatur.
Quæ forma libelli.
Quod sit medium proponendi, & concludendi.
Quis sit exitus.
Quid spectandum sit Iudici.
Quid litigatoribus.
Anne sint adsinia remedia, quibus vti possimus. Hæc collecta ex titu. de petit. hæred. rei vendic. commod. pig. act. mand. depos. act. emp. loca. & similib. qui ignorat, non feliciter acturus est causam. nam in his membris tota vis & natura vniuscuiusque actionis consistit: qui methodi ordo & hoc loci in explicandis singulis actionibus, quoad fieri potest, studiosè obseruabitur.

Scire autem nemo potest, nisi qui singulariter actionum circunstantias rectè tenet, quoniam per omnes actiones variantur. Consequitur ergo, vt Spieg. ait, stupidissimum esse actorem, seu causidicum, qui sine certa actionis cognitione, causam perducit ad iudicem, tametsi fortassis apparatus non desit verborum, 60

adeoq;

adeoq; multarum legum allegatio: quæ tamen non magis ad rem accedũt, quàm cupressus ad naufragiũ, apud Flaccum.
Vt probi ergo Aduocati seu Causidici 61
patroniúe officij sit, diligenter considerare singulas circunstantias, & qualitates causæ & personarum; & an Clientulus suus agat petitorio an possessorio, an sit actor vel reus, & maximè inspiciat naturam actionis intentandæ vel intentatæ: quemadmodum prolixius & commodiori loco monemus in princip. nostræ praxis & figuræ iudicij, item in explan. nostra reg. iur. ciuil. & titu. de verbor. ac rer. significc. ad quos libros, ne idem sæpius repetendum sit, sufficiat remisisse. Itaque pergamus ad alias etiam hîc commemorandas actiones nonnullas idque præcipuas, nondum priori schemate actionum expressas.

Aedilitiæ, quæ competunt multis modis. & *Primò*, si res vendita sit redhibita, ob vitium, siue morbum, nec tamen à venditore restituitur preciũ emptori cum actionibus, & alijs, quæ ædiles inhibent, & in hoc casu est perpetua. de hac habetur ff. de ædil. edic. l. ædiles. in princ. §. j. & fin. & l. illud. resp. 2. & l. redhibitoria. cod. & l. fin. C. de ædil.

dil. act. *Secundò* competit, quando conuenit, vt si res vendita non placet, intra præfinitum tempus redhibeatur: ea conuentio rata habetur, si de tempore nihil conuenerit, in factum actio intra 60. dies accommodatur emptori. l. quod si. 31. §. 19. ff. eod. l. cùm autem. 23. ff. eod. *Tertiò* competit, si venditor non velit tradere seruum, vel mancipium vel iumentum cum ornamento, cum quo ostenderat tempore venditionis, pro ipso ornamento: vel vt fiat redhibitio rei principalis propter accessoria, & tunc competit etiam vsque ad 60. dies. ff. eod. l. ædiles. in princ. & §. vendēdi. *Quartò* verò competit, quando eo loco, qua iter est vulgo, habet quis canem, lupum, vrsum, aprum, verrem, pantheram, leonem, &c. vel animal aliquod, quod nocere posset, siue sit ligatum, siue solutum, ff. eod. titu. l. hi enim. & l. seq. & si homo liber ab illis damnum patiatur seu perierit, solidi ducenti præstabuntur. vt l. qua vulgo. ff. eod. Specul. de empt. & vendit. §. nunc dicendum est.

Quarum aliæ sunt

Calusianæ, per quas reuocentur ea, quę in fraudem creditorum patroníue libertus alienauit, vbi etiam locū habet

bet actio Fabiana. ff. de iur. patronatus l. si libertus. secund. Placent. l. j. §. si pluribus. ff. si quid in fraud. patron. l. 2. C. eod.

Fabianæ autem & Pauliane, sic dictæ ab earum auctoribus. Fabiana datur patrono ad reuocandum alienata per libertũ. vt d. est. Paul. lib. 3. sent. ti. 3. ex quo & libr. 9. tit. 14. C. Theo. sic legas, nõ Fauiana. In hac veniunt fructus etiam post lit. contest. percepti. vt not. l. 2. ff. si quid in fraud. patron. & habet hęc Fab. & Paul. locum actiones, quando debitor in fraudẽ creditorũ alienauit ea, quæ obligata fuerũt creditori, vt reuocetur ipsa alienatio. & Paulina actio quidem propriè datur creditori ad reuocanda alienata in fraudem per debitorem. de qua ff. quæ in fraud. credit. l. j. §. fin. & l. hac in factũ. & expressius l. videamus. §. in Fabiana. ff. de vsur. in qua etiam veniunt fructus. vt eod. tit. l. ait Prętor. §. per hanc. & §. prętereà. quod intelligendum est, vt docet Vlp. l. fin. §. non solũm. eod. tit.

Quod mètus causa, dantur ei, qui probabili vel iusto metu coactus, rem suã vendidit, tradidit, vel promisit, aduersus

vel eas in mercede computabit Scæuolę. l.colonus.61.ff.eod.

34 *Pro socio actio dicitur, quæ datur socio contra socium, si quid perperam & subdolè in cõmunionem admisit.* Alex. Neapoli.nimirũ altercatione Doctorũ,de nomine Actionis ingrati motus, quam tamen contemnendam motus rectè iubet IC.nullo iure ciuili,aut plebiscito, pro ingrato dari actionem existimat, sed bonis moribus conuenire, vt ad similitudinem actionis pro socio iure naturæ, si quis eum,qui de se bene meritus fuit, illiberali animo, alio officio non demeretur, neque illud gratè acceptum fert,quippe qui nihil adiumenti, nihil opis confert: is profectò tanquã violator humani iuris, ita de officio decedit, vt omni ope indignus, ingrati,criminosi & mali hominis suspicionem non euadat, simulque famæ iacturam facere certum sit.

35 *Mandati actio,dicitur munus quo quis gratuitò quid amici nomine faciẽdum sibi sumit.* quæ duplex est,*directa*, & *contraria*. Et *directa* quidem competit mandatori & eius hæredi.l. si mandauero.ff.mandat.§. sicut.& l.si mandatu.j. resp.§.j. & contra mandatarium vel procuratorem post mandatum susceptum. l. si verò non. ff. eod.

eod. §. j. & in quantum interest id factum esse, quod mandaui: puta mãdaui vt fundũ emeres, si mea intererat emi, teneberis post mandatum susceptum, tamen si eundem fundum ego ipse emo, vel alius mihi, neque interest aliud, cessabit hæc actio, secund. Azon. l. si procuratorem. §. mandati actio. ff. eod. *Actio denique mandati contraria* competit mandatario. ff. eod. tit. l. si verò non remunerãdi. §. contrario. vel procuratori ad expẽsas aduersus mandatorem, quatenus fines non est egressus. Si verò aliquid erogauerit vtiliter, in eo non habet mãdati iudicium: sed tantùm negociorum gestorum. secund. Mar. licet Ioan. & Accur. contrà, prout legi, & not. in Instit. hisce eod. tit. §. is qui. quorum sententia vera est Caio & Paulo testibus. ff. eod. l. si pro te. cum l. seq. in princ. & Imp. C. de negoc. gest. l. fin. in glos. vlt. Si verò mandauerim tibi, vt fundum mihi emeres, etiam si nondum pretium solueris, ages mecum mandati, vt suscipiam obligationem, qua teneris venditori. Nam & ego agere possum, vt cedas mihi actionem empti. ff. eodem titul. l. si mandato meo. j. respons.

Præscriptis verbis actio, dat, vbicũq; vulgaria at- 36

ria atque frequentata actionum nomina deficiunt. & descendit quidem hæc actio ex contractibus innominatis, vbi scilicet ciuilis causa subest sufficiés ad actionem introducendam, & cùm negocium non cadit in certum & speciale nomen contractus. Non causa huiusmodi actionis exprimitur, sed hæ actiones exprimũtur sic: Do vt des, Facio vt facias, Do vt facias, Facio vt des. l. naturalis. 5. ff. eod. Ex quibus nascitur actio præscriptis verbis nominata, aliàs ciuilis, quando mihi aliquid adest, vel abest, vel abfuturum est, nec tibi adest, nec ad futurũ est, aut mihi nõ abest, nec tibi adest, aut si nec tibi adsit, nec mihi absit, & cesses implere quod conuenit inter nos: ego autem si feci, in subsidium, intentatur actio de dolo. Nam vbi vnus cessat implere quod in se est, quod promisit alteri implere, locum habet hæc actio. d. l. naturalis.

37 *In factum actio*, de dolo & furto eorũ, qui sunt in ministerio cauponum, stabulariorũ, vel nauem exercentis, datur aduersus cauppones, stabularios & nautas, qui quando officio malorum hominum vtuntur, in duplum tenẽtur, quo dolus, vel furtum commissum est in his rebus, quas saluas fore receperint. l. j. & l. 3. §. ex hoc.

hoc.ff.naut.caup.stab. Actio in factum etiam datur contra eum qui in ius vocatum vi exemit. Vlp.l.penult.§.penult.ff. ne quis eum, qui in ius voc. vti actionis in factũ variæ sunt species, quarum mentio est in tit. de præscript. verbis. & in fact. actionib. his locum esse Papin. scribit. l.j. ff. de præscript. verb. cessantibus iudicijs proditis & vulgaribus actionibus, cùm proprium nomen inuenire non possumus: eas ideo desiderari Pompon. l. quia actionum. 11. ff. eod. quia actionum non est plenus numerus. & hæc actio nil medij habet concludendi, quàm ipsum factum.

Actiones ex quasi contractu sunt de actionibus in personam. vt sup. §.j. hîc. cũ ibi not. quæ neque ex pacto, neque ex maleficio oriuntur, sed tamen maiorẽ habent conuenientiam & adfinitatem cum pactis, quàm cum maleficijs. Has recensent Iust. & Theoph. sup. de obligat. quæ ex quasi contract. & inf. num. 51. 38

Actio tutelæ datur contra tutorem, si damnificet pupillum. & actio pro tutela dicitur, quando aliquis gerit tutelam pupilli tanquam tutor, & in veritate non est tutor: contra quem ea actio competit. Zas. §. actionum. hîc. 39

40 *Negociorum gestorum actio*, datur ex quasi contractu. vt si tu gessisti negocia mea sine mandato meo, cùm essem absens, coluisti fortè vineam meam: iam nullus interceſsit contractus inter te & me, nihilominus teneor tibi actione negoc. gest. si aliquid expendisti, sumptus fecisti. Zas. hîc. & locũ habet hæc actio cũ quis negocia aliena gessit citra mandatũ eius cuius negocia sunt.

41 *Funeraria actio*, qua persequimur, vt soluantur sumptus funeris, hoc est, quicquid corporis causa, antequam sepeliretur, consumptum est. l. funeris. in princ. ff. de sumpt. funer. Et est priuilegiaria, quia omnibus creditoribus præfertur.

42 *Ex testamento actio*, quam nonnulli appellant Corneliam, quæ irrogare pœnã conatur ei, qui falsò testamentum vel aliud instrumentum signauerit, scripserit, vel recitarit.

43 *Condictionis actio*, certi specialis, nascitur ex mutuo. l. si quis cert. ff. si cert. pet.

44 *Actiones ex maleficio, sunt actiones in personam, quibus delicta hominum coërcẽtur*, quod publicę vtilitatis interest. l. si à reo. §. fin. de fideiuss. & l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. Gell. lib. 6. cap. 14. Hæ autem actiones quę qualesue sint docet Iustinia-

ſtinianus Imp. ſub titu. de obligat. quæ ex delict. naſc. ſup. & 3. ſeqq.

Furti actio, iure ſcripto eſt pecuniaria, duplo aut quadruplo, iuxta differentias furti compenſanda. Idem in §. ex maleficijs. eod. & eſt manifeſti, & nec manifeſti, item ſub hac reputes actionem arborum furtim cæſarum. de quibus ſingulis nos enchiridio noſtro apud Ioan. Gym. Coloniæ impreſſo, de legib. xij. tabu. 45

Vi bonorum raptorum actio, datur in quadruplum, quod furtum ſit manifeſtum. de rebus mobilibus quidem datur ei raptis, cui res mobiles per violentiam ſunt ablatæ, & competit reſtitutio intra annum, ita vt in quadruplo cõtineatur rei reſtitutio. l. j. & ij. ff. vi bonor. rapt. 46

Legis Aquiliæ actio cõtinet tria

Primum de ſeruis occiſis, vel quadrupedibus, quæ numero pecudum continentur. l. lege Aquilia. ff. eod. 47

Secundum non eſt in vſu. l. ſi ſeruus ſeruum. ff. ad leg. Aquil. ſup. eod.

Tertium caput huius legis eſt, de ſeruis vulneratis, feris beſtijs vulneratis aut occiſis, cæterisque rebus ruptis, fractis, vſtis, quo ca-

capita, scilicet,

suquis condemnatur, qui damnum iniuria dedit, quanti res fuit xxx. diebus proximis, rei preciũ & valorem æstimando. vt. d. l. si seruus. §. tertio autem. & sup. eod. §. capite tertio. cũ §. seq. Et in hac actione si quis damnum se dedisse inficiabitur, condemnatur in duplum. ff. eo. l. 2. §. j. Eam autem Aquilius Tribunus plebis rogauit vel Vlpiano teste l. j. ff. eod. Vnde plebiscitum potius appellari potuisset.

48 *Iniuriarũ actio, est competens ei qui iniuriam passus est.* l. j. ff. de iniur. contra eum qui intulit iniuriam, vel inferri procurauit. sup. eod. tit. §. non solùm. & pulsauit, vel verberauit, vel famosum carmen ad alterius cõtumeliam scripsit, vel quoquo modo iniuria aliquem affecit. sup. §. iniuria. eod. In qua iudex condemnabit quanti actor iurauerit se nolle illam iniuriam sustinuisse, facienda tamen iudicis æstimatione. sup. eod. tit. §. pœna. & ff. eod. l. constitutionibus. Interim actio hæc iniuriarum ergo, non ius possessionis assequitur, sed dolorem libertatis imminutę, iudicio, pœnaque mitigat. autor est Cic. pro A. Cecin.

De

De dolo actio maioribus hoc præstat, quod minoribus restitutio in integrum. Et plerunque datur, vbi ex dicto vel facto alia non nascitur actio. Vlp. l. quod venditor. ff. de dol. mal. Hæc ergo actio competit mihi quando damnum dolo malo à quouis est mihi datum, vel si quis aduersus me versetur dolosè consulendo, vel malitiosè negocia mea administrando. l. j. ff. de dol. mal. idque ad hoc etiam vt restituatur, alioqui quanti ea res erit. l. arbitrio. ff. eod. & datur vsque ad duos aureos. l. id est. ff. eod. & vid. l. ij. C. eod. Hęc autem non datur liberis contra parentes cùm sit famosa, nec libertis contra patronos, nec humili aduersus eum qui dignitate excellit, puta plebeio aduersus consularem receptæ autoritatis. l. non debet. ff. eod. & de his variè disceptamus tam in nostris Ethepoliticorũ centonibus, quàm Oeconomicorum libris. Intra biennium continuum moueri debet. l. fin. C. eod. Estque pœnalis, & arbitraria. §. prætereà. hoc. tit. de act. hîc. 49

In factum actio dicitur, qua simpliciter spectatur id quod quilibet fecit sine certa negocij forma. Vnde & plures æquè tenet. Vlp. l. penult. §. vlt. ff. ne quis eum qui in ius voc. vi exim. Hæc actio nihil medij 50

litigans est actor est reus,& confusè agũt & defendunt.Idem in §.quędam hoc tit.

Actio familiæ erciscundæ ex lege xij.Tab. proficiscitur.l.j.ff.famil.erciscund.Et competit hæredibus de hæreditate diuidenda.§.quædam.hîc.& constat hoc iudiciũ ex duobus, scilicet: Rebus, & præstationibus quæ personales sunt actiones. l.itẽ Labeo.22.§.familiæ.ff.eod. 54

Actio communi diuidundo inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, vt diuidatur.d.§. quædam.l.j.2.3.4.& alibi.ff.commun.diuid. In hoc iudicium venit res, quodque communi nomine actum est, & impendia. l.13.& 14. ff.eod. Communi diuidundo iudicio rectè agi siue neuter possideat:siue sociorum alter non possideat l.penult.ff.eod. 55

Actio finium regundorum in personam est,licet pro rei vendicatione sit Paulo l. j.ff.fin. regund. & ad prædia rustica pertinet,quanquã ædificia interueniant. l.2. C.eod.vt latius declaramus,in libro nostro de Titulorũ seuRubricarũ expositione.ea agit inter eos, qui cõfines agros habẽt.Imp.§.quædã.hîc.Porrò hoc iudiciũ tale esse põtifices decreuerũt, vt in eo vtraq; persona vice duarũ fungatur.s.actoris & rei.c.ex literis.extr.de probation. 56

57 Et actionum quia plura sunt genera quàm in hoc Schemate nostro sunt contenta, ea tamen licet, earumque vim suppeditabit frequens Digestorum, Codi. Iustin. & νεαρῶν lectio, & Oeconomia Pandectarum Baronis, nec frustra prætereunda, dum actionum originem & fontem diuino, & naturali iuri oportere inter omnes conuenit tribui. Nã ius ciuile, cuius partẽ tertiã actiones esse Gaius scribit l. j. ff. de stat. hom. à iure naturali dimanasse liquidò constat ijs, qui iura ciuilia diligentissimis perlustrant oculis. Ius autẽ naturale à diuino profluxisse optima ratione ex Apostolo Roman. 2. colligi potest: ὅτ' ἂν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, &c. id quod fusius expressimus in nostro thesauro priscorum philosophorum, vbi agimus de iure ciuili in Repu. retinẽdo & cõseruãdo. Quinimo legẽ esse εὕρημα καὶ δῶρον τοῦ διὸς Demosthenes apud Martianum refert l. 2. ff. de legib. sed originem fusius explicatam habes in meo libr. de offic. prob. patris fami.

58 Actionum sanè & iudiciorum verus vsus est, vt cùm aduersarius nullo modo ius tuum tribuere voluerit (neque enim ob aliud introducta fuit actio, neq; aliò perti-

pertinet, quàm vt vnicuique tribueretur ius ſuum) tum vel inuitus inuoces Magiſtratum vel concilium ſuæ Maieſtatis ſecundū exigentiā & forum Rei, ne priuatis rixis vtrinque in plures malorum occaſiones multiplicatis, publica tranquillitas turbetur. Actiones autem 59
ad formam redegit Appius Claudius l. 2. §. 3. de orig. iur. Hodie autem quî, quaq; via proponendæ ſint, docet Angelus d. §. omnium. verſic. nota ergo ex. hîc. Conſiſtit enim actio ex maiore, minore, & concluſione. hoc eſt, ex narratione negocij, cauſa, & concluſione. Cauſa minoris propoſitionis, eſt ex qua ſequitur concluſio. hoc in praxim deduxit Petr. Iaco. in pract. & videre licet ex noſtra figura iudicij, ſeu proceſſu iudiciario, & forenſi diſpoſitione. Quas enim Græci dicas vocabant, eas Romani Latinè actiones, cauſas, ſeu iudicia dixerunt.

Cæterùm actionis cogni
- *Quo auctore ſit introducta.*
- *Quid, & quotuplex ſit actio de qua diſſeritur.*
- *Ex qua cauſa.*
- *Cui detur, & competat.*
- *Aduerſus quem detur.*
- *An porrigatur ad hæredes, vel ad quid proponatur.*

tio circa hæc potissimùm versatur.

Quid in ea veniat, & ad eam requirantur.
Quamdiu concedatur.
Quæ forma libelli.
Quod sit medium proponendi, & concludendi.
Quis sit exitus.
Quid spectandum sit Iudici.
Quid litigatoribus.
Anne sint adsinia remedia, quibus vti possimus. Hæc collecta ex titu. de petit. hæred. rei vendic. commod. pig. act. mand. depos. act. emp. loca. & similib. qui ignorat, non feliciter acturus est causam. nam in his membris tota vis & natura vniuscuiusque actionis consistit: qui methodi ordo & hoc loci in explicandis singulis actionibus, quoad fieri potest, studiosè obseruabitur.

Scire autem nemo potest, nisi qui singulariter actionum circunstantias rectè tenet, quoniam per omnes actiones variantur. Consequitur ergo, vt Spieg. ait, stupidissimum esse actorem, seu causidicum, qui sine certa actionis cognitione, causam perducit ad iudicem, tametsi fortassis apparatus non desit verborum, 60

adeoq;

adeoq; multarum legum allegatio: quæ tamen non magis ad rem accedũt, quàm cupressus ad naufragiũ, apud Flaccum.
Vt probi ergo Aduocati seu Causidici 61
patroniúe officij sit, diligenter considerare singulas circunstantias, & qualitatẽs causæ & personarum; & an Clientulus suus agat petitorio an possessorio, an sit actor vel reus, & maximè inspiciat naturam actionis intentandæ vel intentatæ: quemadmodum prolixius & commodiori loco monemus in princip. nostræ praxis & figuræ iudicij, item in explan. nostra reg. iur. ciuil. & titu. de verbor. ac rer. signific. ad quos libros, ne idem sæpius repetendum sit, sufficiat remisisse. Itaque pergamus ad alias etiam hîc commemorandas actiones nonnullas idque præcipuas, nondum priori schemate actionum expressas.

Aedilitiæ, quæ competunt multis modis. & *Primò*, si res vendita sit redhibita, ob vitium, siue morbum, nec tamen à venditore restituitur preciũ emptori cum actionibus, & alijs, quæ ædiles inhibent, & in hoc casu est perpetua. de hac habetur ff. de ædil. edic. l. ædiles. in princ. §. j. & fin. & l. illud. resp. 2. & l. redhibitoria. eod. & l. fin. C. de ædil.

dil. act. *Secundò* competit, quando conuenit, vt si res vendita non placet, intra præfinitum tempus redhibeatur: ea conuentio rata habetur, si de tempore nihil conuenerit, in factum actio intra 60. dies accommodatur emptori. l. quod si. 31. §. 19. ff. eod. l. cùm autem. 23. ff. eod. *Tertiò* competit, si venditor non velit tradere seruum, vel mancipium vel iumentum cum ornamento, cum quo ostenderat tempore venditionis, pro ipso ornamento: vel vt fiat redhibitio rei principalis propter accessoria, & tunc competit etiam vsque ad 60. dies. ff. eod. l. ædiles. in princ. & §. vendēdi. *Quartò* verò competit, quando eo loco, qua iter est vulgo, habet quis canem, lupum, vrsum, aprum, verrem, pantheram, leonem, &c. vel animal aliquod, quod nocere posset, siue sit ligatum, siue solutum, ff. eod. titu. l. hi enim. & l. seq. & si homo liber ab illis damnum patiatur seu perierit, solidi ducenti præstabuntur. vt l. qua vulgo. ff. eod. Specul. de empt. & vendit. §. nunc dicendum est.

Quarum aliæ sunt

Caluisianæ, per quas reuocentur ea, quę in fraudem creditorum patroníue libertus alienauit, vbi etiam locū habet

bet actio Fabiana. ff. de iur. patronatus l. si libertus. secund. Placent. l. j. §. si pluribus. ff. si quid in fraud. patron. l. 2. C. eod.

Fabianæ autem & Paulianæ, sic dictæ ab earum auctoribus. Fabiana datur patrono ad reuocandum alienata per libertũ. vt d. est. Paul. lib. 3. sent. ti. 3. ex quo & libr. 9. tit. 14. C. Theo. sic legas, nõ Fauiana. In hac veniunt fructus etiam post lit. contest. percepti. vt not. l. 2. ff. si quid in fraud. patron. & habet hęc Fab. & Paul. locum actiones, quando debitor in fraudẽ creditorũ alienauit ea, quæ obligata fuerũt creditori, vt reuocetur ipsa alienatio. & Paulina actio quidem propriè datur creditori ad reuocanda alienata in fraudem per debitorem. de qua ff. quæ in fraud. credit. l. j. §. fin. & l. hac in factũ. & expresius l. videamus. §. in Fabiana. ff. de vsur. in qua etiam veniunt fructus. vt eod. tit. l. ait Prętor. §. per hanc. & §. prętereà. quod intelligendum est, vt docet Vlp. l. fin. §. non solũm. eod. tit.

Quod metus causa, dantur ei, qui probabili vel iusto metu coactus, rem suã vendidit, tradidit, vel promisit, aduersus

uersus eum, qui metum intulit, & in eum ad quē res peruenit: sed intra annum erit quadrupli ob contumaciam nolentis rem restituere iussu iudicis ante litem contestatam, post annum verò simpli. l. j. & seqq. & l. item si cum exceptione. j. resp. & §. post annum. & §. Pedius. ff. quod met. caus. Eius natura tacitè continetur, vt qui iudicis iussu ipsam rem restituat actori, absoluatur. §. item actio. hîc.

De constituta pecunia, competunt aduersus eum, qui sine stipulatione constituit pro se vel pro alio soluere. C. de constit. pec. l. 2. §. de constitu. hîc. Nam constituere largè dici posset quilibet, qui pro alio se obligat. sed C. de cõstit. pecu. constituere ponitur pro eo tantùm, qui quod alius debet, se soluturũ constituit, nec distinguitur ex qua causa quis debeat, certa vel incerta, vel ciuili vel honoraria, dum tamen efficaciter debitum potuerit peti & exigi, vel saltem solutum retineri, vt quia tantùm naturale erat debitum.

Serui corrupti, quę competunt non solùm aduersus eos, quorũ hortatu, vel consilio seruus corruptus, vel deterior factus, sed etiam contra eum noua lex datur,

datur, qui solicitauit seruum, licet bonos mores eius corrũpere nõ potuerit. l. j. ff. de seru. corrupt. Hæc autem actio in duplum habet condemnationem, scilicet, quanti deterior sit factus seruus, quantiúe res fuerit à seruo solicitato, & tenetur, qui corrumpit, siue ex bono malum, siue ex malo deteriorem fecerit. hæc & superiora probantur l. si qui seruo alieno persuaserit. C. furt. vbi casus de hoc, & . l. si quis. 9. §. fin. ff. de serũ. corrupt.

Rerũ amotarũ actio cõdictio est. l. rerũ. 26. ff. rer. amot. & cõpetit marito vel socero, hæredi. aduersus eam, quæ vxor fuit, contraque nurum ad rei restitutionem. l. 16. rer. amot. ff. & l. 17. §. non solùm. eod. competit & vxori aduersus maritum. l. 2. C. eod.

Actiones proprietatis causam continent, quæcunque ad rem familiarem exigendam, seu vendicandam iure dominij, accommodantur, siue in rem sint, siue in personã. Proprietatis causam continẽt, quæ pro rebus singulorum, quæ illis propriæ sunt, competũt. iuxta. §. singulorũ. sup. de rer. diuis. Item quæ propter respublicas instituí solent.

Actio-

Actiones quasi proprietatis causam cõplectuntur, quæ de rebus sacris vel religiosis proponuntur. s. gratia prohibendi, aut restituendi. Harum enim proprietas nullius. est §. nullius. sup. de rer. diuis. l. 2. ff. eod.

Actiones possessionis ius exequũtur regulariter ex interdictis, quæ & extraordinariæ sunt actiones. rub. ff. de interdict. quibus aut adipisci volumus possessionem antea non habitam, aut retinere, quam aduersarius impugnat, aut recuperare, quam contra ius amissam intendimus. §. sequens. sup. de interdict. l. 2. ff. eod. & horum genera explicantur lib. 43. ff. tit. 33.

Populares, definit Paul. l. j. ff. de popular. act. nempe quæ suum ius populo tuentur. vt declaratur l. j. ff. de loc. & itinerib. public.

Actiones hæredibus & in hæredes competunt, ex contractibus, vel quasi: Ciuiles & prætoriæ in rem, & in personam. Modò tamen sciamus hæredem teneri in rem actione, non tam quòd hæres, quàm quod possessor est rei litigiosæ. l. si in rem. de rei vindic. ff. *Actiones autem hæredibus*, & non aduersus hæredes conceduntur ex maleficijs vel quasi male-

maleficijs, priuatis aut publicis. Item ex contractibus in quibus testator dolosè versatus est, cùm nihil inde ad hæredem peruenerit. §. non autem omnes. hoc lib. de perpe. & temp. act.

Querelæ inofficiosi, locum habet duntaxat, cùm nullum aliud fuerit remedium, quo liberi ad bona defuncti parētis venire possint. §. tam autem. sup. de inoffi. testa. vnde vocetur vltimū adiutorium à Iustiniano l. maximum. C. de liber. præter. & vulgò querelam subsidiariam dicunt. l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inoffi. testa. Rectè autem definitur esse iudicium rescissoriū (quia rescindat obstaculum exercendæ petitionis hæreditatis) d. l. Papinianus. §. si ex caussa. Actio inofficiosi etiam accusatio dicitur. l. si suspecta. §. quamuis. ff. de inoffic. testa.

Subsidiariæ, quæ dantur minoribus erga tutores curatoréue rem eorum administrantes, & aduersus eos, qui satisdationem accipiunt. §. sciendū. sup. de satisd. curat. vel tutor. Et sic actionis cognitio & formula in primis hoc medio, inuestiganda causidicis sit. Si enim causam exponas Iudici, nónne aliquid tandem petendū est, atq; con-

cludendum ? Nemo sanæ mentis negabit. Cæterùm petitio vel conclusio libelli, non potest rectè produci, præterquam ex natura, & forma vel harũ vel antecedentium, vel sequentium Actionum.

62 Quandoquidem *actionis formula* verè describitur esse apta, accommodaq; facti apud iudicem propositio, siue expositio: vnde meritò causidici sint reprehendendi, qui neglecta actionis formula, in forum causam deducunt, quam nec semel cum suis circunstãtijs rectè perpenderint. Errori causa prætexta; quòd in tit. C. de form. & impet. legerint, sublatas esse actionum solennitates antiquas: putãtes ideo incauti nil referre, qui proponatur factum, nec vlla opus esse actionis inuestigatione speciali. vbi tamen reuera solummodo sublatæ sint hodie verborum aucupationes, nec l. si seruus nauem. ff. de furt. est correcta.

63 *Actio, libellus* idem est, scriptura seu formula quæ reo porrigitur siue solenni intentione, siue qualiquali petitione cõcepta sit. Aleia. l. edita. C. de edend. *Actio* est item executio obligationis, vt probat Vlp. l. in executione. ff. de verb. oblig.

Ma-

Materia, & causa verò omnium actionũ colligit

- Partim ex dominio rerum, vel ex iure quod in rebus asseritur, vt in vendicationibus.
- Partim ex obligatione dictorum, factorúmue. sicut in cõdictionibus; iuxta mentem Imp. §. omniũ. in princ. hoc ti.

Et *Actio* quidem, quatenus ad specialem nomenclaturæ rationem pertinet, in personam dicitur: in rem petitio: in rem vel personam, persecutio. l. actio. ff. de act. & oblig. 64

Actionem intendere, actionem instruere, actionem dictare, vel formulam actionum instituere, ad partes refertur. & 65

actionem remittere, est querelam intermittere. In ciuili tamen quandoque remissa actione, obligatio manet salua: in criminali autem secus est: censetur enim accusatione remissa, etiam obligatio & tota remitti. l. j. §. vsque adeò. ff. de iniur. & ibi Bart. 66

Item *actionis acerbitas* interdum verbis temperãda est ob reuerentiam personarum, quanquam res eadem maneat. l. non debet. ff. de dol. mal. 67

Acta autem sunt scripturæ legitimæ coram Iudice, & eius iussu, vel permissu, per Actuariũ, Graphiarium, Secretariũ, Scribam publicum, vel Notarium con- 68

fectæ, ad naturam iudicij pertinentes. l. acta. de re iudic. Et *acta coram iudicibus* de priuatis causis confecta, ea iure nostro, vt atteſtatur Alciat. priuatorum acta. l. in fraudem. §. ex his. de iur. fisc. aut priuati actus. l. actus. §. de ferijs. vel acta forensia. l. comparationes. C. de fid. instrument. non autem publica appellantur. l. bona. de verb. sig. Iure tamé Pontificio, vel potius recentiorum consuetudine, Acta publica latius accipiuntur, nempe pro omnibus iudiciarijs instrumentis, à Notario tanquam publica personæ confectis. arg. c. quoniam contra. de prob. Et *acta* quidem à Commentarijs ex Cic. verbis distare ostendit Budęus in Adnot. ad
69 l. abesse. de minor. nempe *Commentarios* esse priuatam memoriam: acta autem debere esse memoria publica testata, quę in
70 ærario esse solebat. *Acta denique actitata sunt* (quum alioqui iure nostro interrogationes solùm admittantur instruendi iudicij, non litis decidendæ causa) cùm hoc tempore actores non ponant certas & breues sententias ad causam pertinentes, tum vicissim rei conuenti multa cõgerant, & nil ad actionem respondeant, agantq; vicissim fabulam in infinitum: sunt ergo in quibus inutiliter agantur

ea,

ca, quæ sint acta. vt vulgò dicimus, Actũ agis. Et *differt actio à positione* à ponendo dicta, quæ Græcis dicitur *Thesis*, quæ est alicuius particularis rei ad causam pertinentis adsertio. *Positiones* item (vulgus positionales articulos vocat) consuetudine magis, quàm iure inductæ sunt. l. ij. C. de iureiur. propt. calum. dand. Et *positionalis libellus*, aut (vt dicunt) Articulatus, vocatur, qui singulas partes, & circunstantias facti, seu casus, breuissimis pronunciatis complectitur, adiectis nihilominus, quæ ad libellum requirũtur. *Libellus* autem est formula scripti, complectens actionẽ, & futuræ litis speciem in iudicio. l. j. C. de edend. & hic nihil aliud facit, quàm quòd ius illud persequendi exhibet iudici cognituro de causa: estque Conuentionalis, de quo l. j. C. eod. Accusationis, Inscriptionisue: de quo l. libellorum. ff. de accus. 71 72 73

Et libellus est syllogismus Iuristarum. Nam primò narrat planè, secundò addit causam petitionis, & tertiò subinfert ipsam petitionem. vt ecce cùm ita dicimus: Iure statutum est, possessorem iniustum rei alienæ, teneri ad restitutionẽ eius domino rectè vẽdicanti. Sed Titius possidet me inuito, & iniustè, rem meã, 74

nec vult restituere. Quare peto Titium condemnari, & compelli, vt mihi eandem rem restituat. vbi videas Maiorem propositionem, Minorem, & Conclusionem. sed de his videas locos nostros communes argumentandi legales.

75 *Libellus verò est actor* in causis forensibus, qui generali vocabulo is est, qui agit, & vocat aliũ in ius, conqueriturque; quippiam ab ipso finaliter petens in iudicio. ff. de iudic. l. in tribus. & ff. fin. regund. l. iudicium. & hinc propriè actio, officiũ ipsum ius persequendi. actor item pro eo, quem vulgus vocat *Directorem causæ*, siue *Superintendentem* apud Paul. l. vlti. de offic. præsid. l. j. ad fin. de seru. corrupt. & pro seruo ab Vlpin. ponitur. l. denunciasse. de adulte. Actorem quoque appellant ICti. *Petitorem*: & *Reum* possessorem. vt l. Carbonianum. §. ibidem Iulianus. ff. de Carbon. edict. item procurator ciuitatis pro actore ponitur. l. nec ciuitatis. ff. de procur. & sic *actor* & *syndicus* ex consequenti, indifferenter pro eodem ponuntur, & promiscuè accipiuntur. l. j. ff. quod cuiusque vniuers. nomin. l. cùm aliquando. ff. negoc. gest.

Et

Et Actuarij, sunt scribæ, & inter scribarum species referuntur: quorum est, acta publica actionésue causidicorum in iudicio velociter excipere. 76

Acta denique publica, quæ ad fiscum, vel ad commentaria Principis, vel ad grammatophylacium pertinent. Sed & *acta publica*, pro libris etiam & tabulis continentibus publica ciuitatis acta, id est, negocia, quæ & pro legibus (Statuta, Ordinantias, seu Latiniùs Ordinationes, Regiſtrum & Prothocollum imò Manuale publicum licet abusiuè appellitant) plerunque intelliguntur. Id quod apud Plinium Iuniorem, eruditissimus Cataneus adnotauit. 77

Vt & *Actus* ij habeantur, qui à præsenti executione nomen habeant, & legis fictione, vel interpretatione inducti sunt, veluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, serui optio, datio tutoris, neque diem, neque conditionem accipiunt, quoniam dies, vel conditio nomini ipsius actus executioni-que repugnat. l. actus. de regulis iuris, vbi Dd. 78

Actionũ secunda diuisione aliæ sunt

Ciuiles, quæ vel ex *Lege xij. Tabular. vel Plebiscitis, Senatusconsultis, Scriptis seu responsis prudentum, vel Constitutionibus Principũ producuntur, vt Rei vendicatio*, de hac vid. nu.14. sup. eod. *Confessoria actio*, de hac vid. sup. eod. num.16. & istæ sunt directæ actiones. *Negatoria, &c.* de hac vid. hic. nume.17.

Prætoriæ verò sunt quæ in defectũ ciuilũ actionum aut à *Prætore, aut ab Aedilibus Curulibus fuerunt introductæ: quales sunt: Publiciana*, de hac vid. sup. nu.15. *Rescissoria*, de hac vid. sup. nu.20. *Seruiana*, &c. de hac vid. sup. eod. nu. 18. §. sed istæ. & ibi glos. inf. hoc tit. & istæ sunt vtiles actiones, & indirectè. Et sunt nõnulli inter quos etiam reperio Nicasium de Voerda, qui hanc diuisionem ponãt primo loco, desumptam ex l. obligationum. §. fin. ff. de act. & oblig.

79 Quæ, inquam, diuisio à causa efficiente ducta est. & duplici quidem via cognoscitur, vtrùm actio sit ciuilis an Prætoria. Primò, inspecta persona Actoris, cui

cui lex ciuilis certã actionem attribuit. Nam ius libellandi non ex persona rei, sed actoris est metiẽdum. l. j. §. j. ff. si pars hæreditatis petatur. Secundò, cõsiderata actionis origine, à quo videlicet Iure suum habeat ortum. glos. in §. sed istæ. in princ. inf. eod. Sæpe tamen actio quæ de sua natura Ciuilis est, per extentionem propter ea quæ adduntur à prætore, dici potest prætoria: vt in actione cõmodati, petitione hæreditatis, & similibus. Prætoria enim actio tripliciter intelligitur, Inuentione seu origine, Extensione, Approbatione. Angel. §. sed istæ. inf. eod.

Actio ciuilis est, quando quis ciuiliter, & non ad pœnam & vindictam agit. & hæc 80
specialiter est introducta, & formam accepit ex principum placitis, SC. & ll. xij. tab. &c. (quoniam ex his partibus constat totum ius ciuile. §. cõstat autem. sup. de iur. nat. gent. & ciuil. l. ius autem ciuile. ff. de iust. & iur.) fac. j. §. sup. de oblig. tit. generali. Sed placet Imperatoris definitio, dicentis, *eas esse ciuiles*, quæ ex legitimis, & ciuilibus causis descendunt. §. sed istæ. hoc tit. Et hæ quidem sunt directæ actiones. Nam *directas dicimus, tam* 81
quæ ex verbis quàm quæ ex sententia iuris ciuilis vel prætorij, per interpretatio-

nem constitutæ sunt. exemplum est in l. j.& l.penult.ff. si quadrup.pauper.fec. & l.nominis.§.j.de verb.sig.ff.

82 *Prætoriæ actiones sunt, quæ ab honore & magistratu prætoris Honorariæ quoque dicuntur: quod ab ipso prætore ex iurisdictione, vel adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia fuerint introductæ, in publicam vtilitatem,* quam vsus rerum,& experientia quotidie docuit Prætores, æquitatis semper studiosos. l. ius autē ciuile.§.ius prætorium. ff. de iustit. & iur. Actiones autem prætorias, qui dici putant omnes quas prætor daret, lapsi sunt. Prætor enim,cuius autoritas,quantum ad constituenda iudicia attinebat, ad summum perducta est fastigium, scilicet ante susceptam Imperatorum monarchiam, & ciuiles & suas actiones dabat, vel negabat.

83 *Actiones vtiles, seu indirectæ censentur, quæ non ex verbis legum proficiscuntur, sed ex sententia, & interpretatione, propter similem rationem receptæ sunt.* text. l.3.§. sed si quid.ff.de negoc. gest. Bart. l. curatoris. C. eod. nām quoties lege aliquid vnum vel alterum introductum est,bona occasio est & cætera,quæ tendunt ad eandē vtilitatem,vel interpretatione, vel certè iurisd-

iurisdictione suppleri. l. nam, vt ait. ff. de legib.

Actionũ tertia diuisione aliæ sunt

Rei persecutoriæ sunt, seu rei persequendæ quibus id petimus, quod ex patrimonio nobis abest. l. in honorarijs. ff. de act. & §. sequens. inf. hoc tit. & cùm res pro qua agitur, actori abest, & Reo adest, vt fit in *Rei vendicatione*, *Publiciana*, *& alijs actionibus quæ ex contractu descendunt*. Et hę durant regulariter triginta annis.

Pœnales, seu pœnæ persequendæ grãtia introductæ *sunt, quibus scilicet ad vindictam agimus, & pœnam persequimur ab eo cui nihil ex bonis nostris adest:* & quidem ex maleficijs, vel quasi maleficijs: id est cùm præter id quod nobis abest, exigimus aliquid, vindictæ vel affectionis causa. §. ex maleficijs. eod. nam quicquid ex bonis nostris non est, pœna sit oportet. Papin. l. seruus. ff. de seru. exportãd. veluti *de albo corrupto, de in ius vocando*, & de quibus §. pœnales. inf. eod. *Quæ si prætoriæ sint, finiuntur plerunque anno: Si verò ciuiles, durant per xxx. annos.*

Mixta

Mixtæ verò sunt, quæ tam rei, quàm pœnæ persecutionem complectuntur, id est, quibus rem simul & pœnam persequimur ex quibusdam maleficijs. §. ex maleficijs verò. hoc tit. vt in actione *Vi bonorum raptorũ, Legis Aquiliæ, Damni iniuria dati, &c. Et dicuntur trifariam mixtæ: Primùm*, quòd in rem simul & personã sint. *Deinde*, quòd vterque controuertentium, actoris atq; rei conuenti vice in eis fungatur. *Denique*, quoniam rem iuxtà & pœnam conplectantur.

84 Quę, inquam, diuisio fabricata est quatenus ad causam formalem maximè: licet alij etiam dicant petitam esse hanc à finali causa: Et fit hæc diuisio ex eo quod legitur hoc tit. §. sequen.

85 *Actio albi corrupti est, quæ datur in eum, cõtra quem album vi corruperunt, aut sustulerunt.* Sicut autẽ olim edicta proponebantur in albo prætoris, ita hodie affiguntur Schedæ citationis publicæ, quæ & edicta publica nominamus, & alia quæ proscribi, id est, procul scribi debent, ob distantiam Rei inuocati vel citati, vel aliusmodi de causa, pro foribus ecclesiæ seu valuis, vel collegij, vel curiæ senatoriæ, vel alterius publici loci. Zas. §. pœnales. hîc.

Album

Album tabula erat, in qua iudicum nomina scribebantur, quod λευκώμα à Græcis dicitur, vt est apud Iul. Pol. Vlp. de edend. l. j. Eum, inquit, edere Labeo ait, qui producat aduersarium suum ad album, & demonstret quid dictaturus sit. Vsos tamen prætores fuisse charta, vel alia materia & membrana, constat ex Historiographis. Qui putant cum Accursio fuisse parietem dealbatum, non rectè perceperunt Vlpianum l. si quis id quod. §. hoc verò. ff. de iurisd. nam ex eius verbis colligitur, fuisse aliquid muro appensum, vel affixum. Præterea & albũ Iudicum, velut matriculam habuerunt, in qua nomina eorum, qui vnoquoque tempore iudicare debebãt, per ordinem referebantur. De hoc albo iudicum loquitur tit. ff. de alb. scrib. 86

Vocari in ius, est non contemnere autoritatem prætoris. l. v. ff. vbi quis ager. & *vocare in ius*, est nihil aliud, quàm causa experiundi, id est, agendi vocare. l. j. de in ius voc. licet glos. ibi aliter & malè exponat. 87

De actione vi bonorum raptorum. vid. sup. eod. num. 46. & leg. Aquil. num. seq. item de iniuriarum act. nu. 48. 88

Et

93 *Furti manifesti* actio locum habet aduersus furem, quando fur rem tenens visus vel deprehensus fuerit, siue in publico siue in priuato, vel à domino, vel alio, antequam perueniat ad locum, quò perferre rem destinauit. l. 3. ff. de furt. Sed & si talis deprehendatur, vel cum re videatur, & ad eum comprehendendum accurristi, licet abiecto furto effugerit, furti manifesti tenet. l. si quis. 1. §. sed Celsus. ff. de furt. nisi subripientis mutetur status, vt mihi subripuisti in seruitute, manumissus in furto deprehenderis cum re furtiua. Vel si tu pertuleris quò destinabas, teneris furti nec manifesti. Cùm enim deprehēderis cum re furtiua, priùs, quàm eò loci pertuleris, quo destinaueras illo die manere cum furto, tūc fur es manifestus. quæ omnia habes tit. de furt. ff. l. 3. 4. 5. 6. & 7. & de pœnit. distinc. 1. cano. vulgaris.

94 *Actio in calumniatores*, datur contra eos, qui vt alijs falsò in iudicijs negocium faciant: vel si aliquod est, id non faciant, pecunia, vel alia re, aut donario inducti non verentur. etiam secund. Ferr. hoc tit. Itaque *Actio calumniæ*, quam vsus vel certè abusus, sicut pleraque alia præclara legum sancita sustulit, occurrebat a-

ctoris

ctoris malitiæ. Nouell. de litigios. §. ad excludendas. quoniam neque decernebatur citatio, neque ad executionem perducebatur, nisi cautione ab actore data, quòd intra duos menses litem contestaturus, vel omne damnum ei qui conueniretur restituturus esset in duplum: cautione tamen non transcendente 36. aureos. probatur l.j. C. de lit. contest. Nouell. de execut. §. j. & hæc quidem cautio initium litis respiciebat. Hodie vix longo tempore peruenitur ad contestationem litis, adeò in præparationibus calumniantur practici. de calumniatore autem vid. plura apud. Dd. & l. j. ff. ad Turp. l. athletas. §. calum. ff. de his qui not. infam. Calumniator ita demùm notatur, si fuerit calumniæ causa damnatus. Neque enim sufficit calumniatum. Vlp. d. l. athletas. Et *calumnia est proprie* 95
alicuius in litibus per fraudem & frustrationem vexatio. M. T. Cice. pro malitiosa & mimis callida iuris interpretatione vsurpat in Offic. lib. j. estque à caluendo, id est, fallendo appellata. sed de hac nos alibi, præterquam in lexico, latius.

Executores sunt, qui post sententiam, inter 96
partes audita omni, & discussa lite, prolatum rei iudicatæ vigorem ad effectum perducunt.

l. penult. C. de execut. rei iud. vbi Bart. l. 3. §. si executor. ff. de negoc. gest. l. 4. ff. de appellat. & sic *executio* de re iudicata dicitur. l. qui pro tribunali. ff. de re iudi. de sentētiæ executione fusissimè d. Bart. l. si miles. ff. eod. tit. & executio plus est quàm cognitio Alberico de Ros. l. à diuo Pio. ff. de re iudic. Et executio, id est, actio iudicati, quam tertius (quod mirū cuiquam videri posset) impedire potest, ratione interesse quod prætendit. Et dicitur vulgo iste casus contractionis: qui & causa emergens ad pellatur. Executio autem sententiæ, nunc officio iudicis, nūc actione in factum fieri dicitur. l. intra de re iudic. vbi. Bart. quandoq; & vtili actione. l. fin. eod.

Actionum quinta diuisio.

Bonæfidei, seu largioris iuris in quibus magis inspicitur bona fides, & iudicis officium multaq; veniunt, de quibus inter partes cōtrahentes nil fuerat actum, tales sunt ex Empto: Vendito: Locato: Conducto, &c. negotiorum gestorem Mandati. Depositi, Propositi, Tutelæ, Commodati, Pignoratitia. Familiæ erciscundæ, communi dumdundo præscriptis verbis, quæ de æstimato proponitur, & ea, ex permuttatione cōpetit hereditatis petitio. & ex stipulatu pro dote. Et harū exempla ponit Iustin. Imp. §. actio-

aisio-ne, a-liæ sunt

autem, & §. fuerat. hoc tit. vnde hæc diuisio descripta est.

Stricti iuris, quæ nõ ita exuberant in bona fide, & in ijs nihil magis peti potest, aut debetur, quàm de quo expressè partes inter se conuenerunt, vt fit in Mutuo: Commodato, &c.

Arbitrariæ, quæ à iudicis arbitrio seu iussu dependent: & hæ videntur dependere ex actionibus stricti iuris precedentibus. Nam impropriè dicũtur arbitrariæ, actiones. vid. Ias. in §. actionũ. nu. j. inf. eod. 98

Quæ distinctio ad officiũ Iudicis propriè pertinet (respiciendo ad causam finalem) & ab extrinseca qualitate seu causa deducta est. Ias. in §. actionum. nu. j. inf. eod. vbi memoriæ causa actiones bonæfidei, & stricti iuris his recitat versiculis.

Pignora sciscundæ, communi, pro socioque, Dotis, & Hæredis, Tutela, cõmoda, gestor, Præscriptis verbis, cũ æstimat, aut permu- Ista bonæfidei sunt, stricti cætera Iuris. (tat: 99

Actiones sanè bonæ fidei concisa locutione dicuntur, in quarum formula (vt altius quælibet diuisionis membra repetamus) prætor adijciebat, hæc verba, E*x bona fide*, Cic. in Topic. In omnibus, ait, iudicijs è quibus ex bona fide, &c. vid. eun-

dem lib.3.offic.Actiones autem bonæ fidei ex æquitate dependent.non quòd vlla sit actio malæ fidei,quoniam in omnibus negocijs exigitur bona fides.l. bonã. 4.C. de oblig. & act. (cùm nemini certè ex nequitia sua actionem dãdam esse lex permittat) sed ideo, quòd iudex in cognitione potest habere rationé earũ quoq; rerum,quarum inter contrahentes nulla mentio facta est,scilicet,si animaduertat litigatores inuicem,alterum alteri ex bono, & æquo præstare aliquid oportere. §. in bonæ fidei, hoc tit.l. consensu. in fin. de act.oblig.

100 *Actiones stricti iuris*, dicuntur reliquæ omnes,quæ in actionibus bonæ fidei non recensentur, argumento ab enumeratione sufficienti,vt habes in nostris locis cõmunibus argumentandi legalibus. Nihil enim amplius in his cognoscit & pronunciat Iudex,quàm quod nominatim inter contrahentes conuentum sit. l. quia tantundem.de negoc. gest. Actiones igitur stricti iuris,vt sup. Theoph.d.§. actionũ. ait, strictæ dicuntur in quibus præfractè iudicium à prætore definitur, vsq; adeò, vt iudici à verbis formulæ nec lato quidem vngue discedere fas,iusque sit. nam fatuus est iudex,qui pronunciat super nõ

peti-

petitis vel extra conclusiones partium. l. fin. C. de fideicom. libert. de quo nos etiã latius in nostra praxi & figura iudicij. in princ.

Præterea in Schemate dictũ est *actionũ strictiiuris, quasdam esse arbitrarias*, hoc est, ex arbitrio iudicis pendentes: in quibus permittitur iudici ex bono & æquo, non tam secundum persequentis, actorisúe intentionem, quàm secundum naturam rei, de qua agitur, æstimare, vt ei satis fieri oporteat. §. præterea. hoc tit. *Arbitrariæ ergo sint actiones*, in quibus officiũ iudicis exercetur mercenarium, actioni inseruiens, ob aliquod extrinsecum præter naturam actionis, vt cùm iudex arbiter procedit contra reũ contumacem. Zas. d. §. præterea. Sunt qui vulgatam hanc doctrinam, Quòd in actionibus bonæ fidei sit officium iudicis secundum naturam: in actionibus verò stricti iuris, sit præter naturam earum, impertinentem ostendant & erroneam. 101

Præscriptis verbis actio ciuilis est incerta, remque gestam demonstrat. l. 6. de transac. tit. ff. de præscript. verb. Præscriptis verbis igitur, & in factum, & incerti agere, significát ferè idem: nec sunt propria actionum nomina, sed actiones quæ- 102

dam generales & innominatæ, propter multitudinem negociorum tolerabiles. l.2.& 3.ff.de præscript. verb. Præscriptis verbis autem persequutiones ex contractibus innominatis appellantur, quia dũtaxat agitur ad id, vt is, cum quo contraximus, fidem suam liberet, sicut verba, quibus inter nos conuentum est, id po-
103 stulant. *Præscribere* enim inter alia significat statuere, ordinare varijs pactionibus quid fieri placuerit contrahentibus. cum alia non est huiusmodi pactionum forma & exitus, nisi vt seruentur secundum tenorem & prescriptum verborum.
104 *Actio de æstimato* datur tunc, quãdo rem aliquam alteri æstimatam, aut vendendam, aut vtendã damus, sic vt rem ipsam, æstimationemúe eius restituat. At, vt hoc obiter notemus *Aestimatoria actio* dupli-
105 cem habet intellectum. Interdum enim hoc nomine ea actio significatur, quæ de æstimato proponitur, idque dubitationis tollendæ causa, veluti cùm res æstimata vendenda datur Vlp.l.j.ff.de æstimat. & §.actionum. vbi Theoph. & Angel. hoc tit. Interdũ æstimatoria accipitur quando minoris, vt explicant Gaius l.si quid. 18.& Paul.l.bouem.§.aliquando. ff.de ædil.edict.

Actio

Actionum autem quanto minoris sunt qui 106
distinguant ciuilē, à quāto maioris ciuili: non tamen æquidem approbo, vtrùm sit actio quanto minoris, an verò sit simplex quædam adiectio actionis. Paul. l. iustissimè. §. vlt. ff. de ædil. edict. vocat actionem quāto minoris rectissimè etiam æstimatoriam, quoniam in ea res æstimatur, alioquin in redhibitione nil fit aliud quàm quod redditur.

Quanto minoris, & Quanto pluris: Istę ap- 107
pellationes designant differentiam casuum inter res vitiosas, quò pertinet quāto minoris: & res non vitiosas, pluris tamen emptas quàm valeant, quò referendum est Quanto pluris. Alioqui re ipsa idem est, minoris empturum me fuisse, & pluris emisse, si precium respicias, nō rem emptam.

Permutatio dicitur contractus innomina- 108
tus: vt communicatio rerum exigit dationem: datio, causam: causa, mutuam permutionem & permutio distinguitur in species & formnlas nominatus, & innominatas.

Vide quod permutatio sit nomen, sed 109
quod simplicem illam ac naturalem dūtaxat rationem significet. Cæterùm alij contractus habent nomen propriū, quod

Actionũ secunda diuisione aliæ sunt

Ciuiles, quæ vel ex Legexij. Tabular. vel Plebiscitis, Senatusconsultis, Scriptis seu responsis prudentum, vel Constitutionibus Principũ producuntur, vt Rei vendicatio, de hac vid. nu. 14. sup. eod. Confessoria actio, de hac vid. sup. eod. num. 16. & istæ sunt directæ actiones. Negatoria, &c. de hac vid. hic. nume. 17.

Prætoriæ verò sunt quæ in defectũ ciuilũ actionum aut à Prætore, aut ab Aedilibus Curulibus fuerunt introductæ: quales sunt: Publiciana, de hac vid. sup. nu. 15. Rescissoria, de hac vid. sup. nu. 20. Seruiana, &c. de hac vid. sup. eod. nu. 18. §. sed istæ. & ibi glos. inf. hoc tit. & istæ sunt vtiles actiones, & indirectè. Et sunt nõnulli inter quos etiam reperio Nicasium de Voerda, qui hanc diuisionem ponãt primo loco, desumptam ex l. obligationum. §. fin. ff. de act. & oblig.

79 Quæ, inquam, diuisio à causa efficiente ducta est. & duplici quidem via cognoscitur, vtrùm actio sit ciuilis an Prætoria. Primò, inspecta persona Actoris, cui

cui lex ciuilis certã actionem attribuit. Nam ius libellandi non ex persona rei, sed actoris est metiẽdum. l.j.§.j.ff.si pars hæreditatis petatur. Secundò, cõsiderata actionis origine, à quo videlicet Iure suum habeat ortum. glos. in §. sed istæ. in princ. inf. eod. Sæpe tamen actio quæ de sua natura Ciuilis est, per extentionem propter ea quæ adduntur à prætore, dici potest prætoria: vt in actione cõmodati, petitione hæreditatis, & similibus. Prætoria enim actio tripliciter intelligitur, Inuentione seu origine, Extensione, Approbatione. Angel. §. sed istæ. inf. eod.

Actio ciuilis est, quando quis ciuiliter, & non ad pœnam & vindictam agit. & hæc specialiter est introducta, & formam accepit ex principum placitis, SC. & ll. xij. tab. &c. (quoniam ex his partibus constat totum ius ciuile. §. cõstat autem. sup. de iur. nat. gent. & ciuil. l. ius autem ciuile. ff. de iust. & iur.) fac. j. §. sup. de oblig. tit. generali. Sed placet Imperatoris definitio, dicentis, *eas esse ciuiles*, quæ ex legitimis, & ciuilibus causis descendunt. §. sed istæ. hoc tit. Et hæ quidem sunt directæ actiones. Nam *directas dicimus, tam quæ ex verbis* quàm quæ ex sententia iuris ciuilis vel prætorij, per interpretatio-

80

81

nem constitutæ sunt. exemplum est in l. j. & l. penult. ff. si quadrup. pauper. fec. & l. nominis. §. j. de verb. sig. ff.

82 *Prætoriæ actiones sunt, quæ ab honore & magistratu prætoris Honorariæ quoque dicuntur: quod ab ipso prætore ex iurisdictione, vel adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia fuerint introductæ, in publicam vtilitatem,* quam vsus rerum, & experientia quotidie docuit Prætores, æquitatis semper studiosos. l. ius autē ciuile. §. ius prætorium. ff. de iustit. & iur. Actiones autem prætorias, qui dici putant omnes quas prætor daret, lapsi sunt. Prætor enim, cuius autoritas, quantum ad constituenda iudicia attinebat, ad summum perducta est fastigium, scilicet ante susceptam Imperatorum monarchiam, & ciuiles & suas actiones dabat, vel negabat.

83 *Actiones vtiles, seu indirecta censentur, quæ non ex verbis legum proficiscuntur, sed ex sententia, & interpretatione, propter similem rationem receptæ sunt.* text. l. 3. §. sed si quid. ff. de negoc. gest. Bart. l. curatoris. C. eod. nam quoties lege aliquid vnum vel alterum introductum est, bona occasio est & cætera, quæ tendunt ad eandē vtilitatem, vel interpretatione, vel certè iurisdictione

iurisdictione suppleri. l. nam, vt ait. ff. de legib.

Actiõ tertia diuisione aliæ sunt

Rei persecutoriæ sunt, seu rei persequendæ quibus id petimus, quod ex patrimonio nobis abest. l. in honorarijs. ff. de act. & §. sequens. inf. hoc tit. & cùm res pro qua agitur, actori abest, & Reo adest, vt fit in *Rei vendicatione*, *Publiciana*, *& alijs actionibus quæ ex contractu descendunt*. Et hę durant regulariter triginta annis.

Pœnales, seu pœnæ persequendæ gratia introductæ sunt, quibus scilicet ad vindictam agimus, & pœnam persequimur ab eo cui nihil ex bonis nostris adest: & quidem ex maleficijs, vel quasi maleficijs: id est cùm præter id quod nobis abest, exigimus aliquid, vindictæ vel affectionis causa. §. ex maleficijs. eod. nam quicquid ex bonis nostris non est, pœna sit oportet. Papin. l. seruus. ff. de seru. exportãd. veluti *de albo corrupto, de in ius vocando*, & de quibus §. pœnales. inf. eod. *Quæ si prætoriæ sint, finiuntur plerunque anno: Si verò ciuiles, durant per xxx. annos.*

Mixta

Mixtæ verò sunt, quæ tam rei, quàm pœnæ persecutionem complectuntur, id est, quibus rem simul & pœnam persequimur ex quibusdam maleficijs. §. ex maleficijs verò. hoc tit. vt in actione *Vi bonorum raptorũ, Legis Aquiliæ, Damni iniuria dati, &c. Et dicuntur trifariam mixtæ: Primùm*, quòd in rem simul & personã sint. *Deinde*, quòd vterque controuertentium, actoris atq; rei conuenti vice in eis fungatur. *Denique*, quoniam rem iuxtà & pœnam conplectantur.

84 Quę, inquam, diuisio fabricata est quatenus ad causam formalem maximè: licet alij etiam dicant petitam esse hanc à finali causa: Et fit hæc diuisio ex eo quod legitur hoc tit. §. sequen.

85 *Actio albi corrupti est, quæ datur in eum, eb ue qui album vi corruperunt, aut sustulerunt.* sicut autẽ olim edicta proponebantur in albo prætoris, ita hodie affiguntur Schedæ citationis publicæ, quæ & edicta publica nominamus, & alia quæ proscribi, id est, procul scribi debent, ob distantiam Rei inuocati vel citati, vel aliusmodi de causa, pro foribus ecclesiæ seu valuis, vel collegij, vel curiæ senatoriæ, vel alterius publici loci. Zas. §. pœnales. hîc.

Album

Album tabula erat, in qua iudicum no 86
mina scribebantur, quod λευκώματα à Græ
cis dicitur, vt est apud Iul. Pol. Vlp. de e-
dend. l. j. Eum, inquit, edere Labeo ait,
qui producat aduersarium suum ad al-
bum, & demonstret quid dictaturus sit.
Vsos tamen prætores fuisse charta, vel a-
lia materia & membrana, constat ex Hi-
storiographis. Qui putant cum Accursio
fuisse parietem dealbatum, non re-
ctè perceperunt Vlpianum l. si quis id
quod. §. hoc verò. ff. de iurisd. nam ex e-
ius verbis colligitur, fuisse aliquid muro
appensum, vel affixum. Præterea & albũ
Iudicum, velut matriculam habuerunt,
in qua nomina eorum, qui vnoquoque
tempore iudicare debebãt, per ordinem
referebantur. De hoc albo iudicum lo-
quitur tit. ff. de alb. scrib.

Vocari in ius, est non contemnere auto- 87
ritatem prætoris. l. v. ff. vbi quis ager. &
vocare in ius, est nihil aliud, quàm causa
experiundi, id est, agendi vocare. l. j. de
in ius voc. licet glos. ibi aliter & malè ex-
ponat.

De actione vi bonorum raptorum. vid. 88
sup. eod. num. 46. & leg. Aquil. num. seq.
item de iniuriarum act. nu. 48.

Et

89 Et quia pœnales aliquando subdistinguãtur denuò in duplum, triplum, quadruplum, nomine quoque pœnæ competunt, & hinc adnectitur congruè sequens diuisio à Iustin. Impe. licet potius esset dicenda subdiuisio: nisi maioris distinctionis gratia sic posita esset, & Tyronũ iuris memoriæ iuuandæ causa.

Actionum quarta diuisio (ex causa formali) actionum sunt vel tantum

Simplum, hæc est, si actio descendat ex aliquo contractu bonæ fidei, vt in empto, vendito, &c. vt sup. hic. num. 31. & conueniunt hæ actiones in simplum cum actionibus rei persequutoriis.

Duplum, cùm præter rem debitam, exigimus aliquid vltrà, quod æstimationem eius rei duplo excedat. veluti agitur ex Furto nõ manifesto, vt §. pœna. sup. de oblig. quæ ex delict. nasc. *Lege Aquilia.* sup. eod. nu. 47. *Depositi, in certis casibus.* sup. hic. nu. 27. *Seruo corrupto.* sup. in tab. *Legato venerabili loco facto.* de quo in lib. loc. com. legal.

Triplum, agitur, cùm actores maiorem vera æstimatione quantitatem in libello conuentionis inferunt, vt ex hac causa litium executores ampliorem summam sportularũ nomine exigant. Harum actionum exempla habes §. tripli. inf. eod. vt & sequenti §. quadrupli. hoc tit.

Qua

Quadruplum, cùm præter id quod debetur petitur quid vltrà, quod æstimationem & taxationem eius rei, quadruplo excedat. Et ex hac actione agitur, vt *Furto manifesto: Quod metus causa: In factum: ex Edicto de calumniatoribus: Cõtra executores litiũ plus debito exigentes.* sup. in tab. nu. 50. Desumpta est hæc diuisio ex §. omnes autẽ. hoc tit. Cuius quidẽ tres actiones in duplũ, triplũ, & quadruplũ, sunt partim pœnales, partim verò mixtę secũd. Iaſ. nu. 2. & Zaſ. nu. 1. & 2. §. omnes. hîc.

Actione in simplũ ergo agimus, dum rem nostram, vel nobis debitam, vel denique pœnã aliquam sine vlla re absolutè persequimur. 90

Vendere cum affectu accipi debet. §. venditæ. sup. de rer. dĩuis. siquidem sine traditione, venditio omnino perfecta non est. Et vendere damnatus intelligitur iusto precio. 91

Furti actio non manifesti, competit quãdocunque fur rem tenere non manifestè probetur. l. nec manifestum. ff. eod. & sup. de oblig. quæ ex delic. nasc. §. nec manifestũ. Et etiã si videris furtũ fieri, te tamen absconderis, cùm furtũ faceret, ne te occideret, non est manifestum. l. si quis in seruitute. verſ. cæterũ. ff. eod. tit. 92

Fur-

93 *Furti manifesti* actio locum habet aduersus furem, quando fur rem tenens visus vel deprehensus fuerit, siue in publico siue in priuato, vel à domino, vel alio, antequam perueniat ad locum, quò perferre rem destinauit. l. 3. ff. de furt. Sed & si talis deprehendatur, vel cum re videatur, & ad eum comprehendendum accurristi, licet abiecto furto effugerit, furti manifesti tenet. l. si quis. 1. §. sed Celsus. ff. de furt. nisi subripientis mutetur status, vt mihi subripuisti in seruitute, manumissus in furto deprehenderis cum re furtiua. Vel si tu pertuleris quò destinabas, teneris furti nec manifesti. Cùm enim deprehēderis cum re furtiua, priùs, quàm eò loci pertuleris, quo destinaueras illo die manere cum furto, tūc fur es manifestus. quæ omnia habes tit. de furt. ff. l. 3. 4. 5. 6. & 7. & de pœnit. distinc. 1. cano. vulgaris.

94 *Actio in calumniatores*, datur contra eos, qui vt alijs falsò in iudicijs negocium faciant: vel si aliquod est, id non faciant, pecunia, vel alia re, aut donario inducti non verentur. etiam secund. Ferr. hoc tit. Itaque *Actio calumniæ*, quam vsus vel certè abusus, sicut pleraque alia præclara legum sancita sustulit, occurrebat actoris

ctoris malitiæ. Nouell. de litigios. §. ad excludendas. quoniam neque decernebatur citatio, neque ad executionem perducebatur, nisi cautione ab actore data, quòd intra duos menses litem contestaturus, vel omne damnum ei qui conueniretur restituturus esset in duplum: cautione tamen non transcendente 36. aureos. probatur l. j. C. de lit. contest. Nouell. de execut. §. j. & hæc quidem cautio initium litis respiciebat. Hodie vix longo tempore peruenitur ad contestationem litis, adeò in præparationibus calumniantur practici. de calumniatore autem vid. plura apud. Dd. & l. j. ff. ad Turp. l. athletas. §. calum. ff. de his qui not. infam. Calumniator ita demùm notatur, si fuerit calumniæ causa damnatus. Neque enim sufficit calumniatum. Vlp. d. l. athletas. Et *calumnia est proprie* 95
alicuius in litibus per fraudem & frustrationem vexatio. M. T. Cice. pro malitiosa & mimis callida iuris interpretatione vsurpat in Offic. lib. j. estque à caluendo, id est, fallendo appellata. sed de hac nos alibi, præterquam in lexico, latius.

Executores sunt, qui post sententiam, inter 96
partes audita omni, & discussa lite, prolatum rei iudicatæ vigorem ad effectum perducunt.

l. penult. C. de execut. rei iud. vbi Bart. l. 3. §. si executor. ff. de negoc. gest. l. 4. ff. de appellat. & sic *executio* de re iudicata dicitur. l. qui pro tribunali. ff. de re iudi. de sentétiæ executione fusissimè d. Bart. l. si miles. ff. eod. tit. & executio plus est quàm cognitio Alberico de Ros. l. à diuo Pio. ff. de re iudic. Et executio, id est, actio iudicati, quam tertius (quod mirũ cuiquam videri posset) impedire potest, ratione interesse quod prætendit. Et dicitur vulgo iste casus contractionis: qui & causa emergens ad pellatur. Executio autem sententiæ, nunc officio iudicis, núc actione in factum fieri dicitur. l. intra de re iudic. vbi. Bart. quandoq; & vtili actione. l. fin. eod.

Actionum quinta di-

Bonæfidei, seu largioris iuris in quibus magis inspicitur bona fides, & iudicis officium multa; veniunt, de quibus inter partes cõtrahentes nil fuerat actum, tales sunt ex Empto: Vendito: Locato: Conducto, &c. negotiorum gestorem Mandati. Depositi, Propositi, Tutelæ, Commodati, Pignoratitia. Familiæ erciscundæ, communi duuidundo præscriptis verbis, quæ de æstimato proponitur, & ea, ex permuttatione cõpetit hæreditatis petitio. & ex stipulatu pro dote. Et harũ exempla ponit Iustin. Impe. §.

actio-

uisione, aliæ sunt

autem, & §. fuerat. hoc tit. vnde hæc diuisio descripta est.

Stricti iuris, quæ nõ ita exuberant in bona fide, & in ijs nihil magis peti potest, aut debetur, quàm de quo expressè partes inter se conuenerunt, vt fit in Mutuo: Commodato, &c.

Arbitrariæ, quæ à iudicis arbitrio seu iussu dependent: & hæ videntur dependere ex actionibus stricti iuris precedentibus. Nam impropriè dicũtur arbitrariæ, actiones. vid. Iaſ. in §. actionũ. nu. j. inf. eod. 98

Quæ distinctio ad officiũ Iudicis proprie pertinet (respiciendo ad causam finalem) & ab extrinseca qualitate seu causa deducta est. Iaſ. in §. actionum. nu. j. inf. eod. vbi memoriæ causa actiones bonæfidei, & stricti iuris his recitat versiculis.

Pignora sciscundæ, communi, pro socioque,
Dotis, & Hæredis, Tutela, cõmoda, gestor,
Præscriptis verbis, cũ æstimat, aut permu-
Ista bonæfidei sunt, stricti cætera Iuris. (tat: 99

Actiones sanè bonæ fidei concisa locutione dicuntur, in quarum formula (vt altius quælibet diuisionis membra repetamus) prætor adijciebat, hæc verba, *Ex bona fide*, Cic. in Topic. In omnibus, ait, iudicijs è quibus ex bona fide, &c. vid. eun-

dem lib.3.offic.Actiones autem bonæ fidei ex æquitate dependent.non quòd vlla sit actio malæ fidei,quoniam in omnibus negocijs exigitur bona fides.l. bonâ. 4.C. de oblig. & act. (cùm nemini certè ex nequitia sua actionem dãdam esse lex permittat) sed ideo, quòd iudex in cognitione potest habere rationé earũ quoq; rerum,quarum inter contrahentes nulla mentio facta est, scilicet,si animaduertat litigatores inuicem,alterum alteri ex bono, & æquo præstare aliquid oportere. §. in bonæ fidei. hoc tit.l. consensu. in fin. de act.oblig.

100 *Actiones stricti iuris*, dicuntur reliquæ omnes,quæ in actionibus bonæ fidei non recensentur, argumento ab enumeratione sufficienti,vt habes in nostris locis cõmunibus argumentandi legalibus. Nihil enim amplius in his cognoscit & pronunciat Iudex,quàm quod nominatim inter contrahentes conuentum sit. l. quia tantundem.de negoc. gest. Actiones igitur stricti iuris,vt sup. Theoph.d.§. actionũ. ait, strictæ dicuntur in quibus præfractè iudicium à prætore definitur, vsq; adeò, vt iudici à verbis formulæ nec lato quidem vngue discedere fas,iusque sit. nam fatuus est iudex,qui pronunciat super nõ

peti-

petitis vel extra conclusiones partium. l. fin. C. de fideicom. libert. de quo nos etiá latius in nostra praxi & figura iudicij. in princ.

Præterea in Schemate dictũ est *actionũ stricti iuris, quasdam esse arbitrarias*, hoc est, ex arbitrio iudicis pendentes: in quibus permittitur iudici ex bono & æquo, non tam secundum persequentis, actorisue intentionem, quàm secundum naturam rei, de qua agitur, æstimare, vt ei satis fieri oporteat. §. prætereà. hoc tit. *Arbitrariæ ergo sint actiones*, in quibus officiũ iudicis exercetur mercenarium, actioni inseruiens, ob aliquod extrinsecum præter naturam actionis, vt cùm iudex arbiter procedit contra reũ contumacem. Zas. d. §. prætereà. Sunt qui vulgatam hanc doctrinam, Quòd in actionibus bonæ fidei sit officium iudicis secundum naturam: in actionibus verò stricti iuris, sit præter naturam earum, impertinentem ostendant & erroneam. 101

Præscriptis verbis actio ciuilis est incerta, remque gestam demonstrat. l. 6. de transac. tit. ff. de præscript. verb. Præscriptis verbis igitur, & in factum, & incerti agere, significãt ferè idem: nec sunt propria actionum nomina, sed actiones quæ- 102

dam generales & innominatæ, propter multitudinem negociorum tolerabiles. l.2.& 3.ff.de præscript. verb. Præscriptis verbis autem persequutiones ex contractibus innominatis appellantur, quia dũtaxat agitur ad id, vt is, cum quo contraximus, fidem suam liberet, sicut verbis, quibus inter nos conuentum est, id po-
103 stulant. *Præscribere* enim inter alia significat statuere, ordinare varijs pactionibus quid fieri placuerit contrahentibus. cum alia non est huiusmodi pactionum forma & exitus, nisi vt seruentur secundum tenorem & prescriptum verborum.
104 *Actio de æstimato* datur tunc, quãdo rem aliquam alteri æstimatam, aut vendendam, aut vtendã damus, sic vt rem ipsam, æstimationemúe eius restituat. At, vt hoc obiter notemus *Aestimatoria actio* dupli-
105 cem habet intellectum. Interdum enim hoc nomine ea actio significatur, quæ de æstimato proponitur, idque dubitationis tollendæ causa, veluti cùm res æstimata vendenda datur Vlp.l.j.ff.de æstimat. & §.actionum. vbi Theoph. & Angel. hoc tit. Interdũ æstimatoria accipitur. quando minoris, vt explicant Gaius l.si quid. 18.& Paul.l.bouem.§.aliquando. ff.de ædil.edict.

Actio

Actionum autem quanto minoris sunt qui 106
distinguant ciuilẽ, à quãto maioris ciuili: non tamen æquidem approbo, vtrùm sit actio quanto minoris, an verò sit simplex quædam adiectio actionis. Paul. l. iustissimè. §. vlt. ff. de ædil. edict. vocat actionem quãto minoris rectissimè etiam æstimatoriam, quoniam in ea res æstimatur, alioquin in redhibitione nil fit aliud quàm quod redditur.

Quanto minoris, & Quanto pluris: Istę ap- 107
pellationes designant differentiam casuum inter res vitiosas, quò pertinet quãto minoris: & res non vitiosas, pluris tamen emptas quàm valeant, quò referendum est Quanto pluris. Alioqui re ipsa idem est, minoris empturum me fuisse, & pluris emisse, si precium respicias, nõ rem emptam.

Permutatio dicitur contractus innomina- 108
tus: vt communicatio rerum exigit dationem: datio, causam: causa, mutuam permutionem & permutio distinguitur in species & formnlas nominatus, & innominatas.

Vide quod permutatio sit nomen, sed 109
quod simplicem illam ac naturalem dũtaxat rationem significet. Cæterùm alij contractus habent nomen propriũ, quod

exprimit ciuilem quandam formulam. Eorum igitur cõtractuum respectu, permutatio censetur innominata. At vt latius huic actioni insistamus: permutationis significatio est duplex: Generalis, & Specialis.

110 *Generalis permutationis appellatio* comprehendit omnes contractus nominatos. Nihil enim aliud sunt contrahendi formulæ, nec aliò pertinent, quàm vt permutando communicentur res mundanæ alteri ab altero, ordine quodam politico ac consensu interueniente: vt cesset confusio absolutæ communionis, paritura dissensiones, rixas, homicidia, ac summã perniciem reipubl. Vt ecce si tu habeas rem, quam ego desidero: certè non est rapienda quasi cõmunis: quia si id fiat, tu vi eam defendes, & perueniemus ad arma. Quid ergò? vtar permutandi medio, hoc est, commutabo tecum dominia, & trãsferam aliquid vicissim ad te, vt vltrò & non grauatè dimittas mihi tuam rem: quoniam causari non potes vllam læsionem. Effectus enim permutationis est ipsa æqualitas vtilitatis inter contrahentes, quæ conseruat pacem.

111 *Permutationis verò specialis appellatio* refertur ad res, quæ pro rebus dantur diuersi

uersi generis. Nam olim in prisca simplicitate, homines sibi species rerum comparabant alijs speciebus, perinde vt nunc pecunia numerata facimus: quippe quòd tunc pecuniæ vsus nondum esset. de qua vtraque significatione est in l. naturalis. ff. de præscript. verb. In hac quæstione, ibi ait Paul. totius ob rem dati tractatus inspici potest. quasi dicat: repetamus originem omnium contractuum, quæ consistit in causis, ob quas alter dat alteri. Itē & permutationis alius meminit Iustin. Imp. in procem. Digestor. quo loci versum Homeri adfert. ex. 6. Iliad.

χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι ἐννέα βοίων.

De hæreditatis petitione habes pluribus in locis sup. quod est satis, præter nu. 23. sup. hoc tit. & inf. eod. similiter de stipulatu, nu. 29. itaque nos conferamus ad sequentia. 112

Denique quod suprà dixerimus *Arbitrarias* impropriè dici actiones, hinc fit, quia sunt adiectiones quædam, quæ comitantur non solùm in rem, sed etiam in personam actiones, vbi videlicet iudici facultas, interesse ex bono & æquo æstimandi datur. idque contingit quadrupliciter, nempe ratione loci: ob iuramentum in litem: ob iudicis interrogationē, 113

vt in noxalibus actionibus: respectu pœnæ, vt in actione, Quod metus causa Zas. §. prætereà. hîc. nu. 2. & nos. inf.

Actionũ sexta diuisione quædam sunt

In solidũ persecutoriæ, quibus nempe aliquis integrum debitum consequitur, sicut fit in omnibus ferè actionibus: Realibus, & Personalibus, de quib. sup. hîc, in prima diuisione.

Tantùm in id quod quis facere potest, quæ dantur ita, vt non restituatur integra summa, quæ petitur aut debetur, sed quatenus facultates personarum, certis priuilegijs munitarũ, patiuntur, deducto eo ne ipsi egeant, vt videre est in peculio filij, aut serui, in restitutione dotis in virum post suæ coniugis obitum. & id genus aliis. §. sunt prætereà, cum §§. seqq. inf. eod.

114 Et hæc diuisio effectum respicit: sicuti actionum species, quæ propter immensam negotiorum diuersitatem variãtur, commodis hisce & seqq. diuisionibus, ex quatuor rerũ causis, videlicet, Efficiente, Materiali, Formali, & Finali productis, summatim hîc explicantur.

115 *Solidum* dicitur quod integrum est, non inane neque, parte aliqua fractum. l. ergo. de fidei con. libert. quæ habet. de

solido

solido sic accipere debemus, id est, intelligere, vt de sorte, & de vsuris. §. creditoribus. ibid. hinc solida legata, integra. l. 14. ff. ad leg. falcid.

Actio de peculio datur contrahentibus, 116
cum seruo, cum filiofamil. & vel patre vel domino volente, vel etiam matre. Datur & quasi contrahentibus cum seruo. quadere retractatur. C. quod cũ eo qui in aliena potest. esse dic. *Peculium* autẽ definietur sit πῆσις τ῀ ὡ᾽ ἄλλοτρία οὐσία ὄντ῀ τ῀πόδη ὑχ, ἢ δ᾽ἄλλ῀. nam graui humanitatis ratione apud Romanos est receptum: vt serui ac filij familiarum, quamuis omnino sub potestate, nihilque proprium posidentes: haberent tamen aliquid bonorum. permittentibus dominis vel parentibus expresè vel tacitè: in quibus administrãdis specimen ederent industriæ, ac quales essent quandoque sui iuris Reipub. futuri probarentur.

Peculium item pro vniuersis bonis & 117
toto patrimonio quandoque sumitur l. 16. ff. ad. SC. Trebell. significabat & veteribus pecuniam peculij causa expositam l. 77. §. j. ff. de leg. j. Peculium apud Francos significare Vlp. ait res extra dotem constitutas l. 9. §. dotis. ff. de iur. dot. cuius etiam mentionem faciunt consuetudines

dines Burgund. & hoc nomen adhuc retinẽt etiamnum Marchiani vocantes *peculiere*, quasi *peculiare*. Nam G & C mutua est enallage.

119 *Restituitur dos* soluto matrimonio, vt restituitur ex SC. Treb. hereditas. vtpote est *restituere*, retrò statuere, id est, in eum casum rem constituere, in quo fuisset, si nihil, aduersus quod facienda esset restitutio, euenisset. & *restituere* videtur, qui in pristinũ statũ reducit, idq; bifariam: vt aut tollat id, quod factũ est: aut reponat, quod sublatũ est. l. 2. §. habere. §. restitutas. ff. ne quid in loc. vel itiner. pub.

120 Quid autem de *dote* restituta sit sentiendũ, d. est sup. in alijs libris. item quid *doti* respondeat, itaque his nec amplius hæreamus, aliò deflexuri.

Actionum septima diuisione aliæ sunt

Natiuæ, quæ oriũtur ex obligatione seu materia præexistente, quæ per se efficax est ad producendã actionẽ.

Datiuæ, quæ ex materia præiacente & debili proueniunt, nec possunt producere actionem, nisi à lege, prætore, æquitate, aut consuetudine, iuuentur. Bart. l. j. nu. 5. ff. de act. & obli. & Zas. hîc. nu. 8. & 9.

121 Hæc est diuisio, ad causam efficientem se referens. nam si introspicias *actionem*, im-

imprimis *Natiuam* reperies eam dictam
esse, quæ habeat materiam præexistentẽ,
quæ sufficiens & efficax sit, vt ex ea oria-
tur actio. sicut sunt contractus, & cõuen-
tiones legitimæ, ex quibus, tanquam pro-
les ex matre, natiuæ prodeunt actiones.
Actio vero datiua dicenda quòd sit, quæ
instar imperfectæ prolis materiam ha-
bet præiacentem, quæ non est sufficiens
ad producendum perfectè actionem, nisi
aliorum auxilio adiuuetur, vtpote dictũ
est, lege, prætore, &c. vt habet etiam Zas.
in prologo tit. de act. hîc. Hanc interim 122
distinctionem siue rationem vtilium a-
ctionum à Doctoribus inuentam præter
exemplum Iuris scripti, nec subsistentem
vlla ratione, arbitrarer esse cõsiderationẽ
ociosam: vt teste Alciato nusquam Iure
nostro hæc differentia legitur, sed pro-
miscuè datur & noscis *Natiuum* in quo a- 123
liquid nascitur, vt natiui coloris. l. si cui.
§. lana. de leg. iij. haud scimus an rectè na-
tiui, pro naturalis, ibidem accipiatur. si-
quidem naturale propriè, quod secũdum
naturam est, signat. Sic naturales filij di-
cti. Et sic *Datiuum* quod datur: & sine ad-
iumento alterius tale non est.
Lege autẽ agere, simpliciter pro eo accipi 124
tur, ꝙ est actionẽ & querelã intẽdere, ꝙ
vul-

vulgò dicimus, de iure proponere. Significat etiam exequi sententiam, siue iussum iudicis, vt est gulam laqueo frangere, securi ferire, & id genus vlteriorem excludens intercessionem. Vlp. l. Barbarius. ff. de offi. prætor. An fore, inquit, propter vtilitatem eorum qui apud eum egerũt, vel lege vel quo alio iure. Itaque lege agere, est autoritate legis aliquid facere, quasi aut iubente, aut permittente lege.

125 *Et legis actio* quid, & qua olim verborum solennitate fiebat. Alciat. indicat. l. pecu
126 niæ de verb. signi. *Aequitas* est iustorum condecentiumq; remissio moderatio in cõmercijs, ordo naturalis animæ, quo ad honesta & turpia: seu, est perfecta ratio. quæ leges, & omne scriptum dictumque interpretatur, emendat: ex qua ius manat, quod bonum & æquum dicitur, nullo scripto comprehensum, sed in sola vera ratione consistens. vt habet Salomon.
127 in coõmnet. in tit. de iust. & iur. *Aequitas verò actionis* omnem metum eius obolet. Vlp. l. non solum is. ff. de iniur.

Actionum, octaua di-

Directæ, quæ expressis verbis fundatur in iure: vel ob identitatem seu cõuenientiam rationis ex mente legis alicui conceduntur. Et harum quidem aliæ, *quæ opponũtur contrarijs,*

& sunt

uisione ex causa efficiante, aliæ sunt

& sunt quæ respiciũt, & quæ dantur principaliter contrahenti, & aliam partem obligãti. *Quæ opponuntur vtili.* Zas. §. prejudiciales. hîc. & de his nos sup. latius. hoc tit. nu. 81. 82. 83. & hæc diuisio alijs ponitur nono loco: & fit ex eo, quod est. l. ante penult. ff. de negoc. gest. item §. vlt. & penult. sup. de leg. Aquil.

Directa ergo actio censetur, qua id per- 128
sequimur, quod ex natura conuentionis immediatè, & æquè principaliter inuicẽ debetur à contrahentibus, scilicet, quia vtriusque gratia sit contractum.

Vtiles denique actiones sunt quæ defici- 129
entibus legum, vel edictorum verbis æquitate suggerente, & vtilitatis gratia ad speciem propositam adcommodatur. l. 19. ff. de præscript. verb. l. 5. §. si actori. ff. de const. pec. l. 2. §. quanquam. ff. de aqua plu. & quod his opponantur actiones directè, quæ ex verbis legis descendant, nemini dubium esse debeat, cùm vtiles inflexæ sint, & (vt Theophilus vocat) πλαγιασικαὶ. Quandoquidem quoties lege aliquid vnum vel alterum introductum est, bona est occasio, & cętera quæ ad eandem vtilitatem tendunt, vel interpretatione,

tione, vel certa iurisdictione suppleri. l. nam vt ait. ff. de legib. & SCtis. Castrens. l. curatoris. C. de negoc. gest.

Actionum aliæ sunt nona diuisione

Directæ, quæ oriuntur ex contractibus in quibus nomina ipsorum contrahentium sunt distincta, & competunt principaliter ius alicuius rei habenti & contrahenti, aliamq; partem sibi obliganti, vt Commodanti, & Deponenti, &c.

Contrariæ, vbi nomen contrahentis ab alio discedit, & respiciũt ad eum, ad quem ius rei minus principaliter spectat, vt possit repetere expẽsas seu sumptus, si quos in ea re fecerit, vt in Commodato, Mandato. Et hæc diuisio fit ex eo quòd lex vocet actiones quasdam directas, & alias contrarias, vt etiam & glos. l. con sensu. ff. de act. l. furti. ff. de his qui not. infa. & Zas. d. §. præiudiciales. num. 19. & 20. & hoc lib. de pœna tem. litig. §. ex quibusdam.

130 Hęc diuisio est vel ad causam efficientem vel materialem pertinens. nam *Directæ* principaliter ratione obligationis expressæ competunt: *Contrariæ* verò in consequentiã obligationis tacitę veniũt: velut dum aliquid exigitur præter substan-

stantiam contractus: dictæ: quod è regione competant.

Actionum decima, diuisione, aliæ sunt

Vniuersales, quibus in vniuerso Iure alicuius rei corporalis repetendæ vtimur, & huc pertinet, Petitio hæreditatis, Familiæ erciscundæ, Actio ex testamento, Actio pro empta hæreditate, Actio peculij, Dotis iurisdictionis.

Generales, quæ plures sub se articulos seu capitula rerum petendarum complectitur, vti Tutela, Societas.

Singulares in quibus res singulatim seu particulariter petuntur in iudicio: vt in glos. l. j. super verbo proinde. ff. de edend. Hæc diuisio autem conglutinatur ex eo quod habetur. ff. de re. vendic. l. j. & ff. pro soc. ff. pro soc.

Causæ finalis est hæc diuisio: Et quidem *Actionibus vniuersalibus* persequimur corpus aliquod iuris, multas continens res cum augmento & deminutione vt l. pecuniæ. §. hæreditas. ff. de verb. sig. l. peculium. in princ. ff. de pecul. *Generales* verò sunt quæ cõpetant ad hoc generale & est, diuersas rerũ species, adeoq; totas negociationes complectens, vt tutela, quæ non de vna tantùm negotij spe- 131 132

cie, sed de toto administrãdi patrimonij pupillaris genere accipitur. Igitur actio huc pertinens, rectè nuncupatur generalis: sic & societas & alia negotia. *Singulares denique seu Speciales actiones* censentur, quibus id persequimur quod natura sua, & quantum ad iuris interpretationẽ attinet, speciale est, etiamsi accessoria quædam habeat. Vt equus, vestis, domus, fundus, & cæteræ id generis res. l. j. vbi Dd. ff. de rei vendic.

133

Actionum in vndecima diuisione aliæ sunt

Temporales, quæ ad persequendum ius nostrum annales sunt, vt hæ sumuntur pro Prætoriis, quia sui nempe vt d. est natura sunt annales tantùm.

Perpetuæ, quæ ex Iure ciuili descendunt, quæ sunt *ciuiles actiones* licet antiquitus omnes actiones, siue ex lege xij. tab. plebiscitis, SCtis. legibus siue ex principum constitutionibus proficiscantur, quæ perpetuæ erant, hoc est, in centesimum fortè annum vsque, imò & vltrà fortè, competebant.

134 Vid. glos. l. j. C. de præscripti xxx. vel xl. annor. Sed quia ius vigilantibus scriptum esse, communi verbo dicere solemus, constituentibus diuis Principibus fa-

factum est, vt actiones certos fines habeant, vltra quos non viuunt: & sic perpetuitas illa vetus ad xxx. iuges annos vulgò est restricta & coarctata, vt quàm ligisimi temporis, & sic perpetuam communiter vocamus. l. iij. de præscript. 30. annor. ad similitudinem perpetuæ illius & antiquæ actionis quæ supra hominis vitam olim extendebatur. Quare omnes actiones, quæ antiquitus perpetuæ fuerant, nunc temporales sunt, & ad certum tempus per Constitutiones coarctatæ. vid. Ferrar. tit. de perpet. & tempor. act. hoc lib. ex qua rubrica ista diuicto est extracta.

Actionum xij. diuisione aliæ sunt

In hæredibus transitoriæ, Non in hæredes transitoriæ: de quibus parũ tetigimus sup. in tab. post nu. 61. hic posita. Et fit hæc diuisio ex eo quod inueniatur §. non autem omnes. hoc lib. de perpet. & tempo. act.

Actio in xij distinctione aliæ

Infamant, quæ suggillant & notãt apud graues homines & iustè quidem condemnatis, furti, bonor. rapt.

Non infamant, quæ non detrahant aut afficiant apud graues & bonos. Iniuriarum, De dolo malo, Tutelæ, Mandati, Depositi, scilicet directa nõ

contraria. Item, pro socio, quæ cùm vtrunque directa sit, vltrò citroque damnatũ infamia notat. Et generaliter *omnium publicorum iudiciorum accusationes.* §. ex quibusdam. hoc lib. de pœn. temer. litig. l. j. de his.

135 Reliquę actiones omnes non infamãt, quoniam inter famosas nõ recensentur, argumento ab enumeratione partium, quod argumentum est necessarium, atq; adeo receptissimum est. l. patre, qui not. infamil. & ibi Bart. & Bald. ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur. l. 5. §. hæres. ff. de act. & oblig. & vid. §. sic itaq; discret. eod.

136 *Pro socio actio est* in personam, atque vtrunque directa competens ad ea quæ ll. cõstitutionis pactoúe comprehensa sint, idque finita societate. l. 3. & 5. C. pro soc.

Actionũ xiiij. diuisione aliæ sunt — *Simplices, Duplices,* & id discriminis fit ex eo quod legitur hoc lib. de interdict. §. tertia diuisio. & §. seq. & ff. de interdict. l. ij. in princ.

Et postremo — *Ex contractu,* quæ & natiua dicitur testamento Bartolo, cuius definitiones Zasius probare videtur lib. 2. respons. sing. cap. 5. & de hac sup.

Fx

actionũ aliæ sunt.

Ex testamento, de qua item actione nos alibi latius: & concordat cum *actione Ambulatoria*. l. vlt. §. j. C. de furt.

In factum de hac variè supra d. est: nec tamen laudo hanc diuisionem, licet à lege trahatur. l. quoties. ff. de act. & oblig. vt & nonnul. al.

Actionũ licet etiã aliæ habeantur

De peculio, Quod iussu, De in rem verso, Tributoria, Exercitoria, Institoria, non tamen propriè sunt actiones, sed qualitates, quæ secundum id quod est in peculio, vel quod est iussum, vel in rem versum alijs actionibus adijciuntur, nec vid. apud Vlp. l. actionum. 25. ff. de oblig. & act. qui vera genera & ortum actionum tradit ibi, cuius verba huc non transfero. licet tamen non ignorem plura esse genera quàm ipse ibi retulerit vel ego hactenus.

Velut actiones sunt hæ dictæ.

Interrogatoriæ, quæ ab interrogatione iudicis, qua reum in iudicio interrogat, moderantur: nuncupatæ sic ex re ipsa. l. j. in princ. de interrog. act.

Noxales, quæ ob ſerui noxam cõtra dominum datur.

Pro amico, quæ dantur contra amicum, ſi amicitiam prodidit, aut deſtituit. Hęc tamen (ſi verum fatear) nõ à prætore datur, nec apud iudicem intẽditur, vt à iure non prodita, ſed de ea iudicant æqui & boni in ſermone: & eius opinio vileſcit, qui amicitiæ ius prodidit.

Arborum furtum Cæſarem ex leg. xij. tabul. deſcendentes, quæ habent condemnationem aduerſum eum qui arbores furtum cædit, inſcio & inuito domino. l. j. ff. arb. furt. Cæſ. & competit cõtra ipſum damnum dantem ad duplum damni dati. l. furtim. 7. ff. eod. In quo caſu etiam competit huic actio legis Aquiliæ: ita tamen, vt deducere poſsit in cõdemnatione, quod actor conſecutus eſt altera actione: Et appellatione arborum etiam vitem, ederam, & arundinẽ contineri Vlp. ſcribit. l. 3. ff. eod. Pœna autem 25. ſiclorũ æris erat ex lege xij. tab. quam refert Plinius lib. 7. c. j.

Beneficiariæ, quas Dd. vocant conditiones ex lege non ſcripta, vel ex moribus, cui & adſtipulatur Bart. l. j. ff. de condict. ex lege.

Centumuirales, quæ tentari debebant in cen-

centumuirali iudicio, quod centũ quinque virorum erat. l. Titi. §. j. ff. de in offi. testa. quibus hasta erigebatur, vt scirent iudicandi tempus. sicuti nostro sæculo Scultetus vulgò, Ampmānus, Marchio, Lutinantus, Ballierius, solenni baculo, veluti hastula, manibus prętento, iudicij autoritatem asserere solet. Zas. l. ij. ff. de orig. iur. de quo nos etiam dilucidè (etiamsi dicamus) in Thesauro nostro priscorum Philosophorum. Dictum est centum quidem viris (non autem à Senatoribus, qui Romæ centũ erant, rempublicamque curabant, non dantes operam iudicandis cõtrouersijs priuatorum.) Nam cùm essent Romæ xxxv. tribus, quæ & curiæ sunt vocatæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum: qui centumuiri appellati sunt. Et licet quinque amplius quàm centum fuerint, tamẽ quo facilius nominarentur, cẽtumuiri dicti sunt. Sic septuaginta interpretes dicti sunt, quum tamen duo & lxx. essent teste D. Augustino lib. de ciuit. Dei xviij. cap. xliij. de quo etiam vid. Bud. l. ij. ff. de orig. iur.

Cautionis iudicio sisti condictitiæ competens ei qui stipulatus est iudicio sisti aduersus reum ipsum, vel fideiussorem eius

qui promisit.l.ij.qui satisd. cog. Hæc aliàs pœnam persequitur,si est in promissione: aliàs rem ipsam, hoc est id quod interest. l. ij. §. vlt. & l.seq. ff. qui satisd. cog. Actio verò cautionis iudicio sisti in factum prætoria, semper est pœna persequutoria.

Cautionis vsufructuariæ, quæ tam multa habet singularia,ut non sufficiat actorem remittere ad ordinem stipulationũ communem: nec est superflua, sicut Dd. in obscuram disputationem torquent: imò est valde necessaria, quum etiam obstet futurę leuitati vsufructuariorum.

Cirographariæ, quæ promissiones sunt, debitoris manu vel scripta vel subscripta,signataúe signo vel manuali vel consueto. l. chirographis ff. de administrat. tutel.

Circulares,seu circuli,(vt Saltabellum vocant formularij)l.j.§.cùm prędium pign. & l.vsucapio. C. eod. tit.sed falsa harum est imaginatio, sicut Bart. quoque animaduertit in iam citata l.vsucapio.

Ex constituto, velut cum quis sine stipulatione debitum se soluturum,constituit prǫ se,vel pro alio. Et aliquanto fortior talis actio quàm nudum pactum & aliquanto fragilior stipulatione, talem conuen-

uentionem frequentissimam videmus inter mercatores Antuerpiæ, Londini, Venetijs, Parasijs, Lugduni, Francfurti, Madridæ, & in alijs celeberrimis mercatorũ emporijs & foris, vbi quotidie mittuntur epistolæ, nuncij, chirographa quę in fidem fundantur, & nihil aliud sunt quam constitutum.

Emphyteuticæ, quas prætendant Colonarij seu rustici, de quibus eorum contractibus. vid. locos nostros communes argumentandi legales.

Exemptæ Vlp. sic erunt, inquit, accipiendæ, si desierint agere posse. Quibus id modis eueniat, idem explanat. l. sed etsi per prætorem. ex quib. caus. maior.

Ad exhibendum non iudicij præparatoriæ, sed alterius actionis sunt, non solùm cum rei vendicatione, sed etiã cum communi diuidundo, vel petitione hæreditatis agimus. Alciat. in procem. C. de edend. & actio in rem scriptæ. Zas. omniũ. hoc tit.

Exercitoriæ, quando dominus nauis, quem patronum nominant, pręponit seruum vel filium, vel alium quempiam naui vehendę: quicquid à vectoribus, id est, qui vehuntur, contrahitur cum proposito nauis: eius rei datur actio exercitoria

in dominum, qui nominatur exercitor. Zaſ.§.actiones.hic tit.

In factum ex iuramento, dantur vbi informiter iuratum eſt.

Hæreditariæ, quę ad hęredes, vel contra hęredes præparãtur & intentãtur. Item, quæ ab hæreditatibus, vel contra hæredes initium ſumunt.

Hypothecariæ, eoncordant cum Seruianis ferè de quib. nos ſup.

Ingrati, id eſt eius qui contemnit eum à quo beneficijs adfectus eſt quę naſcũtur, inquam, ex delicto ingrati bifariam. ſemel enim conceduntur ob reuocandum liberalitatis beneficium. & tũc quia perſonæ ſtatum reſpicit, velut prę iudicialis, cenſentur in rem actiones. Iterum dantur ad reuocandas res donatas quibus ſe accipiens indignum fecit: tunc ſunt in perſonam conditiones ex lege vt habes tit. C. de reuocand. donat.

Inſtitoriæ quibus dominus inſtitorem conuenit, vel per inſtitorem cõuenitur. Eædem item cõpetunt, cùm dominus filium, vel ſeruum vel alium liberum hominem præponit certę negociationi quęſtuariæ: puta emendis vel vendendis libris: quia iſte qui præponitur nominatur inſtitor. & ideo quod contrahitur ſecum

datur

datur actio institoria.

Internecij, pro accusationibus, seu iudicijs homicidij, in Cod. Theodosij: voces quas alibi vix reperire est.

Iudicij mutandæ causa factę, continent damnum, quod propter duriorem causam supposiți aduersarij passi sunt.

Iudicati, & actiones facti, sunt diuersa nomina, sed eadem res, nisi in iuramenti delatione. Nam ibi propriè venit actio in factum. Zas. l. intra. ff. de re iudic. & mea quidem sententia, nec *iudicati, seu rei iudicatæ* actio in factum nuncupanda est licet id Accurs. putarit, non enim quia factum est agitur, sed quia iudicatum est. *Iudicatum autem est siue res iudicata* quæ finem controuersiarum pronunciatione iudicis accepit. Quod vel condemnatione, vel absolutione contingit, videlicet, iusta ac valida. Alioqui si nullius momẽti sit, non potest temerè cõdemnatio vel absolutio dici. l. j. & l. iij. §. condemnatũ. ff. de re iudic.

Iusiurandi, quibus actor petit reum ad præstãdum illud condemnari, quod delato per eum sacramento, & per iudicem comprobato, sibi deberi iurauit.

Legis, cùm executiones faciendæ sint. de quib. vid. comment. nostros in titul. de

de verbor. ac rer. sig.

Male iudicati, his meritò iudicantium temeritas reprimēda fuit, quomodo nullum in republ. genus hominum pernicioſius nocere poteſt, quàm iudices, ſi concredita ſibi poteſtate abutantur. Itaque fuit introducta hæc actio in factum. l. vlt. ff. de extraord. cognit. & ſup. de oblig. quæ quaſ. ex delict. naſc. §. vlt. l. filiusfamilias. ff. de iudic. l. vlt. C. de pœn. iudic. qui mal. iud.

Liberales, quæ inter præiudiciales numerantur SCto introductę, quarum meminit Vlp. l. cognitio. ff. de liberal. cauſ. tametſi prætor tā multa adiecit, vt propemodum diſputabile videatur, vtrum ſenatui, an verò Prætori tribuenda ſit hæc actio. Quare Iuſtin. §. præiudiciales hoc tit. ex quibus (inquit) ferè vna illarū legitimam cauſam habet, per quam quæritur, an aliquis liber ſit. Cæteræ verò ex ipſius prætoris iuriſdictione ſubſtātiam capiunt. quod Accurſ. non percipiēs, rem planām inuoluit.

Noxales quæ non ex contractu, ſed ex noxia atque maleficio, quod pœnam vltimi ſupplicij non habet, ſeruorum aduerſus dominos inſtituūtur. harum vim explanat Caius. l. j. de noxal. act. Et profectò

fectò noxialis actio semper caput sequitur,id est,aduersus eũ exercetur,in cuius potestate est seruus qui noxam admisit. l.sed si vnus.§.si iussu domini.ff.de iniur. l. rem mihi. §. in exercitu. ff. commod. Porrò Impe. Gordianus, Noxa caput sequitur prouerbialiter extulit. l. licet.C. an seru. ex delict. quoniam vt M. Cato ait,nequiter factum, semper durat,& reum comitatur.

Oneris auersi.nomenclatura huius licet abolita sit, re tamen ipsa manente id factum : videlicet vt quicquid de casibus fortuitus conuenisset,id per actionem ex locato & conducto exigeretur:vt probat Bart.l.in naue,& l.si quis fundũ.in princ. ff.locati & cond.l.licet.C.eod.

Paulinæ seu reuocatoriæ. de quibus. l. videamus. §. in Fauiana. ff. de vsur. & nos inf.hac tab.

Pecuniæ constitutæ, ex nudo pacto, sine stipulatione interposita aboriuntur.

Constituta autem pecunia dicitur, quando pro se quis, vel pro alio constituit se soluturum, ad similitudinem fermè fideiussionis.

Populares, quæ suum ius populo tuentur.l.j.de popul.act.cuius uerba clarius.l. j.ff.de loc.& itiner.public.

Pos-

Possessoriæ, quæ ex bonorum possessione conceſſa proficiſcũtur. ſicut diximus ſupra poſſeſsionis actiones, item hæreditarias actiones iuxt. l. penult. §. ſed nunquid. ff. de bon. libert.

Redhibitoriæ, *ſeu redhibitiones*, quibus experimur contra venditorem, vt cogatur reſtituere præcium, & retrò quod tradiderat accipere. vt conſtat per tot. ti. de ædil. edict. *Redhibitio* eſt emptionis reſolutio. ff. de acq. poſſeſ. l. Pomponius. §. pretereà. ſub fin. Itẽ redhibitio eſt quędã in integrum reſtitutio. l. cum autẽ redhibitio. §. iubent. ff. de ædil. edict.

Receptitiæ, ab accipiẽdo ſeu recipiendo dictæ. In eas actiones (quod amplæ fuerint, & latè patuerint) venerat, quicquid permittebatur deliberatius & citra ſtipulationem rerum ſiue fungibilium, ſiue non fungibilium. Zaſ. §. in perſonam. hoc tit. hæc actio & rei vxoriæ omnino ſunt ſublatæ. l. j. C. de recept. act. & l. vnica. in princ. de rei vxor. act.

Reuocatoriæ, contra eos competentes, in quos res & bona debitoris alienata ſunt titulo oneroſo, ſi iſti poſſeſſores fraudem debitoris ſciuerunt, id eſt, participes fraudis fuerint. Zaſ. §. item ſi quis. Inſtit. de act.

Seque-

Sequeſtrariæ, à ſequeſtro vocatæ apud Pompo. l. ſi in Aſia. §. cũ in ſequeſtro. ff. depoſ. Item Vlp. l. ſi quis adfirmauerit. §. labeo. ff. de dol. mal.

Ex ſponſo, apud antiquos intendebatur interdũ cõtra improbè aliquid negãtes, ſicq; aut ſuſcipere ſponſionem, aut fateri cogebantur. fiebat autẽ *ſponſio* plerunque in interdictis. Quintili. lib. vij. extatque formula ſpõſionis apud Cic. in Orat. pro P. Quint. & exempla apud eundem quoque, & Liuium. Budæus admonet, ſi quis Cic. pro Cecinna tot. legerit & intellexerit ſatis intelliget quid ſit ſponſio. eſt alia ſponſio. l. rebus. de aliæ vſu. & de qua Spiegel. in ſu. lexic. ſub liter. ſ.

In temerè litigantes, qui parentes, aut eos qui parentum loco ſunt, in ius prius vocauerint, quàm veniam prius à iudice impetrarint.

De tigno iniuncto, quę in duplum ex leg. xij. tab. deſcendunt. l. in rem actio. §. tignum. ff. de rei vendic.

Tributoriæ, de his Iuſtin. §. introduxit. Quod cum eo qui in alien. datur creditorib. qui cum filiofamiliàs, vel alieno ſeruo, in merce peculiari contraxerunt. l. j. & penult. ff. de tribut. act.

Tri-

Tributum autem hîc accipi debet id, quod inter creditores serui negociantis, & dominum, cui idem seruus quoque debet: tribuitur, id est, distribuitur pro rata eius quod cuique debetur. Indetributoria actio dicitur, quasi contributoriá.

Tritinariæ, seu conditiones, &c. triticianæue actiones. veteres *Tritici* appellatione intellexerunt opes terræ, cum omnes consisterent in pecoribus, & culturis terræ. Hinc dictæ triticiariæ condictiones vel actiones, quibus oēs res nobis debitæ, siue certæ sint, siue incertæ, siue immobiles sint, siue soli, siue corporales siue incorporales, vt in vsufructus, Seruitutes rusticæ vel vrbanæ petūtur, excepta pecunia numerata: quæ in certa debetur, habet suā condictionem. l. j. ff. de condict. Tritic.

Vectigales. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damni infect.

In vi eximetē, quæ dātur aduersus eum qui in ius, hoc est iuris experiundi gratia vocatum, vi exemit, id est, quoquo modo, sed violenter impedit.

De superficie quasi in rem: quę competūt ei, qui superficiem habet in alieno solo ficiem, nomine conducti ad repetendum super si possiderat. ff. de superfic. l. j. §. qui superficiem. in fin. & §. quod ait. vers. & sa-

& sanè. Porrò hæc extraordinaria est: quia interdictum adpellatur. d. §. qui superficiem, iunct. rubr.

Certi, quæ ex certa & nominata contractus forma natæ, nec secundum verba contrahentium, sed secundum iuris ordinationem intenditur, vt apparet ex l. cum mota. C. de transact.

Incerti, non quod ipsæ in se sectantur incertos articulos, sed propter disiunctiuam vel alternatiuam petitionem, & incerti facti persecutionem: videlicet, vt reus aut præstet promissa, aut cõdemnetur in id quod interest. l. ob eam causam. ff. de præscript. verb. l. fin. C. de rer. permutat.

Si verò plures petas actionum species, 138
vel nomina ficta earum, aut per legas rubricas corporis Iuris ciuilis, quibus te iues, aut accedas nostram praxim & figuram Iudicij, seu processum. Actionũ quidem regulariter omnes species solidum debitum præstant. minus autem persequimur in affectu, aduersus eas personas, quę condemnantur in id duntaxat, quod facere possunt, habita ratione, vt non perducantur ad nimiam egestatem. §. sunt præterea. hoc tit. Recitatis itaque hisce 139
hîc præcipuis actionũ diuisionibus, quarum

rum cognitio Doctrinam Totius huius tituli faciliorem reddit, circa eas & nunc hæc diligentissimè considerandà veniũt de causis, quæ in qualibet materia sunt etiam alibi dicẽda. Nam reliquarum quatuor diuisionum enumeratio in suum locum videlicet. 8. 12. & 16. titulos breuitatis ergo differetur.

139 Efficiens causa actionum remota in genere est, Ius gentium, quòad originem, & ius Ciuile, quod ad earum ordinẽ seu reformationem attinet. Quam opinionem Zas. §. j. hîc. num. 3. & 7. lib. 2. singul. respons. cap. 5. num. 5. & 7. tuetur. licet alij Dd. actiones etiam origine & inuentione iuris Ciuil. esse contendant. de quo Bart. l. ex hoc iure. nu. 13. ff. de iustic. & iur. Alciat. in rubr. C. de pact. num. 10. & Ias. d. §. j. hîc. nu. 35. Iuris tamen fundamenta magis videntur colorata & approbata pro sententia Zazij: vid. Mynsing. quoq; in d. §. j. nu. 4. Efficiens causa propinqua seu immediata in causa reali, est dominium vel quasi: in personalibus verò obligatio, secund. Zas. in præallegato loc. & Mynsing. in §. 2. nu. 12. Subiectum consistit in tribus personis, quæ quodlibet iudicium constituunt, videlicet in Actore, Reo: & Iudice.

Actor

Actor (de quo etiam sup. tetigimus) *dicitur is, qui primum in ius vocat Reum conuentum* cuius est *forum sequi* in ciuilibus & criminalibus causis, siue per se, siue per idoneum procuratorem Bald. l. libertus. in fin. ff. de in ius voc. glos. l. in criminali. C. de iurisd. om. iud. & tot. tit. inf. de ijs per quos ager. poss. & nos in nostro processu paulo ante citato. & l. actor. C. vbi in rem act. exerc. deb. l. iuris ordinem. C. de iurisd. om. iu. c. si quisquam. vj. q. j. & c. pulsatus & c. neminem. iij. q. vj. & c. si clericus. ibi & c. cum sit generale. extr. de for. compet. Sed obijcies contrà. l. fin. in fin. C. vbi in rem act. extr. deb. & c. sanè. extr. de for. compet. vbi actor debet conuenire reum sub illo iudice in cuius prouincia res est litigiosa, seu quæstiosa. Sed obiectioni occurrendum, vt dicas, quod ratione rei de qua agitur, sortiri quis forum teneatur, vt ibi: Sed iterum obijcies de c. quod clericis. extr. de for. competen. vbi actor non conuenit reum coram suo iudice in ciuitate Parisiensi in causis pecuniarijs. Solues tamen, ibi speciale Parisijs, quia Episcopus ibi habet tēporalem iurisdictionem vt ibi notat glos. denique oppones argumētum contrà, de authentic. habitá. C. ne filius pro patre, vbi scho 140

lares agunt apud tres iudices quos sibi elegerint. Sed dilues, ibi fauore, & priuilegio scholarium.

171 *Actorique onus probandi incumbit*: eo enim non probante reus absoluitur. l. qui accusare. C. de edend. l. ij. C. de prob. l. fin. C. de rer. vend. c. cum ecclesia Sutrina. extr. de caus. prop. & possess. & c. j. vt eccle. benefic. sin. dimi. conser. Quoniam iura etiam valent vt actore non probante reus nullam defensionem vel probationem præstet. l. frustra. & d. l. actor. C. de probat. in c. accusator. vj. q. v. dices tamen contrà, de l. in exceptionibus. ff. de prob. vbi reus probare teneatur sicut actor. Sol: exceptionē suam probat reus, vt ibi, non intentionem actoris. Obijc. secundò contrà, de l. circa. ff. eod. titu. vbi reus probat. Respond. ibi reus transtulit in se onus probandi. Repugnabis tertiò, de §. edenda. ff. de edend. l. j. vbi reus exhibere tenetur instrumenta agenti. l. qui dand. Cùm reus vsurus est instrumētis, edit illa, aliàs si nolit vti illis, non exhibet aliquo modo ad fundandam, scilicet intentionem actoris. l. qui accusare. C. eod. tit. Quartò allegabis obstare l. ne quisquam. ff. eod. tit. vbi instrumenta exhibentur agenti pro fisco. Resolutio:

spe-

ſpeciale eſt ibi in cauſa fiſci, quod fiſco eduntur ad fundandam intentionem ſuã. vel dic quod ibi fiſco eduntur ad ſuam replicationem fundandam. vt ibi not. Bart. vltimò oppones quæſtiosè de l. argentarius. in princ. ff. de edend. vbi tenetur argentarius reus edere rationes aduerſario actori. determinatio, ibi textus loquitur de rationibus communibus vtrique & argentario & argenti. non mirum igitur, ſi eas edere teneatur. l. prætor. in princ. ff. eod.

Reus eſt qui certa de cauſa conuenitur in iudicio, habetque facultatem ſeſe defendendi, tam per ſe, quàm per alium, cuius quaſi proprium eſt fugere ſeu declinare iudicium, oppoſita aliqua exceptione. l. properandum. §. & ſi quidem. & ibi gloſ. in verſ. per te fugiente. C. de iudic. & d. tit. de ijs per quos ager. poſſi. Sic dictus à re, quæ ab eo petitur. Quamuis enim conſcius ſceleris non ſit, quamdiu tamen in iudicium pro re aliqua petitur, Reus appellatur. c. forus. §. reus. extr. de verbor. ſignifi. & hic iuſtis de cauſis litigans non condemnatur in expenſis. vt Cagnol. l. qui in ius. num. 25. ff. de reg. iur.

Iudex eſt qui ius dicit populo, ſeu de iure diſceptat. c. forus. §. in omni. extr. de verb.

sig. sed de speciebus iudicium, vnumque officijs. inf. dicetur. tit. de offic. iudic. *Iure autem disceptare est iustè iudicare*: Iudicis igitur appellatione non venit, si non in eo est iustitia.

144 *Obiectum est forensis* controuersia, quæ mouetur aut de rebus corporalibus aut incorporalibus: vt de seruitutibus & alijs iuribus, item controuersia quæ versatur circa personas, quæ alijs obligatę sunt, vel ex contractu, aut quasi contractu: Item ex delicto, aut quasi delicto. omnium enim actionum (quibus vtimur) natura est, vt in personam, aut in rem dirigãtur, vt etiam vult Zas. §. omnium. num. j. hoc titul.

145 *Forma* est ius persequendi in iudicio. d. §. j. hic. Idque in libelli conceptione, in qua tota vis iudiciorum respectu actoris consistit, & cuiusque actionis naturam complectitur.

146 *Libellus autem est breuis & ordinata scriptura, claram continens & demonstrans tam parti quàm iudici actoris intentionem.* Dyn. in Authent. offeratur. C. de litis contestat. & Castren. l. ampliorem. §. in refutatorijs. nu. 4. C. de appellat. & hic est duplex, Conuentionalis, Querimonialis.

Conuentionalis libellus est, qui in causis ciui-

ciuilibus. & Querimonialis, seu accusatorius, qui in accusationibus criminalibus offertur. l. libellum. ff. de accusat. & Specul. in tit. de libel. oblat.

Libelli autẽ offerũtur triplici de causa, scilicet

Propter Actorem vt ipse suum ius declaret.

Propter Reum: Reus enim & libello instructus deliberare poterit, vtrùm velit cedere luti, an verò actione contendere, l. j. ff. de edẽd.

Propter iudicem: vt videlicet iuxta libellum sententiam ferre possit. l. curare. inf. eod. & l. vinum. & ibi Iaſ. ff. ſi cert. pet.

Et quod ſententia debeat eſſe conformis libello, &c. iuxt. l. fin. vbi Bald. C. de fidei commiſſar. libertat. d. eſt ſup. & dilucidius in princ. noſtræ praxis & figuræ iudicij. Quilibet autem bonus *libellus* eſt inuerſus *ſyllogiſmus* Dialecticus (vt obiter ſup. tetigimus.) Vt enim in ſyllogiſmo ritè facto continetur Maior, Minor & concluſio, ita eædem partes, videlicet *narratio facti, medium concludendi & concluſio recitantur* in quouis libello iudiciario. ſecund. Bald. l. ſi prius. ff. de nou. oper. nunciat. 148 149

Facti autem narratio nil aliud eſt, quàm minor apud Dialecticos, quæ præponi- 150

tur interdum, vt melior sit disposítio. nam Rhetores sæpe minorẽ maiori propositioni propter concinnitatem præmittunt.

151 *Medium vero concludendi* esse medium terminum, de quo præcipiunt Dialectici, non est dubium. Is enim nexus est duarũ præmissarum, ex quibus rectè dispositis sine ambiguitate sua sponte sequitur conclusio.

Porrò in facti narratione tria sunt præstanda { *Vt sit breuis, dilucida tamen.* / *Vt in ea proponantur, vtilia, & necessaria.* / *Vt narratio sit generalis.*

152 Quandoquidẽ propter generalitatem plures vias habet actor in processu, ad probandam suam intentionem: Ita tamẽ exponendum est factum, vt inde causa aliqua resultet, cui insit medium concludendi. Ias. §. omnium. hîc. nu. 116. & Specul. §. j. tit. de libel. concept.

Circa medium concludendi (de quo nos etiam alibi, & maxime in princ. locorum nostror. communium argumentandi legal.) hæc præcepta principaliter sunt obseruanda: Quod in reali actione propinqua causa, scilicet dominium, in personam verò remota causa, nẽpe contractus, vel

vel quasi, item delictum, vel quasi, exprimatur. Quia actio realis est vniformis, & semper sui similis. Ideoq; causam propinquam exprimere sufficit in libello. Non enim interest Rei conuenti initio, scire ex quo tit. seu modo acquirendi, vel Iurisgentium vel Ciuilis actor nactus sit dominium Rei. Sed actio personalis est diuersæ naturæ & qualitatis, cùm alia sit bonæ fidei, alia stricti iuris: quare remotæ simul causæ, fieri debet mentio, vt Reus sciat qua actione cõueniatur. Cyn. l. edita. D. de edend. Ias. d. §. omnium hoc tit. num. 120. Sæpè tamen vtraque causa, tam propinqua, quàm remota, hoc est, tam dominium, quàm tit. acquirendi effertur in libello realis actionis, quia actor succumbens ex vna causa, rem ex alia petere potest. Nec omittendum medium concludendi, quod in libello principal. attendendum est. Omissa causa quisque ius suum omne in iudicium deduxisse videtur, & absoluto Reo, tandem rem petere nõ poterit, obstanti actori rei Iudicatæ exceptione. Nec tali casu Reus petat declarari libellum, & actorem cogi, vt exprimat causam remotam, quia tunc pedem proprio ligone vulneraret, iuxta Cyn. d. l. edita, & l. & an eandem. §.

cunſtantiæ perpendantur. In libello enim contineri dèbet nomen Iudicis, actoris & Rei, res quæ petitur, & ex qua cauſa petatur: vnde hoc diſtichon.

Coram quo, quis, quid, quo Iure petatur, & à quo,
Rectè compoſitus quiſque libellus habet.

Effectus itaque actionum, eſt definitiua ſententia tanquam executio, qua Reus in actione reali cõdemnatur in ſolidum, aut in quantum facere poteſt. Sed in actione perſonali, proueniente ex contractu, vel quaſi, cogitur ſoluere id quod debet. Si verò actio proficiſcatur ex delicto vel quaſi, Reo pro modo delicti luenda eſt pœna. Quod ſi actor in probanda intentione defecerit, Reus eſt abſoluẽdus. l. actor. ff. de probat. & l. qui accuſare. C. de eodend. 155

Itaque abſoluta hîc actionum materia, & cauſa omnium, operæpretium eſt addere nonnullas regulas hiſce non inconuenientes, videlicet. 156

Actio vbi ſtatuto alicui negatur, nec accuſationi, nec querelæ, nec iudicis officio locus eſt. Claud. in repet. l. vt vim. nu. 23. in fin. ff. de iuſtic. & iur. Iul. Clar. in pract. §. vit. quęſt. 50. verſ. poſſet etiam. & ſi Alexand. quem idem Clar. refert, atque

atque improbat, non improbabiliter
157 contrarium receptum censeat. *Actionis expressio in libello non exigitur, nec inepte facta libellum euertet.* Ias. l. edita actionum. 3. C. de eedend. *Actio ciuilis & criminalis simul intentari poterūt, si hæc principaliter proponātur.* vt habet Cunc. Iun. l. edita. nu. 198. C. de eedend. Roland. consil. 30. num. 2. li. ij. & qui accuratè id exponit Iul. Clar. in pract. §. vlt. quæst. ij. *Actionum plurimum & dissimilium exaggeratio in eodem libello licita*
158 *est*, vt commune dicit Gomer c. dispendia. num. 33. de rescript. lib. 6. intellige nisi, si ex eodem nascātur fonte, & causa: tūc enim nec si actiones non eodem, sed & diuersa spectent illarum cumulatio admittetur. vt habet Iaffred. decis. cclxxxvij. Viuius lib. j. opin. iiij. *Vbicunque quis agit ad solidum, & probat tantum se ius habere in parte, debet super illa parte obtinere: licet ratione pluris petitionis, sit condemnandus in triplo expensarum.* Alex. consil. 208. præstantis. domin. col. j. in fin. volu. 7. *Et vbicunque concurrunt, habens vtiles actiones, & habens directas, ad eundem effectum tendentes: tunc si vtiles causatæ sunt ex contractu eius in cuius persona erant vel representaban-

bantur directè, habens vtiles præsertim habenti directas. Alex. consil. 15. viso & considerato. circa prin. volu. 6. *Actionem ad soli res extero cedens nõ in eam pœnam incidit, quæ illas illi alienanti indicuntur.* Clau. l. Gallus. §. videndum. nu. 10. ff. de lib. & posthu. *Actiones & iura tertiam bonorum speciem à bonis mobilibus, & immobilibus diuersam cõstituunt.* Alex. l. j. nu. 9. ff. de vulg. & pupill. & idẽ alijs in locis, atq; alij appellati ab Aym. Grau. consil. ccxiij. ad fin. Guid. Pap. quæst. ccxcj. Tiraquel. de retract. lign. §. j. glos. vij. nu. 9. Berous, cum multis c. nulli. nu. 73. de reb. eccles. & Arius Pinell. in j. part. rubr. nu. 24. de bon. mat. *Actiones & Iura nec rerum, nec bonorum appellatione ad certum aliquem locum relata comprehendũtur, vti nec generaliter certo loco circumscribi censentur.* Ias. cons. v. col. 5. lib. 3. Socin. consil. cj. lib. j. Cornel. cons. plix. nu. 10. lib. 3. Alciat. l. vlt. num. 80. C. de pact. Tiraquel. l. si vnquam. verb. bona. num. 9. C. de reuocand. donat.

Separatim ponãtur hæ regulæ

159

160

161

Actio-

Actiones & Iura non solùm sub expressa, sed & sub tacita bonorum Hypotheca intelliguntur obligata, vt frequẽtibus Dd. suffragijs exceptum inquiũt dec. consil.cccxlix. nu. 10. Neguzant. de pign. iiij. memb. ij. part. nu. 161.

163 *Forma item actionum & libelli d. sit talis* (vt à primo membro primæ diuisionis Actionis id doceam, & sic deinceps de reliquis subintelligatur) Coram vobis iudicibus & assessoribus huius ciuitatis, agit & in iure proponit, non quidem in modum solemnis libelli, sed qualiscunque petitionis seu facti narrationis Caius, contra & aduersus N. & quamcunque personam, pro eo & eius nomine, in iudicio legitimè comparentem, breuiter dicens, quod prædictus N. licet indebitè & iniustè, tenet & possidet quendam fundum in tali vel tali loco, qui adhæret fundo Neratij qui quidem fundus spectauit & pertinuit, spectat & pertinet ad supra scriptum Caium Iure dominij vel quasi supplicantem seu libellantem ex veris & legitimis titulis, vel causis, & ex eo tot tantosque fructus percipere potuisset, quos aduersarius reddere illi recusauit. Quare dictus Caius Demonstrans

ſtrans petit vt veſtro officio,& omni modo, Iure & forma meliori quibus poteſtis,per veſtram ſententiam definitiuam declaretis ac pronuncietis, prædictum fundum pertinuiſſe & ad huc pertinere ad præſentem Actorem Caium, & N. Reum condemnatum cum omnibus Iuris remedijs ad reſtituendum fundum cum omnibus fructibus inde perceptis aut percipiendis compellatis. Super quibus omnibus & ſingulis implorat nobibile officium veſtrum petens ſibi ius & iuſtitiam adminiſtrari. Reliquarum ſpecierum Actionum formas require in noſtra praxi & figura iudicij ſeu proceſſus, vbi abunde ſatis reperies quæ aliquo modo huc ſpectari vel deſiderari videantur. Item & præambula noſtra locorum argumentandi communium legalium pro fundamento totius negotii. Item præter abbreauiatas noſtras Inſtitutiones loco Erotematum. vid. Inſtitutionum variam lectionem & correctionem noſtram, cum Commentarijs.

TIT V-

TTVLVS SEPTIMVS.

Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium esse dicitur.

Opiosè vbi dictum fuerit à Iustin. Imp. titul. superiori, quomodo ex contractibus vel delictis nostris per nosmetipsos factis, conueniamur. In hoc & duobus seqq. tit. cõsequenter explicat qualiter ex contractibus vel delictis eorum qui in potestate nostra sunt, vel quę Iure dominij ad nos spectãt, nobiscum agatur. Docendo hîc de prætorijs quibusdam personalibus actionibus, quarum etiam sup. §. in personam, cũ duob. §§. seqq. facta est mentio: quæ licet prætoriæ sint, perpetuò tamen concedũtur, contra communem prætoriarum actionum naturam. l. Macedoniani. C. ad SC. Maced.

Earum igitur actionum quibus parẽtes aut domini ex negocijs per filios aut seruos facti conueniri possunt sex enumerantur: Actio ex iussu, Exercitoria, Institoria, Tributoria, De peculio, De in rem verso. Et sunt istæ actiones propriæ & perpetuæ, quamuis actiones prætoriæ

riæ communiter sunt annales.

De quibus quid quæque sit, quotuplex, quæ ad has actiones requirantur, cui nam dentur, contra quos, & ad quid proponantur, cum medio concludendi, videas nostram praxin: quum præsenti loco hæc Tyronibus sufficiant Iuris.

In principio itaque textus declaratur quod ex contractu facto per seruum iussu domini teneatur dominus in solidum. Et quidem ista actio vocatur ex iussu. quum ex negocijs factis per filios aut seruos quibus parentes aut domini possunt conueniri oriuntur hæ sex recitatæ actiones. 1

Et ad hoc quod dominus teneatur ex contractu serui requiritur ipsius iussus. Qui quidem iussus potest fieri, seruo, vel ipsi contrahenti. vt ff. quod iussu. l. j. 2

Item satis est vt huiusmodi *iussus fiat, verbo, nuncio, epistola, sola subscriptione*, aut aliquo alio modo quo posset apparere voluntas domini iubentis. vt ff. quod iussu. l. j. §. iussum. 3

Differunt, Iussus, Mandatum, nam importat necessitatem, voluntatem præsupponit. 4

Actio quod iussu, Exercitoria, Et institoria concurrent cum actione, de peculio, & de in rem verso tutius tamen est

T pri-

primis actionibus agere quò secundis, quia in actione de peculio & de in rem uerso est maior difficultas probandi, vt hîc.§.Cæterùm.

Quando sanè competunt plura remedia imparia tunc fatuus est qui elegit difficilius & dimittit facilius. nam facilior via semper est eligenda, ad quod d.§.cæterum solet allegari. & facit etiã ad hoc §.j.in authent.quib.mod.natur.effic.sui. collat. vij. Ideo autem in actione de peculio, & de in rem verso est maior difficultas probandi, quàm in alijs de quibus hic. quia in actione de in rem verso oportet probare id quod receptũ est versum esse in rem domini. Et in actione de peculio oportet probare duo, scilicet, seruũ habere peculium, Et quod hoc peculium tantum: vt inde actori satisfieri possit, sed in alijs actionibus non sic. Nam in actione quod iussu sufficit probare quod seruus receperit pecuniam in causam illius cui prepositus est. Ergo quandocunque competunt plura remedia seu actiones plures ad aliquid consequendum, eligendum est illud quod vtilius est. Est autem vtilius per quod plus consequi potest. vt l.cum aliquando. & ibi glos. ff. de tribut.act. Et quod actor possit vtilius, &

vnam

vnam electionem facere vbi comperant plures actiones probatur per l. quod in hæredem. §. eligere. ff. ac tribut. act. Sed vna electa actione non potest ad aliam redire, nisi esset deceptus. vt ff. quod cũ eo. l. sed et si. §. fin.

Item quamuis *nomina actionum nõ sunt exprimenda in libello.* vt c. dilecti. extr. de iud. cognoscitur tamen natura actionis ex libello per narrationem & per modũ concludendi. vt not. Bart. l. certi condictio. ff. si cert. pet. 7

Quæ autem hoc tit. dicuntur de seruo etiam intelliguntur de liberis. veruntamen serui non habent priuilegium SCti Macedoniani vt liberi quo quidem SCto constitutum est vt mutuans liberis non habeat actionem contra ipsos liberos: nec contra parentes. In hoc tamen æquè conueniunt: quod vtrique sint in potestate, prout hîc loquimur de eis: & vtrique obligant eos in quorum potestate sunt vt dentur contra eos actiones. de quib. hoc tit. d. 8

Quia filijs datur exceptio Macedoniana, sed seruis minimè, vt sup.

Quia filius potest esse in iudicio cum consensu patris, sed seruus non etiam cũ consensu domini. vt ff. de pecu. l. iiij. §. si seruus.

Quia filius fide iubendo obligat patrem de peculio, sed seruus non obligat dominũ. vt ff. de fideiusſoris. l seruus inſcio.

Quia seruus potest dari pro noxa : filius non. vt inf. de noxal. §. sed veteres.

Quia filius post emancipationem tenetur de antegestis. vt l. cum actum. ff. de negoc. gest. *sed seruus post manumißionẽ nõ,* vt l. ij. ff. quod cum eo.

Differẽtia itaq; est inter ſeruos & liberos

Quia filius potest obligari naturaliter & ciuiliter propter quam obligationem potest detrudi in carcerem. vt l. qui filium l. qui bon. ced. poſſ. *sed seruus solum potest obligari naturaliter.* vt l. quod attinet. ff. de reg. iur.

Quia filius potest habere peculiũ caſtrense, vel quaſi aduentitium vel perfectitium, sed seruus solùm profectitium.

Quia filius potest habere hæredẽ, sed seruus non. vt in autent. de hæred. quæ ab inteſt. §. j. coll. 9.

Quia filius potest eße tutor. vt l. ſi filio. ff. de tut. *sed seruus non.* vt ſup. qui tute. dar. poſſ. in princ.

Quia filij poſſunt facere teſtamẽtum altem ad pias cauſas. vt not. per Bart. l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. *sed seruus non.*

Quia filius potest donare cauſa mortis, sed seruus non. vt ff. de donat. l. tã his. §. filio.

Pri-

Si talis filius sit miles vel habeat peculiũ castrense, vel quasi castrense. l. fin. C. ad Maced.

Si dicat se patrem familiàs, vt l. j. C. eod.

Si videbatur esse paterfamil. vt quia fuit prepositis vectigalibus vel publicanis. vt ff. ad Maced. l. si quis patrem.

Si fuit scholaris in studio de licentia patris sui. vt ff. ad Maced. l. si mul. §. quod dicitur.

Si incipit soluere debitum. vt ff. ad Maced. l. sed Iulianus. §. penult.

Si illud quod recepit sit versum in rem patris. vt ff. ad Maced. l. sed Iulianus. §. si filius.

Si ab initio nõ sit conuersum in rem patris, posteà tamẽ conuersum sit. d. l. sed. §. sed si ab. ff. eod.

Si pater fuit præsens & nõ cõtradixit. eod. l. sed Iul. §. quãq.

Si pater raptum habeat. C. ad Maced. l. fin.

Si filius factus paterfamiliàs agnouit debitum. vt C. ad Maced. l. penodoxis.

Priuilegiũ Macedonianũ autẽ, quo regulariter non datur actio in filium, hisce casibus cessat, nempe

Ex cõtractu filij (vt generalis tabula ponatur)

Ipse filius in solidum obligatur præterquam ex voto: mutuo, quod mutuũ si creditor petat, exceptione SCti Macedoniani repellitur.

Illud sibi solutum sit, repeti non potest.

Pater tenetur vel de peculio quatenus est peculium, quod ipse filio suo dedit.

Aut si filius est impubes, vel deliquit, aut iussit quatenus locupletius est factum peculium.

De in rem verso pro eo, quod ex filij contractu in rem patris est versum.

Quod in iussu, si pater iussit, mandauit, ratum habuit quod filius contrahat, & tunc in solidum tenetur.

Exercitoria, si pater exercitor fuerit, id est, cuiuspiam nauis quotidianũ quæstum habeat: Nam si illi naui præposuit filium, de eo quod eius nomine cum filio erit gestum, pater in solidũ tenetur.

Institoria, quæ paternis mercibus contra patrem datur, quoties filium alicui negociationi propter quæstum duntaxat præposuit.

Tributoria, quãdo pater sciens passus fuerit filium de peculio negociari,

ri, & datur de his tantum mercibus & rebus peculiaribus, quibus negociatur.

TTVLVS OCTAVVS.

De Noxalibus actionibus.

QValiter conuenimur ex contractibus eorum qui sint in nostra potestate cum sup. dixerit Imp. consequenter hîc ad nectit qualiter conueniamur ex delictis eorum. Nam vtpote ex contractu serui, si id iusserat, in solidũ dominus teneatur: si verò non iusserat, & is ignerãte domino contraxerit, dominus teneatur de peculio, & quantum versum est in rem suã, (vt & de filijs obseruatur) Ita si seruus ignorante domino noxiam fecerat, & dominus damnatus fuerit, permittetur illi aut noxam, id est, id corpus, quod nocuit, seruum scilicet dare, aut litis æstimationem sufferre, dato autem seruo, liberatur dominus. Idem olim in liberis erat permissum, sed hodie prorsus delictis, ipsi sunt conueniendi. vnde videas tibi hoc Schematismum seq.

Et facto serui

Si sit contractus, dominus his actionibus tenetur, quibus pater de contractu filij tenetur, vel vt damnum pro serui delicto datum resarciat.

Si sit delictum dominus actione pœnali tenetur, vel vt seruum pro noxa dedat.

Quæ actio

Contra dominum datur qui seruum possidet, siue ante delictum erat dominus, siue post.

Inter dominum & seruum cessat, quia inter eos nulla oritur obligatio, siue erat dominus ante delictum commissum, siue post.

Olim pro delicto filij contra patrem dabatur, hodie non datur.

1 Ex maleficijs ergo seruorũ agitur contra dominos noxaliter, & in actione noxali potest dominus æstimationem dãni soluere vel seruum pro noxa dare. Quo casu transfertur dominium serui in eum qui damnum passus est, & si seruus damnum soluerit tenetur ipse damnum passus seruũ manumittere velit nolit, prout l,ij.C. de patri.qui filios distrax. vbi pater cogitur filium emancipare.

2 *Item dominus teneatur ex maleficio serui, ita etiam ex quasi maleficio.* vt ff. naut. caupo.stabu.l.fin.§.seruorum.

3 Quod autem dicitur hîc *de seruo potest intelligi de monacho etiam,* vt not. per Innoc.

noc. c. cùm olim extr. de priuil. Potest autem monachus criminaliter conuenire & puniri: & tenetur eum abbas defendere. Autent. causa. C. de epis. & coer. Non autem potest monachus conueniri vt aliquid soluat, quia non habet propria. vt c. nō dicatis. xij. q. j. imò si reperiatur apud eum proprium post mortem sepeliendus est extra monestrium. vt c. cùm ad monasterium. extr. de statu monach. Et ideo si monachus commiserit delictum ante ingressum religionis potest fieri missio in possessionem bonorum illorum quæ monachus secum apportauit ad monaste rium. vt not. per Specul. in tit. de Reo. §. j. vers. sed nunquid. verùm in causa crimi nali quæ ortum habuit ante ingressum religionis remanet iudicium apud seculares iudices facta prius degradatione, vt not. per Bart. l. ij. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infa. & hoc verum est de illis qui mutauerint statum: secus autem in alijs qui non mutant statum, vt sunt fratres tertiæ regulæ Francisci, & Bergardi & Beginæ, quia illi manent in statu laicali. vt c. duo sunt xj. q. j. & not. per Bart. l. j. ff. de pœnis. Habent tamen priuilegium vt non fiat eis iniuria à iudice sæculari, quia recurrere ad iudicem ecclesiasticum in 4

honorem d.b.Franciſc.arg. l.cum filius. §.pater.ff.de legā.ij.& hoc ex opin.Bald. dicit tamen Authon.de Butr. quod omnes ſeruientes in diuinis debeant vti eccleſiaſtico beneficio, vt etiam ſint reſeruati. vt c. ij. de for. compet. Omnes *noxales actiones* ſunt de leg. xij. tabul. aut de edicto prætoris.

6 *Si dominus* dolo faciat vt ſeruus cõmittens delictum non ſit in eius poteſtate, tunc nihilominus tenetur actione noxali vtili: poteſt enim agere contra talem dominum, aut contra poſſidentem. vt l. ſi bonæ fidei.ff.de noxalib.

7 *Ex delicto ſerui commiſſio in dominum ſuum* nulla noxalis actio naſcitur. Ideo etiã ſi ſeruus ille poſteà alienetur vel manumittatur nulla competit actio contra ipſum manumiſſum aut dominũ ſuum. Similiter ſi alienus ſeruus commiſit noxiam in te & poſteà fiat ſeruus tuus nullam habes actionem: etiam licet exierit tuam poteſtatem: ſicut ex delicto à domino commiſſo in ſeruum nõ habet ſeruus actionem etiam poſtquam fuerit manumiſſus contra dominum ſuum.

8 *Inter dominum autem & ſeruum nulla poteſt naſci actio,* qua inter eos non eſt obligatio ſaltem efficax ad agendum, id eſt, ciui-

ciuilis. potest tamen inter eos esse obligatio naturalis tantum. vt sup. de fideiuss. §. j. & ita inter eos non est iudicium sicut nec inter patrem & filium. vt l. lis nulla. ff. de iud. hinc est quod licet seruus qui commisit delictum in dominum suum postea perueniat ad alium dominum vel manumittatur: adhinc tamen primo domino non competit aliqua actio per regulam illam. non firmatur tractu temporis. extr. de reg. iur. lib. vi. & ibi per Dyn. Nam quia ista actio non nascebatur, quãdo cõmittebatur delictum, ideo postea nasci non potest.

Quod autem olim filij & filiæ nõ quidem iure digestorum sed antiquissimo dabantur pro noxa, ex hoc text. patet, licet hodie solum serui. & fortasse illo iure Traianus tradidit viduæ filium suum pro noxia, quia ipse filius Traiani interfecerat filium viduæ æquitando per plateas lasciue. 9

Ex hoc text. apparet, vt parentes puniantur pœna in filijs suis sicut ipsi filij propter amorem parentum ad filios, qui est maior quàm filiorũ ab parentes, vt in glos. l. liberorum. ff. de verb. sig. Interim conueniuntur filij pro delictis suis & nõ parentes: & ideo si filius familiàs ludex 10

litem

litem suam fecerit, ipse conuenitur & nō pater. vt l. si filiusfamilias. ff. de iud. Sic etiam ex quasi delicto. vt *si filius deiecerit vel effuderit, eo habitante seperatim à patre, conuenitur ipse & non pater.* vt sup. de obligat. quæ ex quas. delict. nasc. §. si filiusfa. Facta tamē condemnatione in filium potest pater conueniri actione in factū pro re iudicata in peculio. vt l. sed etsi condemnaretur. ff. de noxal. sed & contumacia filij pater non conuenitur etiam in peculio. vt ff. de pecul. l. iij. §. idem scribit.

TITVLVS NONVS.
Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

DIctum est hactenus de actione competenti ex maleficio seruorum, & eorum qui sub nostra potestate sunt, cōsequenter adeo pro coronide dicit Iustin. Imp. de actione competenti pro damno commisso per animalia bruta, id est, quomodo quis, ex damno per animalia sua rationis expertia, alteri dato, teneatur. quandoquidem noxales actiones, quarum titulo mox præcedenti mentio facta est,

non

non tantùm ex seruorum delictis oriuntur: verùm etiam quoties quadrupes cõtra innatam sui generis consuetudinem, & naturam, commota feritate, lasciuia aut feruore, alioúue quouis modo damnum intulerit, ex leg. xij. tab. noxalis actio prodita est, quæ etiam nostris temporibus valde vtilis atque frequens admodum est, licet cæteræ noxales actiones propter seruitutem abolitam, vt sup. de est, hodie non frequentantur, nisi per cõsequentiam quandam eas foro nostro applicemus.

Actio ergo noxalis de pauperie est actio in personam, per quam is cuius quadrupes, quæ cicurum numero sit, alicui damnũ dederit, aut litis æstimationem præstare, aut ipsam quadrupedem noxæ dedere cogitur. l.j. ff. si quadr. paup. fec. dic. & hîc in princ.

Ad hãc actionẽ requiritur,

Primò, *vt animal ratione carens damnum intulerit.*

Dein, *vt animal istud sit mansuetum, quadrupes, ad hoc vt directa actio cõpetat:* nã si lipes, aut alia fera bestia damnum dederit, vtiliter hæc actio conceditur, ex edicti sententia, licet verba deficiant. l.j. §. & ij. item l. pen. ff. eo.

Deni-

Denique, *vt damnum contra sui generis naturam ab animali datum sit*. l. j. §. & §. generaliter. ff. eod.

Damnũ itaque nascitur vel cõmittitur,

- Per liberum hominem, & nascitur actio legis Aquiliæ: de qua sup. d. est per tot. ad leg. Aquil.
- Per seruum, & nascitur actio noxalis: de qua d. est sup. titul. prox. per totum.
- Per animalia irrationalia, & nascitur actio, de pauperie: de qua in hoc tit.

2 Notandum ergo, *quando animal irrationale facit damnum*. tunc dominus tenetur damnũ soluere. aut animal pro noxa dare. vt hîc quod verùm quidem est si dominus non sit culpa. Nam *si quis duxit animal per locum* vbi non fuit ducendũ. vel onerauit sit animal vt onus deiecerit ex dorso, & sit damnum factum si, ille non liberatur dando animal pro noxa. sed tenetur in solidum soluere damnum. vt ff. si quadr. pau. p. l. j. §. quod si propter.

3 *At si animal fecerit damnum secũdum naturam sui generis*, vt puta cattus commederit pisces tuos, vel canis comedit carnes assatas, neglectas è custodia, tunc non datur ista actio contra dominum. Si tamen

mẽ *pecora intrauerint pascua aliena*, quamuis fecerunt secũdum naturam sui generis, datur tamen actio contra dominum pecorum, non de pauperie, sed de pastu pecorum. l. quintus lucius. §. j. ff. ad leg. Aquil. Denique *si animal ferum fecerit dãnum & fugerit à domino suo*, non datur contrà eum ista actio. quia sequitur caput, id est, possidentem. vt ff. eod. l. j. §. & cùm etiam. sicut etiam de noxali actione d. est. sup. tit. prox. & amplius in nostris commentarijs super duplicẽ Instit. lect. eod. tit. §. omnis autem actio. 4 5

Pauperies est damnum sine iniuria facientis datum, vt hic. & datur pauperies, quia facit aliquem pauperem. vt ff. eod. l. j. §. penult. vti *damnum* dicitur diminutio patrimonij. ff. de dam. infect. l. iij. 6

Præterà id addendum, quod ex quo animalia irrationalia non faciant iniuriã, idcirco contra ea non debet ferri sententia seu condemnatio. vt est glos. l. fin. de nou. oper. nunc. licet hoc est contra consuetudinem multarum terrarum, in quibus animalia irrationalia etiam puniuntur quando commiserint damnum, seu deliquerint, veluti in aliquibus partibus Indiæ maioris oculis propfijs, dum peregrinationem peragerem, perspexerim, 7

tau-

tauros & vrsos malis crucibus appensos, ob infantes interfectos, &c. Itaque ex his conspice figuram seq.

Actio de pauperie datur

Pro damno siue iniuria facientis dato, vt si animal, lasciuia, feruore, feritate, &c. pauperiem fecerit contra suam naturam.

Cõtra dominum animalis vt damnum ab animali datum resarciat, vel animal pro noxa dedat.

Pro damno dato ab animali, quod dominus ibi habebat, quo vulgo iter fieri solebat quo casu agitur, & actione de pauperie, ædilitio edicto, vel quatenus iudex æstimabit, si homo: vel in duplum, si res alia læsa datur.

Cessat, si animal sua natura ferox à domino aufugerit, & ita damnum dederit.

8 Ergo si animal ferũ noceat libero homini punitur dominus arbitrio iudicis: vt ij qui in via publica tenent lupum, vrsum, vel simiam nisi sint taliter ligata quo minus nocere possint, in arbitrio autem isto habenda est ratio læsionis, sed non deformitatis relictæ, & etiam habenda est ratio impensarum factarum in curatione & operarum amissarum & amittendarum. vt l. ex hac actione. ff. de edil. edict.

9 *Sed si mortuus fueris liber homo*, dabit dominus ducentos aureos. vt l. qua vulgo. ff. de

ff. de edil. edict. sed si damnum datum sit in alijs rebus dabit dominus duplum, vt hoc tit. d.

Aut enim concurrunt duæ actiones pœnales, aut rei persecutoriæ: primo casu, quia aut dantur pro eodem delicto, & tunc vna excludit aliam, non concursu, sed perceptione. vt ff. de priuat. delict. l. nunquam nisi in eo in quo vna excedit. vt l. j. ff. de vi bon. rapt.

Vt scias quando actiões se inuicé excludant sic distingue

Pro diuersis, & tunc vna non excludit aliam etiã perceptionem, vt d. l. nunquam.

Secundo casu, scilicet, quãdo ambo sunt rei persequutoriæ, tunc aut dantur: contra eundé & vna excludit aliam exceptione perceptione. vt l. si merces §. culpæ. ff. locat.

Contra diuersos, & tunc vna non excludit aliam etiam perceptione. vt ff. de tab. exhib. l. locum. §. condemnatio.

Aut vna est pœnalis, & alia persecutoria, tunc autem pœnalis originaliter & neutra excludit aliam, vt ff. de furt. l. si

pignore. §. cùm furti.

Aut enim est pœnalis originaliter, & vna excludit aliam. vt l. metum. ff. quod metus caus. §. licet.

TITVLVS DECIMVS.

De his per quos agere poßumus.

SVperioribus titulis quia de actionibus earumq; naturis dictum sit, hîc per quas personas exerceri possint tractatur: quia multæ causæ hominibus impedimento esse queant, quo minus rem suam ipse exequi possint, veluti, *morbus, ætas, necessariæ peregrinationes, & si quæ his similes sunt.*

1 Ideo iure veteri sublato (quo non agebatur alieno nomine in iudicio nisi in *Actione populari, libertatis, & tutelæ*, quasi quod non minimam incommoditatem haberet, nouo Iure per procuratores & agere & defendere sese homines cœperũt: ita tamen procuratores *speciale mandatum* habebant, vel mandatum cum libera, vti vocant, alias enim ab actione intentãda, quamuis cautionem præstare velint, repellũtur. l. licet. C. de procur. & c. j. extr. eod. tit. ne eluſoria iudicis reddatur autho-

thoritas, dũ ad vlteriores actus frustratoriæ procedi patitur, nec litigantes laboribus & expensis manibus vexentur. l. si prætor. ff. de iudic. & c. super quæstionũ. §. porrò. circa. fin. extr. de offic. de leg. & glos. notab. c. cupientes. §. Cæterùm. super verb. contumacia. de elect. in 6. Nisi persona coniuncta sit: ea enim ad defendẽdum & alterius negocia bona fide gerendum sine mãdato admittitur, si cautionẽ de rato præstiterit, modò de principalis contraria voluntate non cõstet. l. Pomponius. §. fin. & l. sed & hæ personę §. vlti. ff. de procur.

Agitur causa, seu exercetur.

Aut proprio nomine, id est per nosmetipsos, vel per proprias personas, vt quando, causam, nostram, nos ipsi agimus: vel, defendimus.

Aut alio nomine, hoc est, per alias constitutas vel substitutas, veluti per Procuratores, Tutores, Curatores, nomini, domini, pupilli, adulti, agatur vel defendatur.

Vnusquisque ergo potest esse procurator alterius. dummodo sit idoneus ad officium vt hîc in glos. sup. verb. idoneum. qui, inquam, potest etiam constitui quibuscunque verbis ad hoc aptis etiam eo absente & ignorante cum causa substitutionis, & 2

in absentia aduersarij. vt hinc videas Pinacotheram.

Procurator

Constitui potest, etiam parte aduersa inuita, & tam generaliter, quàm specialiter.

Debet tamen speciale mandatum habere, In interdicto de liberis exhibendis, Causa suspecti tutoris, Petenda restitutione in integrum, Petendo filiæ marito, Conueniendo procuratore.

Constitui non potest seruus, miles, fœmina, minor, furiosus, mutus, de crimine capitali accusatus, nisi in causa propria, consanguineorum, & in causa, in qua lis est contestata.

3 *Seruus* autem non pro se aut alio potest esse procurator, nec potest agere, vt C. de iudic. l. seruus. *Pupillus* etiam non potest, vt C. de his qui legit. perso. standi in iud. habent per tot. *Miles* etiam nõ potest, vt ff. de procur. l. filius. §. veterani. sic nec *mulier* potest procurare. vt ff. de procur. l. fœminas. nec etiam *minor.* ff. de procur. l. si minor. item sic nec potest accusatus de crimine. C. de procur. l. reum. *Filiusfamilias* tamen si sit maior 25. annis potest esse procurator ad iudicia, & maior xvij. annis. ad negocia de quo in cap. qui generaliter. extr. de procur. lib. vi. Et ex isto pa-

patet, quod l. generale seu statutum generale restringitur ad eos qui sunt habiles. pro quo facit l. j. C. de sacrosc. eccles. Si ergo fuerit statutum, quod omnes homines debeant comparere armati audito sono alicuius campanæ, tale statutum intelligitur solùm de hominibus habilibus & idoneis ad arma. Et ideo per hoc statutum non obligantur mulieres, pueri, & infirmi. de qua etiam Bart. l. j. §. nunciatio. ff. de nou. oper. nunciat.

Item quod *procurator possit legaliter constitui eo absente & ignorante* nemini dubiũ sit, & hoc de praxi obseruatur, qui tunc possit procurationem recipere vel non: sed si recipit, tenetur adimplere. alioqui conuenire posset actione mãdati. vt sup. mandato. §. mandatum. & l. à procuratore. C. mandat. intelligitur autem recipere procurationem, si recipit instrumentum procurationis (quod dicimus procuratorium) siue protestatine: vt in clement. j. extr. de procur. 4

Et licet alterum pro altero sæpè promiscuè ponatur, realiter tamen inter se discrepant & C. 5

Procurator, qui generaliter accipitur pro quolibet administratore rei alienæ siue in iudicio, siue extra iudicium,

eſtq; negociorum, vel litis. Sed de procuratore ad litem hîc tantùm differitur. qui concipit actionem in perſonâ ſuam nomine tamen domini.

Differunt

Nuncius, qui concipit omnia in perſonam domini. vt eſt gloſ. l. in mentis. C. ſi quis alteri vel ſibi. Et ideo nũcius ſemper debet habere mandatũ ſpeciele. Nec dominus poteſt poſteà ratũ habere, quod factum eſt per nuncium. vt. l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. Et de iſto per Bart. l. qui autem. §, conſtituere. ff. de conſtit. pecu.

Aduocatus, qui in ſuis conſilijs & induſtria, ea quæ procuratorem exhibita in Iudicio ſiunt, cõfecit: & hoc eſt quod ab alijs dicitur, Procurator cauſſam prẹſentis, Aduocatus verò abſentis defendit.

Defenſor verò appellatur qui voluntariè atque ſua ſponte abſque mandato ſeſe ad defenſionem alterius offert, qui ſi ſatiſdationẽ de iudicato ſoluendo non præſtiterit, idoneus non eſt: niſi actor ſatiſdationem exigere negligat, &c.

6 Quæ autem perſonæ Procuratorio vel Aduocatorio munere fungi poſſunt, & quæ non: item, quibus modis conſtituantur,

tur, quia potius ad forensia & Practica, quàm ad Theorica spectat, Iudiciarij, vt vocant processus. vid. nostram praxim & figur. Item Titul. quia Digestorum & C. de postulãdo, item de procurator. & defens. & cæt. de hac re erunt consulendi nostri loci communes: ne hîc Tyrones Iuris, quorum gratia hoc opus collectum est, multitudine obruantur.

Procurator autem ad litem, est qui aliena negocia domini mandato in iudicio administrat, & ea quæ ad causę iustificationem pertinent Iudici exhibet. l. j. ff. de procur. 7

TITVLVS XI.
De satisfactionibus.

AD adiacẽtia actionum hoc tit. Imper. se confert, quum satisdatio quasi propria Iudiciorũ Ciuilium est (vt adhuc in explicandis actionum materijs hîc versamur) ea enim ab alijs, qui ad lites suscipiendas, constituuntur, exigi atque prẹstari in iudicio solet.

Conuentus namque hodie pro sua tantũ persona satisdare necesse habet, quod maneat in iudicio, vsque ad terminum &

finem litis. Per procuratorem verò agēs, si mandatum nō dederit, satisdet se rem ratam habiturum. Reus verò potest vel in iudicio procuratoris sui personam per iudicatū solui stipulationes firmare, vel extra iudiciū satisdationē exponere, per quam sui procuratoris fideiussor existat pro omnibus iudicatum solui clausulis, & præterea quod tempore sententiæ recitandæ veniant in iudicium. Aliorum nemo alienæ rei sine satisdatione defensor (secundum antiquam regulam) idoneus videtur.

2 *Est autem satisdatio quasi propria iudiciorum cautio, qua aduersarium nostrum securum reddimus de eo quod in iudicium deducitur, vt in omnem litis euentum habeat, ex quo consequatur id quod ex lite ipso iure deberi fuerit pronunciatum.* l.j. ff. Qui satisdare cogantur. Et si quam aliam descriptionem vel definitionem huius petas, lege nostram classem super verb. satisdatio, in nostro ὑποτύπῳ seu repertorio locorum communium legal. volum. 5.

Repromissio, quando nos ipsos sub hypotheca rerum nostrarum obligamus, vel per simplicem promissionē, iuramento confirmatam.

Satis-

Satisdatio, quæ fit fideiussoribus datis, & hæc non præstant personæ diuites, plus minus idoneæ, nisi cum rem alienam defendant. Quo casu adhuc non satisdant, tutor, procurator, qui pupillo defendit, quo dominus satisdedit.

Triplex est cautio.

Satisdatio, quæ dicitur vel pignoribus datis, cùm creditori volenti satisfit.

Quæstatur, vel extraiudiciũ in iudicio

Possessor vel suo nomine alieno nomine, conuentus satisdabat de iudicato soluendo si condemnaretur.

Olim, actor suo nomine agens non satisdabat: siue agẽs reali, personali, actione.

Procutor satisdabat dominum rem ratam habiturum.

Conuentus ex obligatione suo nomine se defendens non satisdabat: sed quidé alieno nomine in reali actione: sed interueniens pro reo in

personali actione teneatur satisdare.

Hodie nullus reus de iudicato soluendo satisdat, de iudici sistendo, vel repromittit satisdat, pro qualitate suę personæ iuramento, vel nuda promissione.

Hodie procurator satisdat dominũ rem ratam habiturum, nisi mandatum actis insinuatum haberet.

Dominus procuratorem suum confirmaret in iudicio, extra iudiciũ præstita cautione, de iudicato soluendo, quæ rerũ suarũ hypothecam continet.

Satisdatione, quod ipsæ sententiæ tempore adderit.

Alienus defensor cauet de iudicato soluendo.

3 Et quidem pręcipuè non habentes immobilia bona in eo loco vbi litigant, vel habentes quidem, sed petitæ quantitati haud sufficientia coguntur satisdare. Tali enim casu actor aut eius fideiussor tenetur satisdare de iudicato soluẽdo, quæ satisdatio tres clausulas in vnum habet collatas, scilicet, *de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo*, id est, de solutione iudicato. l. iudicatum. 5. ff. iudicatum solu. est, de defendendo causam, id est, de non committendo dolum.

Reus

Reus verò regulariter hodie *satisdat de iudicio sisti*, præsertim si destituatur bonis immobilibus, aut non sufficientibus. l. sciendum. ff. qui satisd. cogant. Idem de procuratore habente mandatum statuendum est, seruato discrimine. l. vnicæ. C. de satisd. & per Angel. hîc in §. fin. autem. Sed *procurator Actoris*, qui vel nõ habet mandatum, vel de cuius mandato dubitatur, tenetur etiam præstare satisdationem de rato, iam d. §. fin autem. hîc. 4

Ergo præcipuè quatuor modis fit satisdatio — *Fideiussoribus*, *Bonorum oppignoratione*, *Nuda stipulatione*, *Iureiurando*. l. j. vbi glos. & l. fin. ff. qui satisd. cog. & l. promissor. §. fin. de constit. pecu. *quæ*, *in quã*, *satisdatio*, *complectitur*, *principaliter*, *iudicium sisti*, *iudicatũ solui*, hoc tit. l. 2. ff. eod.

Fideiussor si obligauerit se ad certum tempus, tunc finito illo tempore deobligatur, seu latinius, liberatur. vt C. de fideiuss. l. penult. sed si non obligauerit se ad certum tempus: tũc obligatur quam diu duret instantia. quæ secundum ius canonicum non habet certum tempus. 5

In iure Ciuili *instantia* durat vsq; tertium annum. vt in glos. c. venera. & in c. significantibus, Cætr. de iudic. 6

Ista

7 Ista *satisdatio non fit sub pœna*, nisi conueniatur de hoc inter partes venit tamen interesse ex vi satisdationis. vt l.ij.§. fin. ff.qui satisd.cogan. Et habet ista satisdatio paratam executionem, sine nouo processu. vt not.per. Bart.l.j.ff.iudic.solu.

8 *Actor olim dabat duas satisdationes*, vna fuit, quod inf. duos menses porrectum libellum contestaretur litem. vt in autent. de execu.§.j.coll.7.sed à fuit, quod si succumbat solueret pro expensis aduersario p.partem litis. vt in autent.de litigato.§. ad excludendas. col.viij.hodie tamem istud in foro communiter non obseruatur secund.glos.c.libellum.iij.q.iij.

9 Si verò *dubitetur de mandato procuratoris* ipsius actoris, tunc procurator debet satisdare de rato, etiãsi sit procurator tutorum vel curatorum vel aliarum personarum habentium administrationem alienarum rerum. vt hîc.§.fin.

Procurator actoris habet mãdatum, ita vt constet de mandato in actis, per instrumentum, per sigillum faciens fidem aut subsignationem Notarij, & nunc non oportet eum satisdare de rato vt C. de satisd.l.j.

Procurator nõ habet, & constat eum nusquam habere mandatum, & tunc non

nō potest agere etiam si velit satisdare de rato. vt ff. de negoc. gest. l. si pupilli. §. fin. nisi ageret pro coniuncta persona. vt ff. de procur. l. sed & ageret pro recuperanda possessione spoliati, vt C. si per vim vel alio mod. l. j.

Aut

Procuratur dubitatur habere mandatum vel non, & tunc procurator potest eligere, an velit mādatum probare vel de rato satisdare. vt c. in alter natiuis. extr. de reg. iur. lib. 6. quanquam Plat. & Bulgar. videātur aliter dicere.

Dubitatur verò de mandato, quando nescitur an instrumentum sit autenticum, vel non procurator sit reuocatus, vel solum habeat vnū testem: vt not. per Bart. l. non solùm. §. qui alieno. ff. de procur. 10

Vno modo, respectu facultatis. quia scilicet habet bona immobilia, vel sufficientia mobilia, ita vt non sit suspicio de fuga. Bart. l. sciendum. ff. qui satisd. cog. Si tamen parentes vel patronus datur pro fideiussore semper præsumitur idoneus quamuis non habeat immobilia, vel multa mobilia. ff.

Idoneus fide-

vt

iussor dicit multa vt in ius voc. eant. l. j. quia non est præsumendũ vt quis relinqueret carnem suam. vt ff. si quis in ius. voc. non ierit. l. ij.

Alio modo, respectu facultatis vel difficultatis conueniendi eum in iudicio. vnde scholaris vel clericus non est idoneus fideiussor ex quo habeat specialem iudicem. vt in autent. habita. C. ne filius pro patr. Sic etiã aduocatus vel procurator, vel homo rixosus, seu homo potens nõ est idoneus fideiussor, vt not. per Bart. l. ij. §. j. ff. qui satisd. cog. vel etiã propter locũ scilicet in quo tutè conueniri nõ potest. vt d. l. sciendum.

11 *Procurator Rei tenetur satisdare de iudicato solui*, à qua tamen satisdatione dominus potest eũ liberare siue in iudicio, extraiudic. per solennem stipulationem factam sub hypotheca bonorum suorum: qua non solùm ipse sed etiam hæredes eius obligantur. Si tamen dominus post litis contestationem procuratorem constituatur tunc talis procurator tenetur satisdare quod dominus comparebat in iudicio tempore ferẽdę sententiæ. Alioqui fideiussor procuratoris soluit condem-

demnatum nisi appelletur. Et defensor tenetur etiam satisdare de iudicato solui. Quæ omnia obseruantur strictissimè in curijs de praxi, idque per totum imperiũ Romanum, vt & obseruaui ipse.

Quamuis constet procuratorem Rei habere plenum mandatum, & quamuis habeat bona immobilia: nihilominus tamen tenetur *satisdare de iudicato solui*, vt paulo ante, Interim dominus eius potest eum ab hac satisdatione releuare & liberare, modò dominus habeat bona immobilia vel sufficientia mobilia, aliàs non sufficit sua releuatio, vel restitutio in integrũ, aut absolutio de deliberatione. vt not. Bart. super rubr. ff. iudicat. solu. 12

Præsens dicitur esse, qui est in hortis vel in continentibus ædificijs. vt ff. de procur. l. præsens. & licet aliqui dicãt, quod quando dominus est præsens, tunc ipsum teneri satisdare, & non sufficere procuratorem hoc facere. id tamen negamus. quia aliquis potest pro alio interuenire sine mandato. vt l. j. C. de satisda. & iam pro inuito. vt ff. de solut. l. solutionem. Et ideo verbum potest hîc in contextu non debet exponi, id est debet, veluti illi dicunt, sed accipiendum est propriè. 13

Si

14 *Si dominus post litem contestatam constituat procuratorem*, tunc procurator tenetur satisdare, cauere, cautionem ponere, quod dominus comparebit in iudicio in tempore ferendæ sententiæ. Alioqui fideiussor procuratoris habet soluere iudicatũ. Et ratio est quia procurator non est dominus litis, sed contestando litem principalis factus est dominus litis. l. si eum. §. qui iniũriarum. ff. si quis cautio.

15 *Defensor, scilicet qui sine mandato interuenit pro aliquo* tenetur in distinctè satisdare *de iudicato solui*: quia nemo est idoneus defensor alienæ rei sine satisdatione vel cautione sufficienti. Interim in præparatorijs iudicij respiciẽdus est semper & vbique vsus quotidianæ practicè. vt C. de vet. iur. enucle, §. si quas leges.

TITVLVS XII.

De perpetuis & temporalibus actionibus.

IMp. hoc tractat tit. imprimis à causa formali diuisionem vnam quæ ad exitum & finem actionis pertinet, declarando quæ sint actiones perpetuæ, & quæ non. alteram item, quæ causam materialem respi-

respicit dictando & explanando alias actiones concedi hęredibus, & in hęredes, alias verò hæredibus, sed non in hęredes, ac denique neque hæredibus neque in hæredes dari. ita vt actiones hæ dicantur transitoriæ partim quia in hæredes dantur, & non transitoriæ, quia in hæredes non dantur. vt actiones pœnales, quæ tamen si à defuncto contestatæ fuerint, durant & in hæredes.

Actiones aut sunt

Perpetuæ, & hæ *Ciuiles*, nempe quæ olim descendebant ex quinque partibus iuris ciuilis, scilicet, l. xj. tab. pleb. SCtis. princ. plac. & prud. resp. Et hæ sunt *tam Reales*: id est, in rem, *quàm Personales*: id est, in personam, & quidem sine præfinitione temporis olim erãt, id est, sempiternæ: hodie tantum perpetuæ cum limitatione temporis, vt puta *personales* præscribuntur triginta annis: nempe quæ non habet determinatũ tempus. vt C. de præscript. xxx. vel xl. annor. l. sicut.

Reales præscribuntur & durãt. *Triennio*, si pro re mobili. *Decennio* pro re immobili inter præsentes. *Vicennio*, id est xx. annis pro re im-

re immobili inter absentes si possessor habeat titulum. *Triginta annis*, si possessor non habeat titulum. vt C. de vsucap. transfor. l. j. Sunt tamen aliquæ actiones quæ durant adhuc hodie sine præfinitione temporis. vt actiones descendentes ex casibus in quibus not. c. cum non liceat. extr. de præscript. & c. talis xvj. q. iij.

Temporales, & hæ sunt *Prætoriæ. Si sint persecutoriæ rei, eo modo præscribuntur quo ciuiles.*

Si sint pœnales (excepta actione furti, quæ est perpetua) *finiuntur anno* contra hæredes non competunt, nisi lis aduersus defunctum fuerit contestata. Nisi quatenus fuerint locupletiores.

Hæredibus dantur, nisi sit actio, Iniuriarum. In factum, quæ in eum datur qui sine venia in ius vocat. In factum datur in eum, qui aliquid appensum habet. In factum, de calumniatoribus.

Itaque vt altius hæc repetamus *perpetuæ actiones sunt quæ à iure Ciuili introductæ intra triginta vel xl. annos non expirant, sed regulariter alicui conceduntur, vt intra hoc temporis spacium præsertim personales actiones proponi queant.* l. sicut. & l. omnes. C. de præscript. xxx. vel xl. annor. & l. neq; C. quib.

C. quib. non obijcit. longi tẽp. præscript. & l. j. C. de annal. except. *In realibus verò spacium triennij pro rebus mobilibus & acquisitis constitutum est: In immobilibus autem inter præsentes decennium, inter absentes viginti annorum curriculum præfinitum est, præsertim si ab initio bona fides & titulus interuenerit: aliàs xxx. annorum tempora, sicut & ad alias exceptiones excludendas requiruntur.* l. vnica. C. de vsucap. transfor. *Prætoria quoque & ex vtraque parte rei persequutoriæ, vt sunt Reuocatoria, Publiciana, Seruiana, vel quasi Seruiana, præter rescissoriam, & redhibitoriam, pro perpetuis habentur,* vt ff. de edil. edict. l. sciendum. §. fin. *& ad triginta vsque annos extenduntur.* secũd. glos. §. j. super verb. plerunque. hîc. & Bart. l. in honorarijs. nu. 1. & 2. ff. de act. & oblig.

Temporales verò actiones sunt, quæ vltra annum non durant, quales sunt, siue persecutoria rei, persecutoriæ pœnæ, ex vna parte tantum, præter furti, manifesti actionem, vt d. est. d. §. j. hic. & d. l. in honorarijs, & ibi Bart. nu. 2. & 3. ff. de act. & oblig. Et quidem hæ prætoriæ seu temporales, plerunque & regulariter sunt annales, licet interdum sint perpetuæ pro quo sit distinguendum secundum Bart. d. l. in honorarijs. ff. de act.

Actiones prætoriæ sunt rei persecutoriæ ex vtraq; parte, & tunc sunt perpetuæ. vt d.l.in honor.

Aut

Actiones prætoriæ sunt pœnales, ex vtraque vel rei tantum parte, & solùm durant per annum. vt l.j.ff. de calumniator.*

Primò, in actione furti manifesti. vt d.est sup.

Secundò, in actione quæ datur pro interesse substituto vel legitimo hæredi contra vxorem defuncti quæ missa est in possessionem bonorum defuncti nomine vētris, & posteà dolosè possessionem ad alium trāstulit, quia ista actio pœnalis datur loco petitionis hæreditatis, quæ est rei persecutoria ex vtraque parte. vt l.j.ff. vt mulier nomine ventr. in possess. mitt.

* fallit tamen istud

Tertiò, in actione quæ datur contra hęredem prohibentem ne legatarius in possessionem mittatur: eo quod nō cauetur sibi de legato soluendo aduenientę conditione vel die cessionis legati. vt ff. ne vis fiat ei, &c.

Quando hîc dicitur *actionem prætoriam dura-*

durare per annum, intelligas de anno vtili. nam de tali anno prętores eloquebantur. l. j. §. annis. ff. de vi & vj. armat.

Dum dicimus hîc *actiones pœnales descendentes ex maleficijs non dantur contra hæredes rei*, est quod intelligatur id etiam si descendant ex quasi maleficijs, vt sup. de obligat. quæ ex quas. malefic. nasc. §. fin. nec solùm verificatur istud de maleficijs priuatis, sed etiam de publicis differēter tamen, quandoquidem actiones descendentes ex publicis maleficijs non dantur contra hæredes etiam lite contestata. vt ff. de accusat. l. ex iudiciorum. nisi in quibusdam casibus, quorum ☞ 5

Primus est, in crimine legis Iul. Maiest. vt l. fin. ff. ad leg. Iel. Maiest.

Secundus est, in crimine hæreseos. vt C. de apostat. l. ij.

Tertius est, in crimine leg. Iul. repetundar.

Quartus, in crimine leg. Iul. de residuis.

Quintus est, in crimine l. Iul. peculatus. l. fin. ff. eod.

Et vt amplificemus postremum membrum primę diuisionis huius nostri tituli, quod ferè omiseramus, latius etiam repetemus, iterum diuidendo hoc modo. 6

Actionū aliæ

In hæredes transeunt, Actiuè, Passiuè, id est, & hæredibus & in hæredes conceduntur, quales sunt, omnes ferè reales actiones quæ ex dominio, vel quasi dominio. Et personales: quæ ex contractu, vel quasi contractu dependent.

Non transeunt in hæredes præsertim passiuè. Quales sunt omnes pœnales actiones quæ ex delicto, vel quasi emanant.

7 Et si enim hæredes actoris, actor mortuo, malefactorem, propter suum ipsius delictum, conuenire possunt: eius tamen hæredes eo defuncto passiuè non conueniuntur nisi lis cū principali delinquente per Ciuilem actionem fuerit contestata, vel ex tali delicto ad hæredes quicquam peruenerit. nam sicut æquum est hæredem ex defuncti delicto pœna non affici, cùm peccata suos authores tenere debeant, nec vlterius progredi metus quàm delictum reperiatur: Ita quoq; iniquum foret eos lucrum facere, si quid ex delicto ad eos peruenisset: Turpia etenim lucra ab hæredibus omnimodo extorqueri deberi sæpissimè responsum est. §. nō autem omnes. in fin. hîc. & C. vnic. C. ex delict. defunct. hæred. in quant. conueni-

conueniant. l. sancimus C. de pœnis. & l. in hæredem. in princ. ff. de calumniat. & l. quod diximus. §. fin. cum l. seq. ff. quod met. caus. In criminali tamẽ actione mor te rei crimen delictum & pœna semper extinguuntur, exceptis iam dictis in præced. tab. criminibus lesæ Maiestatis, & similibus. l. fin. C. si reus vel accusator mortuus fuerit ergo non in isto casu semper datur eadem actio contra hæredem quæ competebat contra defunctũ. nam si contra defunctum competebat actio vi bonorum raptor. Et aliquid peruenit ad hęredem datur contra hæredem condictio furtiua, & non vi bonor. rapto. actio. l. ij. §. fin. ff. vi bonor. rapt. Similiter in interdicto vnde vi, quod datur contra defunctum, quia contra hæredem datur actio. in factum si aliquid ad eum peruenit. vt ff. de vi & vi arm. l. j. §. fin. Actio item iniuriarum non datur hæredi, vt §. non autem. hic. vel quia talis actio ante litẽ contestatam non est in bonis nostris. vt ff. de iniur. l. iniuriarum. vel quia in ista actione nihil abest actori, & nihil adest reo. vt ff. de collat. bonor. l. cùm emancipati. §. emancipati. Est autem actio similis isti quæ datur patrono cõtra libertum agentem contra patronum sine venia. vt inf.

8

10

11

42 de pœn.temer.litigan.§.fin.Similis est etiam actio popularis, vt est actio quæ datur contra eum qui habet aliquid suspensum vel positum quod posset alicui nocere. vt ff. qui deiec. vel effud. l. si verò. §. quæ.

43 Quando *in actione descendẽte ex contractu reperitur dolus qui dedit causam cõtractui*: tunc purificatur dolus non per actionem ex eo contractu, sed per actionem de dolo.vt ff.de dol.l.& eleganter. Sed quãdo dolus est incidens vel superueniens tunc purificatur per actionem ex eo contractu. vt ff. de act. & oblig. l. ex contractu. & non datur contra hæredes, verbi gratia. Si testator dolosè fecerit in depositio causa tumultus incendij, ruinæ vel naufragij competit contra eum actio in duplum: non autem contra hæredem eius: sed tantum in simplum.vt ff.depositi.l.j. §.j.Sic etiam est in actione quæ datur cõtra agri mensorem. vt ff. si mensor falsum. mod.dix.l.iij.§.penul. Idem etiam est in actione ex stipulatu quæ datur de iudicio sisti: quando aliquis conuentus est in actione iniuriam. vt ff. si quis caut.l.si eũ. §.qui iniuriarum. Idem etiam est in actione tribitoria.vt l.illud.§. fin.de tribut. Sed hîc retinendum quod ea, quæ dicta sunt

sunt locum hîc habeant de iure ciuili: verùm de iure canonico siue actio descendat ex contractu, siue ex maleficio, vel siue aliquid peruenerit ad hæredem siue non. vel siue lis est cõtestata siue non datur actio contra hæredem. de quo vid. opt. glos. in cap. si episcopum. xvi. quæst. vj. & ideo iure pontificio hæres tenetur, attamen si fecit inuentarium, non tenetur, nisi vsque ad vires patrimonij ipsius defuncti. vt l. fin. C. de iur. deliberand.

Vltimè superest addamus illud secundum §. fin. hîc, quod *quando Reus satisfaciat actori, tũc absoluitur ab obseruatione iudicij* etiam quocunq; tempore iudicij id fiat. vti *omnia iudicia dicuntur absolutoria.* Si igitur aliquis timeat vt contra eum foret prolata sententia ex qua diffamaretur, satisfaciet actori ante sentẽtiam tam de principali quàm expensis factis, & per hoc euadet pœnam. Si verò actor noluerit recipere, vel eius procurator: aut eorũ alter non sit præsens, faciat reus cõsignationem vel depositionem ex mandato iudicis: quod sufficerit. vt approbat (præter obseruatum hodiernum stylum procedendi) Bart. l. iusiurandum. ff. de iure iurand. 14

TITVLVS XIII.

De Exceptionibus.

DE Actorum armis vbi satis superq; dictum sit, recta methodo iustoque ordine Iustin. de armis Reorum hic disceptat: quum exceptionibus sese tueri actorumque impetus depellere possint, vti exceptiones obtinent & vim & vicem actionum. Pertinetque hic tit. propriè ad pugnantia Actionum: Nihil enim tam contrarium Actioni, quam Exceptio.

Differunt tamẽ

Actio, datur in scriptis. vt autent. offeratur. C. de litis contestat.

Exceptio, non: l. scire oportet. §. oportet autem. ff. de excus. tutor.

Licet exceptio tamen possit officio iudicis redigi in scriptis. vt. c. quoniã contra falsam. extr. de probat.

1 Itaque exceptiones inuente sunt ad repellendas actiones, quibus rei iniustè condemnarentur. quia sæpè contingit vt Actor iustam habeat actionem: & tamen Reus iniustè condemnaretur. vt si quis promisit aliquid, ex metu, vel ex dolo, erroreúe. ideo tunc datur promittenti exceptio ad impugnandũ talem actionem.

Ex-

Exceptio igitur sit exclusio actionis, quæ cuiusque rei actioni interponi solet ad excludendum id, quod in intentionem condemnationémue deductum est: vel vt Paul. definit. Est condictio, id est, generalis iuris qualitas, ad defensionē pertinens, quę Reum modò damnatione eximit, modo damnationem minuit. l. 2. & l. exceptio 22. ff. de excep. 2

Ideo exclu dit Exceptio, Actionem, vt si

- *Dolo* me tibi obligaueris, te agentem doli exceptione,
- *Metu* me tibi obligasti, te agentē. quod metus causa exceptione,
- *Errore* me tibi obligasti, te agētem in factum exceptione,
- *Spe future numerationis* sim obligatus, si non numerasti, exceptione non numer. pec.
- *Pactum de non petendo fecisti*, te agentem exceptione pacti, repellam.
- *Iurauit e iuramentum deferente*, nil me debere exceptione iurisiurandi,
- *Si fuerim per sententiam liberatus* te iterum agentem exceptione rei iudicatæ.

Prima di

- *Ciuiles*, quæ ex leg. xij. tabul. Principum placitis, Responsis prudentum plebiscit. SCtis. & uisio-

uisione à causa efficiente

statutis seu consuetudinibus propriè suam originē trahunt, vt exceptio Macedoniani, Velleiani. Item fori. l. fin. C. de except.

Prætoriæ, quæ à prætore ob singularem quandam æquitatem sunt inuentæ & introductæ, vt est exceptio doli mali, metus, pacti, conuenti, &c. l. qui æquitate. ff. de dol. mal. except. & l. iurisgentiū. §. prętor. ff. de pact.

Secūda diuisione à causa materiali, ex l. exceptiones quæ ff. de except.

In personam, quę statū & qualitatem eius qui excipit, vel illius aduersus quem excipitur, respiciunt. veluti cum legatus declinat iudicium: vel alij, quibus ius reuocandi domum concessum est, cumque parens, patronus, maritus, donator, sociusue se facere non posse excipiunt, &c. l. 2. §. Legatis. ff. de iud. & l. exceptiones, id est, ff. de excep. & l. sunt qui cum seq. ff. de re iud. Persona verò illius contra quem excipitur, est in cōsideratione, si iudex incompetēs actor infamis, minorennis, procurator

Exceptionū aliæ sunt autē

rator sine mandato testis capitalis inimicus vel parti aduersæ sanguine coniunctus, &c. euitetur, toto tit. C. si à nō competentur Iud. iu. esse dic. & C. qui legit. pers. stand. in iud. hab. vel non. & l. 3. ff. de testib.

In rem, quæ ex ipsa re petita vel quali & alia nascuntur, vt si opponatur, rem, quæ petitur in commercio hominum non extare, rescriptum, vel actoris libellus si impugnetur. veluti eiusdem generis sunt exceptiones, rei iudicatæ, iurisiurandi, quod metus causa, &c.

Tertia diuisione à causa materiali

Aut iuris cùm actio quæ alicui summo iure competit, per æquitatem exceptionis quę & obligationē & actionem præsupponit, eliditur, vt est exceptio pacti de non petendo, iurisiurandi, rei iudicatę, &c.

Aut facti quando, scilicet, nulla præcedente obligatione actor de facto mouet litem, & reus se illi opponēs defensione vtitur, vt in exceptione solutionis, acceptilationis, &c. Bart. & Castrens. d. l. 2. ff. eod.

Quar-

Quarta diuisione ab effectu seu causa finali

Peremptoriæ seu perpetuæ, quę rem de qua agitur semper perimit. id est intentionem aduersarij Reo per diffinitiuam absoluto, vt fit in exceptione doli mali, metus, rei iudicatę, pacti, conuenti non numeratæ pecuniæ, iuri iurandi, &c. §. appellantur. hoc titul. & ff. eod. l. 3.

Dilatoriæ. seu temporales, quæ actione non prorsus tollunt, sed temporis dilationem ipsi reo tribuunt. Nam reus nunc ab instantia seu obseruatione iudicij ad tempus absoluitur, opposita vel exceptione perg. fol. seq.

Exceptione

Pacti facti, ne peteretur ante partum tempus. taciti tẽporis, quod ex natura obligationis inest. iudicis incompetentis. solutionis. declinatoriæ fori. procuratoris inhabilis. vel quauis exceptione procuratoria. his casibus qui ante tempus. Olim agebat, causa tota cadebat: Hodie si agit Reo duplex tempus datur.

Ex-

Exceptio metus datur contra petentem illud quod per metum promissum est, vt hic. l. donationis. C. quod met. caus. Nec tenetur designare personam qui metũ intulit, at sic est vt præbeat eum contra quem agit habere lucrum ex tali metu, vt est glos. l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod met. caus. & *dicitur esse metus respectu* mortis vel cruciatus corporis, qui scilicet cadit in constantem virum, vt sup. d. est l. metus. & l. seq. ff. quod met. caus. 3

Exceptio doli locum habet in iudicijs stricti iuris. Nam in iudicijs bonæ fidei dolus facit actionem ipso iure nullam. & ideo ibi exceptio non habet locum. vt ff. de dol. l. & eleganter. 4

Differunt

- *Actio de dolo debet probare namque hac actione quis dolum intulerit, cui & quare sit illatus, sicut datur in actione metus causa.* præter hoc q̃ duret per biennium. vt l. fin. C. de dol.
- *Hac apprimæ probatur, quis dolum intulerit, sed non oportet probari cui nam,* sed in exceptione quod metus causa, non probatur quis, neque cui. vt l. sed si quis ex dolo. §. fin. ff. de dol. præter hoc quod hæc sit perpetua, iuxt. reg. Quæ tem-

temporalia sunt ad agendum perpetua sunt ad excipiendum. l. purè. ff. de doli except.

6 Item *quando quis ex errore aliquid promisit* datur ei exceptio in factum quamuis etiam habeat exceptionem doli. vt l. ij. §. circa. ff. de dol. excep. vel datur ei exceptio in factum contra patrem vel patronum cui filius vel libertus aliquid promisit quod promittere nõ debuit ex errore, quia cõtra patrem vel patronum non videtur danda exceptio doli ob diffamiam, & ita vult hic glos. quod tamen non est necessarium, quia exceptio doli non est diffamatoria in hoc casu cùm nõ procedat ex delicto.

4 *Actio quæ eliditur per exceptionem dicitur esse efficax*, secundum text. hîc. & hoc intelligit glos. quia permanet obligatio naturalis & ciuilis, licet glosa aberrare videtur nec scopum tangere, quia quando exceptio inititur æquitati, tunc non est aliqua obligatio naturalis, quæ contra æquitatem procedit. vt l. stichum. §. naturalis. ff. de solut. Et ideo melius videtur dicendum: quod talis actio dicitur efficax ratione obligationis ciuilis tantum.

Obie-

Persona actoris, vt quia sit excõmunicatus, minorennis, filius, libertus, beneficiarius, capitalis inimicus, contumax. vt c. exceptionem. extr. de except. l. j. & l. ij. C. qui legit. person. hab. stand. in iud. &c. l. lis nulla. ff. de iudic. l. 4. cum aliquot. seqq. ff. de in ius voc.

Obiectum exceptionis est vel

Procuratoris veluti, Si falsò procuratorem asserit: Si personam ad functionem procuratoriam non habeat idoneam. Si constituens nõ possit dare procurator, Si in ea causa nõ possit dari procurator, Si non cauerit legitimè, cùm mandatum non habeat. &c. secund. Bart. l. licet. nu. 5. & 6. c. de procur.

Iudicis, vt quia incõpetens, Surdus, Mutus, Impubes, Mente captus. l. cum prætor. §. non autem, ff. de iudic. & l. quidam consulebant. ff. de re iudic.

Rei conuenti, Infamis, Excommunicatus, Aduocatus in eadem causa, Quia in propria cum iudex esse velit. l. iudices. C. dignitatib. lib. xij. l. fin. C. de assessorib. l. qui

iurisdictioni. ff. de iurisd. omni iudic.
Suspectus. vt c. licet. extr. de for. com pet.
Seruus, Mulier. d. l. cùm prætor. ff. de iudic. & l. fœminæ. ff. de reg. iur.

Exceptioni SCti,
- Macedoniani,
- Velleiani,
- Cessionis bonorum, aut id genus alijs.

Vel exceptioni Rei, id est
- Rescriptum contrarium, Iuri naturali, Ciuili, aut Cosuetndini.
- Incompetentia iurisdictionis.
- Importunitas loci, siue non tuti, non honesti.
- Angustia temporis, Ineptus libellus, Spolium, Nouatio contrarietas, Feriæ, Carcer, Pactum conuentum, Pactum de non petendo temporale, & hæc ferè sunt exemplaexceptionis dilatoriæ.
- Item iusiurandum, Res iudicata, Sententia arbitr, Transactio, Vsucapio, Præscriptio, Solutio, Acceptilatio, Compensatio, Non numeratæ pecuniæ, Doli mali, Metus falsitatis, Deceptionis vltra dimidium iusti prçcij, sunq; hæ peremptoriæ exceptiones. de quib. passim in lib. ff. torũ. Cod.

& a-

& alibi in ſedibus ordinarijs diſſeritur, & quia omnes omnium Exceptionum ſpecies ſeu formulæ ad viuum vſque reſecandæ vel ſingulatim enucleandæ nobis hîc non ſint: latiorum earum explicationem quicunque deſideret accendat vel Angel. Aret. vel noſtram figuram Iudicij, aut Repertoriũ in claſſe Exceptionum.

Promittens reſtituere pecuniam quã ſperabat ex cauſa mutui recipere, & ſibi numerari obligatur & poteſt conueniri ſed contra petentem poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. 8

Pecunia autem poteſt promitti, per inſtrumentum vel per literas, & tunc naſcitur exceptio de non numerata pecunia, ſi ſcilicet pecunia contenta in literis obligatorijs non ſit numerata: & de tempore durationis iſtius exceptionis. d. eſt ſup. de liter. oblig. & id eſt quod vult hîc. §. idem iuris. in fin. vel poteſt promitti pecunia precedente interrogatione & tunc naſcitur obligatio ex ſtipulatione & ſi pecunia non ſit numerata datur debitori exceptio in factum non numeratæ pecuniæ, & de illa exceptione proprie loquitur textus iſte. & concordat l. cum vltra. C. de non numer. pecun. 9

10 *Per pactum de non petendo* non tollitur obligatio præcedens ipso iure, sed contra ipsum datur exceptio de non petendo, siue pacti conuenti, & ideo non obstante pacto de non petendo potest creditor agere contra debitorem: sed debitor non potest condemnari si opponat exceptionem pacti conuenti.

11 *Per pactum* tamen tollitur naturalis obligtio. vt ff. de solut. l. stichum. §. naturalis. sed remanet ciuilis: Vnde nascitur actio: quæ tamen ciuilis obligatio eliditur per exceptionem. & isti sunt duo effectus pacti cõuenti, quibus potest & addi tertius: Quia scilicet pactum inducit obligationem naturalem de non petendo. Nam aliquis potest obligari naturaliter ad non faciendum, sicut ad non furandum. vt sup. de obligat. quæ ex malefic. nasc. §. j. Et ideo etiã potest quis naturaliter ad non petẽdum, & sic idem actus liberat & obligat respectu diuersorum. Nam pactum liberat respectu debitoris, & obligat respectu creditoris. vt glos. l. si pater. §. qui debitorem. ff. de iure dot. Ex quo patet quod si lex vel statutum prohibeat mulierem obligari nisi cũ certa solennitate, tunc mulier non potest facere pactum de nõ petendo debitum. nisi

cum

cum tali solennitate vt not. per Bart. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact.

In maleficijs pactum tollit vtranque obligationem, scilicet naturalem & ciuilem. si paciscatur vt non agatur, quia talis obligatio est debilior quàm illa quæ præcedit ex contractibus. Et idem dicit glos. de pignore remisso per pactum: quamuis faber ibi aliter dicat cùm illa sit obligatio realis. 12

Per iuramentum non tollitur obligatio ciuilis Rei deferente actore, qui potest contra ipsum Reum agere, vel actionem intentare, attamen non de *periurio*, quia postquam causa decisa est per iuramentum non potest iterum suscitari prętextu per iurij. vt C. de re. credi. l. j. 13

Nisi in quibus- *Primus*. Si iuratum sit contra legem, vt si mulier iurauerit permanere in meretricio: quia melius est iuramentum non seruare quàm delinquere. vt in autēt. scenicas mulieres. §. j. colla. 5. quæ est autentic. quod eis. C. de nupt. Similiter si liberta iurauerit patrono non nubere: quia hoc est contra bonos mores. vt l. adigere. ff. de iur. patron. Et iuramentum contra bonos mores prętitū non

dam casibus,

ligat. vt in reg. non est obligatorium. de regu. iur. lib. vi. vbi vid. per nos latius.

Secundus. Si quis iurauit sibi debere legatum cuius contrarium constat ex testamẽto. vt C. de reb. credit. & iureiur. l. final.

Tertius. Si nouiter reperiantur instrumẽta cõtra iuramentũ necessarium. vt ff. de iureiur. l. admonendi.

Quartus. Si iuratũ sit super trãsactione inita ex falsis instrumentis. vt l. ex falsis. C. de transact.

Quintus casus est. Si partes inter se conuenerunt, vt propter periurium causa retractaretur. vt C. de reb. credit. l. j.

Item differt

An possessor iuret rem suam esse, quia si sic, habet actionem, & exceptionem.

Vel possessor iuret petitoris nõ esse, si verò sic, habet solum exceptionem contra petitorem, & nõ alium. quia per hoc quod res non est petitoris: non sequitur quod res est ipsius possessoris. vt ff. de iureiur. l. sed etsi possessori. primo respons.

Per

Per sententiam absolutoriam non tollitur obligatio neque actio à conuento, siue actione reali siue personali absolutus sit, sed datur absoluto exceptio rei iudicatæ contra agentem de nouo. vt ff. de excep. rei iud. l. except. *Nam sententia absolutoria* aliter tollit *obligationem, quàm iuramentum vel pactum.* quia iuramentũ vel pactum tollit totaliter obligationem naturalem & non ciuilem. vt ff. de iureiur. l. fin. Sed sententia tollit obligationem ciuilem remanente naturali. vt ff. de condict. in deb. l. Iulianũ. Et ideo si ille qui est absolutus per sententiam posteà soluat non repetit solutum. vt ff. de cõdict. indeb. l. iudex. 15

Post hæc exceptio perpetua & peremptoria opponitur sine præfinitione temporis. Debet tamen opponi ante sententiam. vt l. peremptorias. C. sentent. rescind poss. & debet probari ante publicationem testificationum. vt l. si qui semel. C. de testa. nisi posteà posset probari per instru. vel confessionem aduersarij. vt habet glos. in d. l. peremptorias. 16

Si exceptio opponatur à minore. vt ff. de minorib. l. minor 21. an. licet fab. velit hunc casum non excipi à regula, quia

hoc fiat per restitutionem in integrum: qua sententia declaratur tanquam nulla.

Si exceptio opponatur â milite. nam ille potest excipere post sententiam, eo quod teneatur iura scire. vt C. de iur. & fact. ignoranti l. j.

In hisce tamẽ casibus potest opponi post sentẽtiam

In exceptione Macedoniana vel velliana est tertius casus: vt si filius vel mulier obligauit se, datur exceptio post sententiam. vt ff. ad Maced. l. tãm etsi.

Si donator excipiat ne conueniatur in plus quàm facere potest, habitatione ne egeat. vt ff. de re iud. l. Vecennius. §. fin.

Si opponatur exceptio falsi procuratoris. vt quia non habuerit mandatum. vt l. licet. C. de procur. Secus est si opponatur epceptio contra personam procuratoris, quia illa est dilatoria, vt infr. eod. §. præterea.

Si opponatur de nullitate iudicij, eo quod sententia lata est falsis instrumentis: vel quia data est pecunia Iudici, vt ferret sentẽtiam. C. quand. prouoc. non est necess. l. ve-

l. venalis. vel quando iudex fuit incompetens. vt C. si à non competent. iudic. per tot.

Si excipiatur de hoc quod quis fuerit compulsus eo tempore quo compelli non debuerat. vt l. j. ff. de ferijs.

Exceptiones dilatoriæ debent opponi ante litis conteſtationem. ſed probantur poſtquam actor monſtrauit ſuam intentionem. vt C. de probat. l. exceptionem. Inde tamen excipitur *Exceptio fori,* quæ opponitur & probatur ante litis conteſtationem. vt ff. eod. l. penult. 18

Exceptio non numeratæ pecuniæ ſecundũ aliquos dicitur anormala, quod pro tanto uerum eſt, quia in alijs exceptionibus opponẽs tenetur eas probare. Sed qui opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ non tenetur probare. vt C. de non nu. pecun. l. ſi ex cautione tua, & eodem modo dicitur *de exceptione non numeratæ dotis.* vt C. de dot. cauſ. & non num. l. fin. Et ita ipſæ exceptiones ſunt temporales quantum ad propoſitionem. *Durant enim per biennium,* vt de excep. non num. pecu. d. eſt ſup. de liter. oblig. §. fin. In noſtra verſione Inſtit, earundemq; duplici lectione. Sed quantũ ad probationem ſunt 19

perpetuæ, vt not. etiam per Bart. l. exceptionem. ff. eod. tit.

Exceptiones dilatoriæ & temporales non destruunt actionem (vt olim solebant, quia qui ante tempus agebat perdebat actionem & res. vbi solùm hodie duplicatur Reo tempus dilationis, & actor condemnetur reo in expensis tãtum in priori lite factis) & ita tunc fuit huiusmodi exceptio peremptoria: quæ hodie non est sic.

Istud tempus
- Ab homine interdum
- A lege interdum
- Ex natura actionis etiam interdum †

† datur, vt
- si aliquis stipulatur sibi fructus futuros,
- vel ædificari sibi domum in certo loco,
- vel cùm sit Romę dari pecuniam Ephesi, datur dilatio ex natura actionis, ff. de verbor. oblig. l. interdum secund. Azon.

21 *Exceptiones procuratoriæ* ratione personæ sunt dilatorię, quales sunt illæ quibus mulieres & milites prohibeantur agere
22 alieno nomine. *Mulieres quidem non possunt agere* pro alijs nisi pro parentibus qui pro

pro se propter infirmitatem vel ætatem agere non possunt. nec reperitur alius volens pro eis agere. quo casu mulieres debent renunciare Velleiano priuilegio vt in text.& glos. l. fœminas. ff. de procur. *nec potest mulier esse aduocata* propter mulierem Calphurniam quæ sese turpiter & scandalosè gesserit in iudicio. vt ff. de postuland. l. j. §. sexum. *Potest tamen mulier esse procuratrix ad negocia.* vt in glos. l. ij. ff. de reg. iure. vbi etiam vid. nostros comment. 23

Item *miles non potest esse procurator*, ne reuocetur à militia in damnum Reipub. ne sit terribilis aduersario. vt in glos. l. militem. C. de procurat. 24

Et istud est verum *de milite cœlesti*, qualis est clericus in sacris ordinibus constitutus. l. filius famil. §. veterani. & ibi glos. ff. de procurat. nisi in pijs causis, & pro miserabilibus personis. vt c. j. & ij. extr. nec cleric. vel monach. cuius etiam abundè satis meminimus in locis nostr. com. argu. legal. diuersis. 25

Dilatoriæ exceptiones procuratoriæ, opponendæ sunt ante litis contestationem. vt not. l. filius familiàs. §. veterani. ff. de procur. nisi procurator interueniat post litem contestatam, & tunc opponi debent 26

ante

ante primum actum concernentem merita cauſe, quia aliàs videtur procurator admitti, vt not. per Bart. l. Pompon. §. rati. ff. de procu. Quod quidem verum eſt, niſi eſſet exceptio procuratoria quæ redderet iudicium nullum: qualis eſt de falſo procuratore. de qua in l. licet. C. de procurat.

28 Item quamuis ſint *diuerſa exceptiones dilatoriæ*, poteſt tamen iudex pro omnibus dare certum tempus intra quod opponi debent. vt not. in gloſ. & per Bart. l. error. C. de iur. & fact. ignor.

29 Denique *infamiæ exceptio* ipſius procuratoris, vel conſtituentis procuratorem, non repellit (vt olim) procuratorem ab agendo. iuxt. §. eas verò. hoc tit. dum modo ſit non notoria, nec opus ſit altercatione, quæ impediat actionem.

TITVLVS XIIII.
De Replicationibus.

QVandoquidem vt actiones elidantur per exceptiones, ſic etiam Exceptiones poſſint elidi & infringi per Replicationes. qua de cauſa quum iam de Exceptionibus methodicè dictum ſit, ſequitur con-

consequenter dicendum de Replicationibus.

Replicationes autem nil aliud sunt, quàm Exceptiones ex parte actoris proficiscẽtes, post responsum datum, quæ quidem ideo necessariæ sunt, vt exceptiones excludant: Semper enim Replicatio id circo objicitur, vt exceptionem oppugnet. Vnde illud tenendum est, omnem Exceptionem vel Replicationem excluſoriam esse, nam exceptio, Replicatio excludit Actorem, Reum. 1 2

Sed & contra Replicationem triplicatio dari solet, & sic deinceps multiplicãtur rursus nomina dũ aut reus aut actor objicit. 3

Excluditur — *Actio per Exceptionem, Replicationem, Duplicationem, Triplicationẽ, Quadruplicationem. Sed exceptio quæ Reo competit prodest eius Fideiussori nisi sit exceptio, quod Reus vel Bonis cesserit, minor sit, Beneficium habeat, ne in plus quàm possit conueniatur.*

Quia interdum Exceptio iniqua opponitur Actori ideo datur ipsi actori Replicatio: vt si creditor pactus est. cum debitore nil se petiturum: & posteà pacti sint in contrarium agente creditore excipit

cipit debitor: scilicet propter contrariũ pactum posteà celebratum & factum iniquum esset creditorem excludi ab actione: ideo datur sibi Replicatio ex illo vltimo pacto.

5 Sicut ergo *exceptio iuuat intentionẽ Rei*, & nocet Actori: Sic econuerso, *Replicatio iuuat* intentionem Actoris, & nocet Reo.

6 Quando sunt *contraria pacta*, tunc secundum nõ tollit primum ipso Iure, sed ope Replicationis: *quæ potest opponi* in qualibet parte litis, vsque ad sententiam. vt in l. ij. §. j. ff. de excep.

7 Rursus *quia etiam Replicatio interdum iniquè opponitur* ab ipso actore, seu ipsius procuratore: ea gratia data est Reo *Duplicatio*, & quia illa etiam interdum iniqua, vel non de iure fundatur opponitur, datur contra eam *Duplicatio*, etiam admittente Iudice. Et ita vlterius dãtur defensiones Actori & Rei, de quib. latius in libr. ff. torum. & nostra dicta praxi iudiciaria.

8 *Duplicatio* est allegatio verbalis vel in scriptis, quæ datur Reo ad infirmandam Replicationem actoris. vt §. rursum hoc tit. Et sic describas *Triplicationem* esse allegationem quæ concedatur Actori ad debilitãdã exhibitam Rei duplicationẽ.

In

In *Exceptionibus dilatorijs probabilibus per teſtes non dantur niſi tres dilationes communiter: & quarta datur cum ſolennitate Iuris.* vt not. c. vltra tertiam. extr. de teſtib. 9

Pacti exceptio de non petendo competens Reo principali conuenit fideiuſſori, quando ſaltem eſt exceptio cohærens rei vt l. defenſiones. C. de except. & l. omnes. ff. de except. ſecus ſi eſſet exceptio cohærens perſonæ ſicut eſt exceptio de ætate. ſicut quando Reus eſt minor: quia talis petit reſtitutionem in integrum, quæ non conuenit fideiuſſori. Similiter ille qui ceſsit bonis habet exceptionẽ vt non conueniatur in plus quàm in quantum facere poteſt, ſed illam exceptionem non habet ſuus fideiuſſor, vt hic dicitur. Et regulariter verum eſt, quod illa *exceptio, nequis in plus conueniatur quàm facere poteſt* non detur fideiuſſoribus. vt ff. de re iudic. l. etſi fideiuſſor. 10

TITVLVS XV.

De Interdictis.

De

DE Replicationibus & iudicijs Petorijs in quibus principaliter de dominis vel quasi alicuius rei agitur vsque explicatis: hoc titul. de possessorijs (ne altrum membrorum nostri Iudicij de esset) hoc est interdictis, seu actionibus quę pro his exercentur (quum sint defensiones possidentium) tanque superiorum Actionũ cognatis iusto ordine ac optima Methodo Iust. Imper. differit.

1 *Possessoria autem ea iudicia appellantur.* in quibus de nuda possessione vel quasi disceptatur, quæ tutiori ac conuenientiori appellatione Interdicta passim vocitantur.

2 *Interdicta olim erant* conceptiones verborum, seu verba concepta à prætoræ cũ certa solennitate inter duos contendentes super possessione vel quasi possess. Sed *hodie interdicta nihil* aliud sunt quàm actiones prętorię in factum. vt inf. eodem tit. 5. fin. Theoph. autem sic definit, Interdictum est, enunciatum Prætoris inter duos aliquos qui de possessione contendunt, emissum, facti quidem speciem, causamque non definiens, sed quomodo de ea iudicandũ sit, Iudicem informans, &c. Hodie tamen Interdictorum proponen-

nendorum antiquis formulis atque solennitatibus abolitis, actiones in factum pro ijs dantur. §. fin. hoc tit. & l. fin. C. de formul. & impetrat. act. sublat.

Quæstio hîc oriri posset anne Possessoria, seu *Possessiones aliter peti possint* quàm per interdicta: maximè: nempe per condictionem indebiti. vt l. indebiti. §. si minimi. ff. de cõdict. indebiti. sic etiam per condictionem triticariam. vt l. j. ff. de condict. triticar. & per condictionem ex lege. vt l. fin. C. de acquir. possess. 3

Nominanter autem dicitur hîc *quasi possessione*: quia incorporalia non possidentur: quia *verè possidetur* quod pedibus calcatur, videri & tangi potest. vt l. ff. de acq. possess. *Incorporalia* autem tangi nequeunt. sup. de reb. corp. & incorp. per tot. & ergo quasi possidentur. vt ff. de acq. rer. domin. l. seruus. §. incorporales. pro quibus etiam dantur interdicta, vt sunt viæ, actus, iter aquæ ductus. nam si pro istis iuribus contendatur, datur interdictum de itinere actuque priuato. vt ff. eod. tit. per tot. 4

Cùm agendũ sit inter aliquos de proprietate, & dubitetur quis eorum possideat prius discutiendum est de possessione, quod fit *per interdicta vti possidetis*, & 5

Vtrobi. de quibus infrà in themate patebit. Nisi enim resciatur quis possessor & quis petitor, non potest de proprietate agi. Et est magnũ commodum possidendi, quia licet res non sit possessoris, manet tamen apud eum quamdiu lis est, si actor non probet eam suam esse. Et quando obscura sunt iura iudicatur pro possessore & cõtra petitorem. vt hîc §. retinendæ. vsque ad §. sed interdicto quidem. & l. fin. C. de rei vendic. Item hîc Reo dan-
6 tur plures *dilationes* quàm actori. vt l. fi. ff. de fer. Et etiam cæteris paribus plus fauetur Reo quàm actori, l. Arrianus. ff. de act. & oblig.

7 Item *in interdicto de superficiebus* est etiã similis modus agendi, sicut in istis interdictis. Et datur hoc interdictum superficiario cõtra turbantẽ eum in sua superficie. vt l. iij. §. proponitur. ff. de superfic. Et dicitur *superficiarius* qui habet superficiem in alieno solo. vt l. j. ff. de superfic. I-
8 dem etiam est *in interdicto de itinere actuq; priuato*, q̃ datur ei qui vsus est 30. vicibus seruitute itineris vel actus vel viæ contra eum qui turbat ipsum seu volentem impedire. vt ff. l. j. de itin. actuq. priu. Idem
9 est etiam *in interdicto de aqua quotidiana & æstiuali*, quod datur ei qui ducit aquã ex ali-

aliquo loco ad rigandum agrũ suũ contra turbãtem eum. vt ff. de aq. quot. & æstiua. l. j. Et dicitur *aqua quotidiana* quæ quotidie duci potest: & dicitur *æstiualis*, quam expedit ducere in æstate. vt d. l. j. §. quotidiana. & §. æstiua.

Ne vis fiat iustè possidenti, quod datur in eum qui dolo malo impedit ne quis in possessionẽ mittatur, & contra eum qui missum in possessionem eijcit. quia sicut iudicis est aliquem in possessionẽ mittere: ita eius est eum in eadẽ possessione tueri. vt ff. ne vis fiat ei. l. j.

Ne vis fiat ei, qui ius inferẽdi mortuũ habet. quod quidẽ habet duo capita. Vnum, scilicet, quod datur cõtra eum qui impedit aliquem volentem inferre mortuum suum in locum vbi iustè eum inferre posit. vel prohibet ei iter vel accessum ad talem locũ. Quod, inquam, interdictum datur ad interesse, & ad dãmna. vt si propter necessitatem funeris necesse fuit emere alium locum. vt l. liberis. ff. de relig. & sumptibus funer.

Aliud est, quod datur contra eum qui mortuum suum sepeliuit in alieno loco. & datur ad pretium loci, vel ad remotionem cadaueris. vt l. si is qui. ff. de relig. & sump. fuit. Nam olim sepulturæ habebantur extra ciuitatem. vt iij. §. diuus. ff. de sepul. viola. Sed hodie habentur sepulturæ in ciuitatibus, scilicet, in cemiterijs, in quibus mortui sepeliuntur, nisi sint publici vsurarij, vel excommunicati. vt c. j. extr. de sepultur. Et sepeliuntur quoque in ecclesijs mortui, licet videatur cõtra legem. nemo Apostolor. C. de sacrosanct. eccles.

Prohibitoria, cũ prætor volet aliquid fieri vt interdictum

Ne in loco sacro, ædificiũ fiat, Quod nempe sit in deformitatem vel incommoditatem illius loci. vt l. j. ff. ne quid in loc. sacr. Quod interdictum datur etiam contra eos qui aliquid volunt facere in portis vel muris ciuitatum: quia dicuntur res sacræ. vt sup. de rer. diuis. §. Sanctæ. vel apud

por-

portas vel muros eiusdem sine cõsensu Principis vel communitatis. vt Bart. l. fin. ff. ne quid in loc. sacr. Ergo hîc respectus est habendus deformitatis vel incommodatis: alioqui si quis vellet facere in loco sacro pulchram imaginem diuinitatem respicientem non prohibetur. vt l. j. ff. ne quid in loc. sacr.

Ne in flumine publico aut ripa quid fiat quo peius nauigetur, quod interdictum datur cõtra eum qui aliquit struit, fabricat vel facit in flumine publico vel ripa quo nauium fluxus & transitus impediatur: vt tale quid impedimenti scilicet amoueat. vt l. j. ff. ne quid in flumin. public. vbi. Dd.

Interdicta) prima diuisione ab effectu & forma

Bonorum possessionem ei, qui de iure prætorio succedere potest, vt puto filio emancipato contra eum qui pro hęrede vel pro possessore bona defuncti possidet. Et habet succedens iure prætorio istud interdictũ

inter locutionis ductaratione pos sessionis cõ petere solẽt, & sunt aut

(vulgo quod appellatur, Quorũ bonorũ) directũ. vtile habet succedens iure ciuili, vt ex testamento vel ab intestato. vt ff. quor. bonor. l. j. E contrà autẽ in petitione hæreditatis. Nam directũ habet succedens iure ciuili. vtile verò succedens iure prætorio. vt ff. debonor. possess. hæred. petit. l. j. Est item & alia differẽtia inter istud edictũ & petit. hæred. quia agens petit. hæred. petit se declarari principaliter hęredem. & ex consequenti officio iudicis petit sibi adiudicari bona hęreditaria ipsius defuncti, vt hîc. Et quamuis agens nunquam possederit, datur tamen sibi Interdictum Restitutorium: quia dicitur sibi possessio restitui, id est, dari. vt ff. de verbor. signifi. l. verbum reddendi. Quagratia non est reijciendus libellus in quo actor petit restitui ad id quod nunquam habuit. Secus tamen in statutis vbi verba propriè accipiũtur. vt l. constituti. ff. ad municip.

Re-stitutoria, cùm præ-

Vnde vi, vel Rei possess. ei qui de illa est deiectus. Quod datur contra eum qui per vim deiecit aliquem à possessione sua, & datur intra annum etiam pro his quæ non peruenerunt ad deij-

tor iubet aliquid restitui, vt

deijcientem. Et pro alijs datur perpetuò. vt l. j. ff. de vi & vi armat.

Exhibitoria, cùm prætor iubet aliquid exhiberi, vt

Eum de cuius libertate agitur.

Eum de cuius operis agitur.

Datur ergo Interdictum exhibitorium pro liberis hominibus contra detinentes eos. vt l. j. ff. de lib. exhib. vel pro libertis contra detinentes eos quãdo patronus vult eis indicere operas. vt ff. de interdict. l. j. §. iure suo. vel etiã contra detinẽtes liberos alicuius: vel impediẽtes ne parẽtes ducãt eos quò velint. vt ff. de liber. exhib. l. 3. Pater tamẽ nõ habet istud interdictũ contra matrem volẽtem lactare filium suum. vt ff. de liber. exhib. l. 3. §. etiam. Nec pater habet istud interdictum contra maritum detinentem filiam suam, sed potius è contrà maritus habet istud interdictum contra patrem. vt l. j. ff. de libe. exhib.

Mixta, quę partiũ prohibitoria partim exhibitoria sunt. l. j. §. interdũ. ff. de interd. item simul participantia cũ prohibitorijs & restitutorijs, vt

Interdictum de liberis exhibendis, pro primo exemplo

Simul autem, vt est, Interdictum ne vis fiat, qui in bonorum possessionẽ missus est

Item de ventre in possessione mittendo. l. j. §. hæc actio. & l. penult. §. prętor. ff. ne vis fiat ei, qui in bonor. possi miss. est, &c. & l. j. §. interdum. iuncta glos. ff. de interdict.

Adipiscẽdæ possessionis vt interdictum,

Quorum bonorum, quod datur bonorum possessori in eum qui possedet, pro hærede, id est, putans se hæredem. *Pro possessore*, id est, putans possessorem. Istud ergo Interdictũ Quor. bonor. datur succedenti iure prætoria contra eũ bona defuncti vel: aliquid iudex eis pro hærede vel pro possessore possidet, nõ autem si possideat alio titulo. Et idem est de petit. hæred. vt C. de petit.

petit. hæred. l. hæreditatis. Ille autem *dicitur pro hærede possidere* qui se dicit hæredem sed non est, & ille *pro possessore*, qui possidet & nullũ habet titulum. Vnde pro hærede & pro possessore vt hîc sumuntur non sunt tituli. & ideo sic possidentes non præscribunt nec vsucapiũt. vt l. hæreditatem. C. in quib. cessat long. tempor. præscript.

Quorum legatorum, quod datur hæredi contra legatarium, qui sua autoritate legatum occupauit. Est ergo interdictum adipiscende possessionis, ad refrenãdam legatariorum immoderatã cupiditatem, à Prætore interdictum, competẽs hæredi, bonorum possessori, vel cuilibet vniuersali successori aduersus legatarios, qui ante hæreditatis aditionẽ, propria autoritate & non ex hæredis voluntate legata occuparent, ad restituenda sibi occupata legata, ita vt pręstita cautione de restituendis legatis hæres falcidiam detrahere possit l. j. ff. quid legator. & l. vnic. C. eod.

Interdicta (secũda diuisione à fine deducta)

rationepoſſeſſionis cõpetũt, & ſunt aut

Saluianũ, quod datur dominofundi de rebus Coloni, quas is pro mercedib. fundi pignori futuras pepegiſſet

Quod directum datur contra colonum, inquilinum eiuſúe hæredem per locatorem prædij vrbani ſeu ruſtici cauſa poſſeſſionis adipiſcendę, earum rerũ quas ſibi pro mercedibus ſeu penſionibus fundi vel domus pignori futuras pepigerunt, quas tamen vt locatoribus imponerent, finito ferè locationis tempore ſubdolè & clàm vel exportarunt, vel quoquo modo fraudulenter alienarunt. l. j. ff. de migrãd. l. j. ff. de Salu. interdict. l. j. C. de precar. Et differũt interdictum Saluianum & actio Seruinina, quòd in illo ſufficit probare colonũ poſſidere vel poſſediſſe. vt l. j. ff. de interd. Saluia. In hac oportet locatorem probare colonum fuiſſe dominũ rei pro qua agit tẽpore obligationis. vt l. j. de pig. §. cùm prædium.

Re-

Retinẽdæ possessionis, vt interdictũ, Vti possidetis, quod pro re immobili datur, Vtrobiq;, quod pro mobili conceditur.

Et ista duplicia sunt, quia non apparet in illis, quis actor sit, & quis Reus, cùm vterque affirmet se possessorem.

Reliqua sunt simplicia. Datur ei qui dicit se rei quidem possessorẽ esse, sed à quodam turbari. Quo casu qui tempore lit. cõtest. iustus erit possessor obtinebit, siue corpore, siue animo, siue per se, siue per alium possideat.

Recuperandæ possessionis, vt Interdictum Vnde vi, quod datur ei qui deiectus est, cõtra eũ qui deiecit, qui præter hoc tenetur

Conditione legis, qua si erat rei dominus, priuatur dominio suo: Si res erat aliena, duplum restituere cogitur.

Lege Iulia de vi publica, vt si per arma vim fecerit.

Lege Iulia de vi priuata, puta si sine armis vim intulerit.

In-

Interdicta (tertia diuisione ex modo exercendi Interdicta deriuata) sunt aut

Simplicia in quibus, alter est Actor, Reus, Conuentus. veluti sunt Restitutoria, & Exhibitoria omnia. *Item quædam prohibitoria, vt ne quis in loco sacro de arboribus cædendis. De itinere actuque priuato.* & similia.

Duplicia, in quibus non facilè apparet vter litigantium, vel Actoris, Rei, locum obtineat, Qua vterque sese possidere affirmat, vt in interdicto, vt possidetis, & vtrobi. §. penult. hoc tit. nostr. & l. 2. in princ. & §. fin. ff. de interdict.

Olim *per edictum vti possidetis* vincebat ille qui rem possidebat tempore interdicti. si nõ possidebat vi, aut clàm, aut præcario ab aduersario suo. licet etiã sic possident ab alio, *sed per interdictum vtrobi* ille vincebat qui pro maiori parte anni nõ vi aut clam aut præcatorio ab aduersario rem possidebat. sed hodie ista differentia sublata est, & per vtrumque interdictum vincit ille qui tempore litis contestatæ rem possidet. non vi aut clàm aut præcario ab aduersario. Et *dicitur quis possidere* non solùm per se ipsum, sed etiam per alium quamuis suo iuri non sit subiectus.

Et

Et *possessio solo animo retinetur*, sed solo animo non adipiscitur.

Interdicta *vti possidebis ab vtrobi* dantur quãdo aliquis impedit alium ne possit arare, vel ædificare: quia dicit se possidere. l. vim facit. ff. de vi & vi arm. Vel etiam si non dicat se possidere, sed impediat alium per iniuriam, adhuc dantur ista interdicta. vt l. si duo. §. fin. vicinus. ff. vti possid. datur tamen tunc etiam *actio iniuriarum*. vt ff. de act. empti & vendit. l. qui pendẽtes. Et si non dicat se possidere neq; faciat per iniuriam sed dicat se seruitutem habere, tunc si ipse possideat aget alius negatoria: si autem ipse qui turbatur possideat, tunc aget hoc interdicto. vt l. ij. ff. si seruit. vendic. 12

Ille dicitur *vi possidere*, qui per vim & violentam retinet possessionem. & ille dicitur *clàm possidere*, qui secretè intrat possessionem. Et quidem *precario possedere*, qui per preces obtinet possessionem. Et interdum transfertur precario possessio naturalis & ciuilis. vt l. in rebus. ff. de precar. interdum transfertur naturalis tantùm. vt ff. de precar. l. & habet. §. eum. Et interdum nulla possessio transfertur. vt l. rectè. §. is qui. eod. 13

Quando autem omnis *possessio translata* 14

est,

est, tunc non dantur ista interdicta per quæ tuentur possessores: sed quando nulla possessio trãslata est vel naturalis tantùm, tunc dantur ista interdicta. vt l.j.§. j.ff.vti possidet.

15 *Qui possidet per alium dicitur possidere.* vt ff.de acq.possess.l.quod meo. Et ille *qui alieno nomine possidet* non habet ciuilem neque naturalem possessionem.l.non solùm.§.quod vulgo.ff.de vsucap.vt est colonus & inquilinus, depositarius & commodatarius. sed solùm habet detentionẽ quæ vocatur passim Tenuta.vt et in glos. l.ij.ff.pro hærede. Si tamen isti deijciantur à possessione, dicitur dominus perdere possessionem, vt in glo.l.j.§.non autem.ff. de vi & vi arm. *Colonus* autem est, qui est in villa. *Inquilinus*, qui est in ciuitate.vt l.rem pignoris. ff.de acq.possess.

16 *Interdictum autem recuperandæ possessionis* datur ei qui per vim à possessione eiectus est.& vocatur Edictum vnde vi, quo conueniri poterit singularis successor, si principalis haud sit soluendo, vt frequenter interpretibus placuisse refert Ioan. Coras.l.naturaliter.§. nihil cõmune. nu. 45.ff.de acq.possess.

17 Et ille *qui deiecit aliquem à possessione* si sit res ipsius deijcientis perdidit eam. & sin

sin minus sit, restituit eam & soluit vim passo æstimationem rei. Tenetur etiam eijciens aliquem à possessione sua ad pœnam l. Iuliæ. de vi priuat. si fecerit sine armis. Si verò per arma, tenetur ad pœnam l. Iuliæ de vi public. Et nomine armorũ etiam cõtinentur fustes & lapides, vt habet Iustin. paulò antè §. tertia autẽ.

Primum est Interdictum vnde vi. quod datur principaliter pro rebus immobilibus. ex consequenti tamẽ etiã pro mobilibus. vt l. j. §. illud. ff. de vi & vi arm. pro quib. principaliter *datur actio vi bonor. rapt.* Et datur istud Interdictũ etiã illi, qui *vi aut clàm* vel *precario* possidet ab aduersario. quod equidem verũ, si possideat per interuallũ temporis: Quoniã si in incõtinenti expelleretur, nõ daretur ei hoc interdictum contra aduersarium. vt l. iij. §. cùm ergo. ff. de vi & vi arm. Et dicitur *fieri incõtinenti* quando quis non diuertit se ad alios actus extraneos. vt l. qui duos. ff. de duob. re. stipul. Et qui vim patitur nõ tenetur expectare donec fuerit percussus, sed sufficit adesse iustum timorem ad re-

Pro recuperanda possessione

dãtur hæc remedia, quorũ

repellẽdum inferentem vim seu violentiam. l. sed & si quandoq; ff. ad leg. Aquil.

Secundum remedium est ex Constitutione legis. Si quis in tãtam. C. vnde vi. per quam faciens violentiã abstrahendo rem ab alio si sit res sua perdidit eam. si sit aliena restituit eam. & etiam æstimationẽ eius rei. vt d. l. si quis in tantam. latius notat. & facilius ex nostro abbreuiato corpore Iuris Ciuilis potest intelligere.

Tertiũ remediũ est, ex lege Iulia. de vi priuata vel publica. Nam hoc lex de vi publica punit eum qui facit violentiam cum armis pœna deportationis & publicationis omnium bonorum. Sed de vi priuata punit eum qui facit violẽtiam sine armis pœna relegationis & publicationis tertiæ partis bonorum. vt l. quoniam multa. C. ad leg. Iuli. de vi public. vel priuat. de qua dicemus. in fr. de pub. iud. & in abbreauiatis nostris Insti. Item in commentar. nostris super duplicẽ lectionẽ Insti. D. Iust. Impe. eod. tit. §. Item lex Iulia.

De-

Denique *Interdicta simplicia sunt in quibus distinctè apparet quis sit Reus.* 18

Duplicia interdicta verò sunt in quibus è conuerso, non apparet quis vel actor vel reus sit. Et vt hîc dicitur de interdictis, sic etiam nonnullæ *actiones sunt duplices*, vt familiæ erciscundæ, finium regundorum, & communi diuidundo. l. in tribus. ff. de iudic. 19

Interdicta autem proponuntur hodie sine solennitatibus quæ fuerunt de veteri iure vel certis formis, *sicut etiam actiones.* vt l. ij. ff. de orig. iur. §. quod inde. nam qui cadebat ab vna syllaba cadebat à tota causa. l. ij. C. de form. Et loco interdictorum datur vtilis actio in factum. 20

Actio in factum datur

Vno modo coincidit cũ *actione præscriptis verbis* quę datur in tribus cõtractibus innominatis, ſ. Do vt des, Facio vt facias, Do vt facias, nam pro quarto contractu innominato, ſ. Facio vt des, datur *actio de dolo.* vt ff. de præscript. verb. l. j. §. j. ij. & iij. & §. quod si facias. sup. Datur etiã pro omni pacto ante vel pòſt incõtinẽti appoſito iuxta contractum. vt C. de pact. inter emptor. & vend. appoſ. l. ij. Datur etiam quando eſt dubium de

de nomine contractus. vt ff. de extimato. act. l. j.

Secundo, datur actio in factum ex edicto vel interdicto prætoris, vbi non est specialis actio, vt hîc.

Tertio, datur in subsidium *legis Aquiliæ*, vt quando damnum datum est à nõ corpore in non corpus. vt supr. ad leg. Aquil. §. fin.

Quarto modo datur ex varijs figuris cautarum quando æquum est dare cautionem. vt ff. de act. & oblig. l. hanc actionem.

TITVLVS XVI.

De pœna temerè litigantium.

HE pœna & emenda, seu mulcta eorum, qui temerè & calumniosè Iudicij aleam subeunt (vti frequẽter actor temerè proponit actionem & Reus temerè contradicit Actioni) hoc loco differit Iustin. absoluto qualiter Actor & Reus debeant se habere in iudicijs.

Et qui-

Iureiurando, vti rei debant iurare se iustam contradicendi causam habere. vt & actor de calumnia, quòd petendo non calumnietur iurare debet, quemadmodum & eorum patroni antequam ad agendum vel defendendum in iudicio admittantur, præstare coguntur iurisiurādi religionem, quod iurisiurandi genus Iramentum calumniæ appellitatur.

Et quidem temeritas litigantium punitur interdum

Pœna pecuniaria, quæ triplicem ob causam à temeratore, & peruerso litigatore exigitur. *

Infamia, quæ eos comitatur, qui in actionibus infamiam inferentibus, siue ex delicto siue ex contractu eæ descendant, conuincuntur. vt si sint damnati ex causa furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, doli, tutelę, mandati, depositi, pro socio, &c.

I. Quòd cõtra pietatis rationem venia à Iudice non impetrata quis in ius vocauit parentes, liberos, patronos, patronas, parentesq; patronorum & patronarum, qui pœna 50. aureorum afficitur. §. pœnales. sup. de act.

II. Quæ Reo conuento si contra bonam fidem debitum neget, ac dolo malo inficietur, aliquando irrogetur in†

III. Quę ijs infligitur, qui legitimum in iudicio procedendi modum, scilicet citatione, alijsque iudiciorum substantialibus omissis, non obseruant. Vel ijs qui alioqui in causa succumbunt

† Duplum: vt in l. Aquil. de damn. iniur. dat. in deposito in quibusdam casibus, scilicet ex naufragio, tumultu, & ruina facto: in legatis venerabilib. locis relictis.

† Triplum: vt ex leg. Condictitia contra viatores, id est, executores litium ampliorem summam sportularum nomine exigẽtes. vt. §. tripli. sup. de act. Et aliquando in quadruplum.

Ad

Vt iudex sententiam tulerit: nam ab arbitro in quẽ de causa famosa cõpromissum est, si lata sit, non infamat. l. quid igitur. §. ex compromisso. ff. de his qui not. infam.

Ad hoc autẽ vt in actione famosa infamia quis notetur, coniunctim requiruntur hæc tria:

Vt ex proprio facto, et suo nomine quis damnatus sit, hęres enim ex delicto defuncti, aut procurator nomine domini sui etsi condemnetur, infames tamen non fiunt. l. furti. §. seruus. ff. eod.

Vt talis sententia in rem iudicatam trãsierit: Secus enim est si per appellationem suspẽsa sit, quia *appellatio* sententiam suspendit, vt interim damnatus non sit infamis: secund. glos. d. l. furti. §. si quis. ff. iam d. tit.

Porrò infamia dupl ex est:

Iuris, cùm quis propter enorme aliquod crimen vel ipso iure, vel sententia iudicis, infamis seu ignominiosus declaratur, vt ob adulterium, furtum, homicidium, &c. & hic à iudicijs, testimonijs, postulationibus,

nibus, accusatione, alijsque Iudiciarijs negocijs prorsus arcetur. l. j. & l. ictus. ff. de his qui not. infa.

Facti, cùm quis malè versatus, & contra bonos mores agens à probis hominibus reprehenditur, & apud eos infamiæ notam suæque opinionis atque existimationis deminutionem incurrit. d. l. honori. ff. de obseq. parent. & patro. præstand.

1 Et quãuis hic à Iudiciorum actionibus non repellatur, tamen ad dignitates, & honores non facilè peruenire potest: Cùm grauissimè ab Imperat. Constant. edictum sit, ne famosis & notatis, aut quos scelus aut vitæ turpitudo inquinat, aut quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ pateant. l. 2. C. de dignitatib. libr. xij. de quo vid. Fabr. num. 4. hîc. & Plat. num. 23. & 24. cum aliquot seqq. & Dynum c. Infamib. de reg. iur. in 6.

2 Attamen *infamis de facto*, hoc est, præditus leuioribus & improbatis moribus, vt non priuatur officio, ita *testis idoneus* in ciuilibus causis est, etsi non tantâ fide dignus habeatur, quanta alius integræ vitæ,

vitæ, scelerisque purus. Didac. Couar. in tract. de sponsalib. ij. part. cap. viij. §. vltim. numer. 8. quamobrem vbi *testis omni exceptione maior* exigetur, eius testimonium non admittetur, vt ex Dd. sententia asseuerat idem Didac. eod. in loco: vnde in causis criminalibus regulariter ac generaliter testimonium non dicet. vt Alber. de testib. lib. j. §. consequenter. numer. 7. & seq. Iul. Clar. in pract. §. vltim. quæstion. xxiiij. vers. quæro modo. *accusare* autem alterum, is facti infamia notatus iure Cæsareo non prohibetur, quamuis Pontificum Decretis prohibeatur. Hieronym. Chuchalon in addit. ad Angel. de malefic. in verb. ad querelam Titij. super ver. accusare non potest. numer. 23. ac Viuius libr. j. opinione xvij.

Sed *infamis iuris infamia maculatus* testimonij dicendi ius non habet. Iaf. l. j. 5
numer. 43. C. de summa Trinita. Viuius libr. j. opini. cccvij. putadum euidenter infamis sit, alioquin à testimonio non repelletur. Viuius libr. j. opin. 396. nec item is quenquam *accusare* poterit, vt Chuchalon enunciat in addit. ad Angel.

de malefic. ver. ad querelã Titij. num. 23. Viuius lib. j. opin. 17. Testari verò ac suis de bonis pro animi arbitratu disponere vltimum elogium condens non prohibetur, si ob famosum libellũ infamiam illam non incurrerit. Abb. in rubr. nu. 8. de testam. Iul. Clar. de testa. q. xxv.

Positremò Actionũ (ex diuisione ab effectibus sumpta)

Aliæ infamant, quarũ quædã originẽ trahũt

Ex delictis vt, vi bonorũ raptorum. furti, iniuriarum, & de dolo actio. Et hæ non tantùm infamant, si quis ex ijs eo nomine condemnatus fuerit, verùm etiã si pactus sit: quia qui paciscitur, crimen confiteri intelligitur. l. athletas. in fin. cum l. seq. ff. de his qui not. infam.

Ex contractibus, vt sunt actio mandati, tutelæ, depositi, pro socio. de quibus nos itidem sup. hoc tit. quę licet famosę sint, & damnati notentur, attamẽ pactus non notatur, quia ex his causis pactio tam turpis non est atq; ex superioribus. l. in actionibus. ff. d. titul. Et hoc in directis non contrarijs titulis locum habet: nam contrario iudicio damnatus infa-

infamis non efficitur, quia in eo non de perfidia agitur, sed de calculo, qui ferè iudicio solet dirimi: excepta sola mandati cõtraria quæ itidem vt & directa infamiam irrogat. l. furti. ff. manda. & §. cõtrario. cum l. seq. ff. eod.

Aliæ vero nõ infamãt, siue sint in { *Rem,* / *Personam* } l. cessat. & ibi Dd. ff. de act. & oblig.

Iuramentum itaque calumniæ est asseueratio religiosa, quæ vt plurimum ante litis contestationem, non solùm ab actore, verùm etiam à Reo, eorumque patronis vel defensoribus, vti aduocato & procuratore, seu sollicitatore in Iudicio exigitur, in qua iurans affirmat, quòd putet iustam sese litigandi causam habere, quòd ad positiones aduersarij categoricè respondere, nec veritatẽ contra suam conscientiam dissimulare, nec iudicem, nec testes, pecunia aut muneribus corrumpere, nec falsis probationibus vti: denique quod inanes allegationes & frustratorias dilationes ad prorogandam & malitiosè differendam huiusmodi cõtrouersiam opponere nõ velit. §. j. vbi & glo. sup. verb. ad contradicend. hoc tit. l. 2. C. de 4

iur. cal.autent.vt litigan. iurent.§. j.coll. 9. autent. de his qui ingred. ad appell. land.§. fin. coll. 5. & per glos. c.j.extr. de iuramen. calum. vbi omnia quæ ad calumniæ Iuramentum requirũtur recensentur.ex præcedentibus verò sumas tibi hos qualesquales versiculos.

Illud iuretur quòd lis sibi iusta videtur.
Et si quæretur verum non inficietur:
Nil promittetur, nec falsa probatio detur.
Vt lis tardetur dilatio nulla petetur.

5 *Actiones nonnullæ etiam crescunt* ex inficiatione, vt Iniuriæ, damni, & de legatis relictis venerabilibus locis. Item sunt & aliæ, vt si creditor neget sibi solutum esse debitum, & posteà probetur solutio, tenebitur creditor debitum probare, ad quod prius non tenebatur. vt ff. de probat. l. cùm de indebito. Similiter si possessor negauerit possessionem, & posteà probata fuerit, amittit possessionem. vt l. fin. ff. de rei vendicat.

6 Quanquam autem litigantes olim, ne temerè in forum litigandi causa prorum perent, prius quàm admitterentur per certum genus sponsionis decimam rei litigiosæ partem deponere cogebantur, quam is, qui causa cadebat, pro sua parte

post

post exitum litis amittebat, & fisco applicabatur, victor verò pecuniam à se depositam recuperabat: hodiè tamen tali mulcta abolita, litigātium temeritas triplici pœna coërcetur iam declarata: vtpote iure Auctenticorum, sed non iure actionis, quia solùm per officium iudicis. vt in Autent. de litigios. §. ad excludendas. collat. viij.

Citatio est prima & præcipua pars processus, vt latius declaramus in sæpius nūc citata nostra Praxi, & processu Iudiciario: Hæc est in ius vocatio vt fœlix Iurisconsultorum æuum loquitur, quæ fundamentum est ordinis iudiciarij cùm in finiente litem sententia, tum in interlocutionibus damnum alicui afferentibus. vt Anton. de Trem. ad Bonacur. in pract. exception. in rubr. de impedim. execut. numer. 17. vers. alij casus. Nicol. Anton. Grauat. ad Vestrium. libr. 5. c. 2. numer. 6. 13. & num. 7. ideoque ni interueniat, omnes omnino sententiæ nullæ erunt. Viuius libr. j. opinio. c ciij. & seq. & qui latè atque accuratè id prosequitur Iul. Clar. in pract. §. vltim. quæst. xxxij. Marant. de iudic. vi. part. in act. iij. num. 16. & seq. quem refert Viuius. libr. j. opin. 35. 7

Cita-

8 *Citatio nec in ciuilibus nec in criminalibus* à principe tolli potest etiam de plenitudine potestatis, vt scurrarum verbis vtar, cui assentit Arius Pinel. in rubr. part. j. cap. ij. nu. 21. C. de rescind. vendit. receptiùs & veriùs affirmat & Capic. decisio. lxix. nume. 26. quin nec citationis necessitas statuto euanescet, vt latiùs de hoc differit Viuius libr. j. opin. cclxiij. & nos in εὑρετήτικο seu repertorio locorũ com. legal. volu. j. in class. citationis. Interim hoc scias *Iudicium habere quidẽ initium suum à Citatione*, quantum ad præparatoria iudicij: alioqui sanè iudicium de iure dicetur habere initium suum à litis contestatione. vt l. apertissimi. C. de iudic.

Deniq; cùm dicitur hîc in priori tab.
9 quòd *liberi nõ possint citare parentes* nisi cũ venia, id intelligendum est de liberis emancipatis, quia si sint in potestate non possunt parẽtes in ius vocare etiam cum venia. pro primo fac. l. fin. C. de in ius voca. pro secund. fac. l. lis nulla. ff. de iud.

TITVLVS XVII.

De Officio Iudicis.

Suprà

SVprà diuersis in locis dictum quodlibet ius Ciuile tres personas requirere, Actorem, Reum, & Iudicem: ac absolutũ sit à Iustin. quod volebat hisce elementis Tyronibus iuris de actoribus atque Reis proponere hinc præsentialiter tractandũ consequenter putauit de Iudice, eiusque officio, eo quòd imploretur etiam officium ipsius iudicis loco actionis. l. actiones. ff. de act. & oblig.

Iudex autem est persona quæ Iurisdictioni præest, ac populo iuxta leges, constitutiones, et consuetudinem cum norma iustitiæ congruentem ius dicit. vt c. forus. ext. de verb. signific. §. iudex. *Et officium iudicis est ius quod ad dirimendas lites tollendaque grauamina quomodolibet secundum æquitatẽ exercetur, vt per hoc omnium tranquillitati tam priuatim quàm publicè consulatur.*

Nobile quod iudex sua, hoc est, iurisdictionis quam exercet authoritate, etiãsi nulla actio proposita sit, vel absque partium imploratione, & proprio motu, nemine petente, propter publicam atq; priuatam vtilitatem impertitur: puta sceleratos inquirendo & pu-

& puniendo, minores in integrũ restituendo, veniam ætatis concedendo, pupillis tutores adultis curatores decernendo, Notariõs creãdo, spurios legitimando, sententiã diffinitiuã exequẽdo &c.

Et quidem id est vel

Mercenarium verò est, quod actioni propositæ cohæret, & per omnia ei deseruit. vt enim is qui operam suam locat, bona fide & libenter eam præstat, nec alio modo, quàm dominus Deus præscribit: ita quoq; Iudex actionibus in iudicium perductis aut perducendis officium suum vltrò quidem impertit, sed non nisi ad normã Actionis, qua cessante, & ipsum cessat. Et hoc Iudicis Mercenario officio omnia quæ vsitatè in ordine Iudiciario ad sententiam vsque diffinitiuam inclusiuè obseruari solẽt, expediuntur. Ea enim lata, Mercenarium Iudicis officiũ expirat, siue bene siue malè suo officio functꝰ sit l. iudex posteaquã ff. de re iudic. & l. Aediles. §. item sciendum. ff. de ædil. edict. & per Dd. in l. j. ff. de iurisd. & per Bart. l. iubere. ff. eod.

Iudi-

Iudicij tractatio (instantiam interpretes fantur) quamuis perimatur ac sententia à iudicij obseruatione reum liberans subsequatur, non tamen effectus per litis contestationem inducti extinguuntur. Anton. Gomez. de testam. c. 3. nu. 32. vers. quarto facit. 2

Iudicare debet, vt Iure vel legibus, moribus, Principum Constitutionibus, Cõsuetudine eo loci in quo iudiciũ exercetur receptum est: diligẽter ponderatis ijs quæ à litigãtibus ad causæ probationem vel impugnationé adducta sunt. l. vt fundus. ff. communi diuid. Et si aliter iudicauerit & in sententia causa erroris expressa fuerit, tunc sententia est ipso iure nulla. l. si expressum ff. de appellat.

In noxali causa, seu iudicio tenetur Reum condemnare. nam hîc venit æstimatio damni principaliter in obligatione & condemnatione: ita vt de noxa satisfaciat, & damnum resarciat, aut animal pro noxa det. vt l. miles. §. j. ff. de re iudic. veluti dominus seruum. Ita datur sententia certa.

vt su-

vt sup.§.curare.de act. potest tamen dici quòd in hoc iudicio libellus possit esse alternatiuus. & ita etiã potest ferri sententia alternatiua. De quo Bart.l. stipulationes non.ff.de verb.oblig.

In actione reali, seu actione in rem debet Reum, seu possessorem iustum absoluere, vel Reo nempe iniustõ mandare & præcipere, seu condemnare vt rem restituat cum fructibus: quisi nõ possit hoc præstare statim, dabitur ei debitum tẽpus & terminus restituendi, data & posita cautione sufficienti parti, etiam lata sententia. In actione tamen personali ex ipsa dispositione iuris habet Reus post sententiam quadrimestre, id est, quatuor mẽsium. Bar.l.fin. C.de execut.rei iudic.

Similiter condemnato dilationem iustè petenti dare debet, præstita fideiussione de litis æstimatione soluenda, damnis & interesse.

In petitione hęreditatis condemnabit rem restituere cum fructibus, sicut in rei vendicatione. nam petitio hæreditatis est actio mixta: est namque in rem & in personam. vt sup. de action. §. quidam.

Malæ fidei possessorem condemnare debet

bet de fructibus tam percipiẽdis, quàm perceptis, id est, si fuerit possessor malę fidei, & etiam fructus percipiendi, quos sua culpa possessor non percepit si non habeat titulum: sed si habeat titulum excusatur de percipiendis propter ipsum titulum.

Bonæ fidei possessorem de his fructibus quos consumpsit, vel percepit, condemnare non debet per aliquam actionem, vel ex officio: quum de ijs bonæ fidei possessor de rigore iuris non teneatur prima fronte, quamuis quidem ex æquitate teneatur per condictionẽ sine causa. vt l. etsi me. ff. si cert. petat. post litem tamen contestatam tenetur etiam per actionem, quia tũc fit possessor malę fidei propter contestationem litis.

In actione ad exhibendum debet Reum cõdemnare, vt eo modo exhibeat, quo actori salua maneat actio, id est, nõ solùm vt rem restituat, sed etiam vt res sit in vtilitate actoris ac si habuisset eã à principio litis. vt hîc. & ff. ad exhibẽdum. l. Iulianus. §. quantum. Qui, inquam, Reus ad exhibendum conuentus, tenetur post moram, de fructibus: Et si rem non restituat, ad id quod ex-

hibuisse interest: hoc est, quòd si post motam litem ad exhibendum res vsucapiatur, tunc tenetur Iudex reum condemnare in æstimatione rei, ac si res nõ fuisset vsucapta. Et licet per rei vendicationem interrumpatur vsucapio, non tamen per actionem ad exhibendum vbi vsucapio currit contra actorem rei vendicatione. Bart. l. ex hoc edicto. ff. de eo per quem fact. est. & vid. §. præterea. sup. de act.

Iudex

In actione seu iudicio familiæ Herciscundæ, id est, diuidẽdæ hæreditatis, Res hæreditarias cohęredibus adiudicare, id est singulis hæredibus singulas res adiudicare debet. Et si sit in æqualitas, fiat æqualitas per pecuniam, id est, si vnus habeat meliorem partẽ debet hoc per certam pecuniam ad æqualitatem reducere. Et si vnus receperit omnes fructus vel plures condemnabitur pro rata portione ad restitutionem alteri in certa pecunia: sic etiam si fecerit damnum in re communi & hęreditaria, vel consumpserit. quo modo etiam iudicandum est in actione cõmuni diuidũdo, quando agitur de pluribus rebus. Rem tamen vnam diuisibilem vni pro vna parte, & alteri pro parte alia adiudicabit. licet rem vni adiudicare, al-

teri æstimationem ex causa possit. Et sic rem indiuisibilem totã adiudicare potest vni, qui cõdemnabitur alteri in certa pecunia, æqualitatis ergò.

In Actione ergo communi diuidundo eiusdemq; iudicio, Singulis singulas partes adiudicare debet. Ex causa tamen, vni maiorem partem, alteri minorem cũ pecunia adiudicare potest. Ex causa item vni totam rem, alteri æstimationem rei adiudicare potest.

In finium regundorum iudicio seu actione, Potest ex causa aliquid ex agro vnius, vicino adiudicare, modò vicinus ille aliquam pecuniam præstare vicissim, & æqualiter compellatur: vt scilicet, fines euidentius appareant. Condemnare debet eum qui circa fines aliquid vitiosè cõmiserit. nam competit ista actio non solùm pro finibus agrorũ, sed etiam contra eos qui circa fines dolosè ambulant, s. deponendo limites, seu lapides signatorios. Condemnare quoque eũ, qui non patitur agros metiri prout Iudex iussit: vel vt inter partes cõuenit. qui etiã puniendus est secũdũ qd actor iurauerit in litẽ: salua tamẽ taxatione iudicis. punitur etiã fisco in 50. aureis, vt l. agraria. ff. de term. amot.

3 *Aureus* idem est quod *solidus*. vt ff. de in ius voc. l. libertus. vbi exprimũtur Aurei. & lxxij. aurei faciunt libram auri. vt C. de suscept. & archa. l. quoties. lib. xij. & ita aureus continet sextam partem vncię.

4 Sed quid *si constitutio noua contradicat legi antiquæ*. Resp. tum iudicandum esse secundum constitutionem, & non secundum legem antiquã. vt ff. de ll. & SCtis. l. non est nouũ. Si etiam *consuetudo* sit contraria Iuri scripto, iudicandum est secundum consuetudinem, quę vbique præferri debeat. vt not. per Bart. l. de quib. ff. de ll. & SC. maximè si sit consuetudo approbata & præscripta. de qua in eadem l. de

5 quibus. & in c. fin. extr. de consuet. Attamen consuetudo licet ius scriptum anteeat, tamen consuetudinis similitudo, quę vel à maiori ratione procedit, illud non vincet, vt reperias in nostra Synopsi postremæ æditionis vtriusque Iur. latiùs: quod monere candidum lectorem volui, vt & alibi de alijs nostris operibus factũ est sępius remittendo lectorem, ne idem sæpius repetendum foret, & alia de causa de qua aliàs Deo volẽte copiosius. ergo ne existimet, alicuius iactationis, arrogantiæ, vel superbiæ causa, vt plerunque fieri solet, factum esse: quum nos non lateat

nobis

nobis nihil innatum nec inspiratum nisi à Deo, tam in nostri ipsius quàm Reipub. salutem (cui gratiæ immortales agendæ si quicquam in nobis sit) vti nobis non sumus nati: præterquàm quòd haud ignoremus multò ingeniosiores ac feliciores, doctoresque vel versatos magis reperiri homines, me etiam in quibuslibet, quorum me non dignum puto corrigiam vel cingulum calciamenti quatenus ad eruditionem (vt illud adsimilemus Euangelij) dissoluere: itaque si hac de re, & disputatione huius iam cœptæ consuetudinis doctiorem requirat commentatorem Lector, vid. Turzan. latè in nostra nobiscum opinione affirmãtem, opin. xcviij. Item si requirat apud alios quid sit consuetudo, quæque consuetudo rationi consentanea censeri debeat, accurrat Ioan. Nicol. in Flor. iur. patron. libr. j. num. 15. Viuium libr. j. opin. lvi. & alibi.

Consuetudo profectò à lege antiquata non poterit in eandem speciem denuò iuduci: quippe quia non solùm de præterito, sed in futurum, atque adeò in sæcula abrogari credatur. Imol. c. cùm ab omni. num. 3. de vit. & honest. cleric. Ias. l. cunctos populos. num. 74. de summ. Trinit. 6

Turzanus opin.xcix. Viuius opin.liij. & liiij. lib.j. poterit tamen non rarò ex noua causa induci, vt commune ponit Viuius d. libro j.opin. lv. Nam & hæc *inducitur ex duobus actibus iudiciarijs*, vt attestatur Fulgosius l. de quibus.nume.10.ff. de legibus. vt etiam percurso decem annorum spacio inualescet, vt habet Iason in eandem l. num.47. Turzanus opin.lxvj. in fin. intellige cùm huiusmodi consuetudo est præter ius, vt nobiscum ei arridet Menoch.de iur.patron.libro j.nu.17. vel legi solùm derogat, vt fatur Fulgosius vbi suprà. nec requiritur vt in iudicio oppugnata atque approbata sit, vel in aliquam contentionem venerit, vt asserit Abbas in c.cùm tantò.colum.ix. de consuetudi. Socinus consilio xcix. colum. ij. libro j. Turzanus opin.cliiij. Viuius lib. j. opin. lvj.

8 Debet ergo Iudex in præparatorijs & ordinatorijs Iudicij attendere consuetudinem loci vbi seruatur Iudicium: sed quantum ad sententiam, attendere debet consuetudinem in locis partium, maximè ipsius Rei, de qua illi potissimùm constabit ex Ordinantijs, quas Latiniùs Statuta dicere mus, nec ignarus eiusdem consuetudinis fidem adhibebit probationi

oni aliquorum testium singularium super ea affirmanda factæ: quod etiam non admittit Dec. consilio ccxv. quin & probari debet testibus de actuum visu, frequentia, diuturnitate deponentibus, vt tacitus populi consensus accessisse videatur. vt commune asseuerat idem Decius consil. quadringentesimo octuagesimo nono, nume. 25. interim tamen videas licet Rochum in quarta sectione Repetit. c. vltim. numero 66. de consuetud. Porcius §. apum. nume. 10. sup. de rerum diuisione. Alexander l. post dotem. numero 29. ff. soluto matrimonio. Decius l. ij. §. mutui datio. lectura secunda, numero 13. cum sequent. ff. si certum petatur. & consilio quingentesimo quadragesimo, numero 10. Viuius libro primo, opinione lxxxviij.

Item postremò omnium Consuetudo non facit supplementum in substantialibus, vt loquar Doctorũ more, & vt commune enunciat Arius Pinel. in Rubrica ij. cap. iij. num. 3. in fin. & num. 5. etiam in fin. C. de rescinden. vendit. 9

Interim solent hoc loci mouere Interpretes, Vtrùm Iudex secundum allegata & probata, an verò secundum conscientiam iudicare debeat? Arbitror secundum 10

allegata & probata pronunciandum esse à iudice, nisi ipse magis exactam ac certiorem rei notitiam habeat, vt quia solus vidit aliquem ab alio, quem optimè nouit, occidi, vt casum ponamus, quòd si iudicium ad eum veniat ventilandum, in defectum probationum, tum propter publicam vtilitatem, ne crimina inulta & impunita remaneant, & prouincia malis hominibus purgetur: tum ne veritati fiat præiudicium, conscientiam suam vt mille testes sequendo, reum condemnare potest, per textum l. illicitas. §. veritas vbi interpretes, ff. de offic. præsid. Adde ea quæ not. c. si sacerdos. ext. de offi. iud. ordin. & Felin. c. pastoralis, nu. 23. cum seqq. ext. de offic. deleg. Pro recentiorũ autem sententia vid. Ioãnem Corras. in suis Miscellaneis, lib. 4. c. 20. Costalium in suis ad Iustiniani Pandecta Aduersariorum libris, in d. l. illicitas. §. veritas. ff. d. iam tit. Conradum Lagum in sua Methodo Iur. part. 5. c. 30. de sentent.

II *Item vt iudicetur à iudice* sedendo aduenient iam die, & absoluto processu per actorem exhibendum est *scriptum vel exemplum recognitum citationis* vel mandati à se actore impetrati, cum insinuatione citationi retrò scripta: *Actionem suam libello*

bello ſummariè vel articulatim comprehenſam concluſione: Mandatum procuratorium: Exceptiones ſi quas habet dilatorias vel Replicam: *Actus de commiſſariorum petitione* ad productiones teſtiũ: *Examen*: ſeu probationes in ſcriptis: ſi verò nullam obtulerit probationẽ, aut iudex intellexerit ex actis, vlteriore probatione opus non fuiſſe, tunc actor concluſionis ſcriptum, & quicquid præterea neceſſariũ ſuo iuri putauerit veluti *Saluationem* offerre debet.

Per Reum exhibeatur iudici ad iudicandum.

Exceptio ſi ſit: ſin minus *Reſponſio*, *Duplica*, & ſi ſit Quadruplica: *Probata* & *Contradictoria* in ſcriptis. Et alia huiuſmodi, ſecundum ſtylum fori, Cum *Saluatione* etiam: niſi de praxi, & breuitatis ergò verbalizauerit *ſaluationis loco generalia pro*, vt dicitur.

TITVLVS XVII.

De publicis Iudicijs.

VBI Iustinianus Imp. de Priuatis Iudicijs, quæ partim ex contractibus vel quasi, partim verò ex delictis vel quasi oriuntur, tractarit: colophonis loco, non à scopo aberrans, subsequenter dicendum autumauit præsenti tit. de Publicis criminibus Iudicijsque, quibus puniantur crimina publica. Interest enim Reipub. ne crimina impunita publicè deserantur.

1 *Est autem Publicum Iudicium* delatio apud legitimum magistratum ob crimen aliquod enorme, quod communem Reipublicę trãquillitatem perturbat, facta, cuilibet de populo ordine tamen iudiciario seruato concessa, vt sceleratus de crimine conuictus vltimo supplicio afficiatur, vel alia pœna extraordinaria cũ infamia coniuncta coerceatur. Sic dictum vel quòd eius executio cuiuis ex populo plerunque competit, vel quòd in foro in maxima populi frequentia hæc iudicia de criminibus exerceantur. vt hîc in principio tit. & l. qui dolo. ff. ad legem Iuliã
2 de vi publica. & per Baronem hîc. Non tamen semper competit executio horum publicorum iudiciorum cuilibet de populo: quia in quibusdã casibus datur certis personis: vt in crimine suppositi partus,

tus, nam tunc datur solis parentibus. vt l. ij. ff. ad legem Cornel. de falsi: sic etiam in crimine adulterij. vt in l. quamuis. C. ad leg. Iuliam de adulter. datur enim in principio certis personis, & non singulis de populo.

Publica Iudicia et Actiões differunt:

In principio: Quia actiones dantur pro causis ciuilibus: sed publica iudicia pro causis criminalib. vt not. per Bar. l. j. de cõd. ex leg.

In medio: Quia in actione ciuili oportet actorem probare, alioqui Reus absoluitur. vt l. qui accusare. C. de ed. sed in publicis iudicijs interdum actor, & interdum Reus habet probare. vt Bartol. & glos. l. fallaciter. C. de oblation.

In fine: Quia per actionem ciuilem petitur aliquid dari vel fieri actori. sed in publicis iudicijs agitur ad pœnam. vt in glos. l. iij. ff. de sepulch. violato.

Nam vtrobiq; præstatur iuramentum calumniæ. Bar. & glos. l. j. C. de iuram. calum. & etiam vtrobique datur libellus. Quia in actionibus datur libellus conuẽtionalis, & in publicis iudicijs datur

datur libellus accusatorius. vt l. libellus. ff. de accusat.

In aliquo tamen etiam conueniunt

Et continere debet libellus accusatorius nomen accusatoris & accusati, mensem & annũ, in quo delictum commissum est, & consules sub quibus commissum est delictum. quia debet continere diem & horam quando delictum commissum sit, nisi accusatus petat. vt l. libellorũ. ff. de accusa. & idem est in publi. criminib. & in priuatis. l. fin. ff. de priua. delict. Iul. Clar. in pract. §. vltim. q. xij. & Anto. Gomez. de delict. cap. 2. nu. mer. 15.

Sunt ergo publica iudicia vel

Capitalia, in quibus certa pœna mortis vel Naturalis, vel Ciuilis infligitur: quò pertinẽt crimen lęsę Maiestatis, Adulteriũ, Homicidium, Parricidium, Veneficium, & si quæ similia vel grauiora inueniuntur, & crimen falsi, vis publica, raptus virginum, peculatus, plagium.

Non capitalia, quæ extraordinaria passim vocitantur, vtpote in

qui-

quibus transgressori & delinquenti iudicis arbitrio pœna pecuniaria vnà cum infamiæ nota irrogatur. Quò pertinèt lex Iulia de ambitu, Repetundarum, de Annona, de Residuis, vt §. publica. & §. sunt præterea. hoc titu. quorum etiam latior & exactior cognitio ex 48. Pandectarum & 9. Cod. lib. est petenda.

Publica iudicia regulariter incipiunt ab accusatione. l. rescripta. §. si quis accusatione. ff. de mun. & honorib. 5

Fallit tamen in hisce casibus, videlicet

In Lenocinio quod scilicet mulier accusata per maritum de adulterio, opponit ipsi marito. vt ff. ad. l. Iul. de adulter. l. ij. §. si publico.

In teste deponèt falsum, vt habemus l. nullum. C. de testib.

In producente falsam scripturam, vt puta legas l. iubemus. C. de probat.

In falso tutore, vt habes ff. de suspect. tutori. l. tutor. §. præterea.

In

In calumniatore. vt citatur ad hoc l. j. ff. de calumniatorib.

In crimine notorio. vt videas l. ea quæ. C. de accusationibus. Quæ quidem vera sunt in Iure Ciuili, sed Iure Canonico cõmuniter incipitur ab Inquisitione: nempe quãdo prẽcedit infamia. vt c. cùm oporteat. c. vt inquisitionis. & c. qualiter & quando. ij. extr. de accusation.

4 Porrò licet gradus certi in pœnis (quę Iuris gentium sunt) pro delictorum modo sint constituti, vt alius laqueo stranguletur, alius virgis cędatur: tamen quia modus pœnarum Iuris positiui seu ciuilis est, quod pro regionum varietate subinde mutatur: Ideò quoq; pœnarum magna est dissimilitudo: sæpe enim multis in alijs atque alijs locis grassantibus malefactoribus propter exemplũ magistratus pœnas exasperare, interdum verò propter aliquas circunstantias easdem mitigare potest. iuxta l. aut facta. ff. de pœn. & l. bona fides. ff. depos. diligenti tamen moderatione habita, ne quid vel durius vel remissius statuat, quàm ipsa causa deposcat: nec enim aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quæque res expostulet, statu-

ſtatuendum eſt. & certè in leuioribus cauſis pronior ad lenitatē eſſe debet. In grauioribus verò pœnis legum ſeueritatem cum aliquo benignitatis temperamento ſubſequi. l. reſpiciendū. in princ. ff. de pœnis. Quare *cùm ſtatuta & locorum conſuetudines*, vt iam d. eſt, certis de cauſis & rationibus ſubinde à Iure cōmuni recedant, vſus Practices, & Scabinorum ſententiæ hac in re potiſsimùm erunt conſulendæ: quæ quando non extant, commune Ius obſeruabitur. Interim hoc reſcias criminalibus iudicijs fidem non facere acta in iudicijs ciuilibus, vt docet etiam Felin. cap. at ſi clerici. numer. 12. de iudic. Rip. l. is apud. num. 40. C. de edend. Iul. Clar. in pract. §. vltim. quæſt. liiij. ver. item ſi. vbi id etiā in ver. ſeq. diligēter explicat.

Præter hoc, *Quòd acta omnia generaliter opem teſtium exigant*, Dyn. cum Salicet. c. quoniam contra. num. 76. & ſeq. de probat. nullos tamen teſtes curiarum acta requirunt ex opin. Lanfranc. c. in illud idem. nu. 24. Marant. de iudic. lib. 6. part. ij. part. principal. nu. 51. quin & regulariter id genus acta rem euidentem, ſeu, vt Dd. fantur, notoriam reddunt, vt renuncio ex Socin. ſenio. conſil. xxxviij. col. viij. lib. j. Soc. Iun. conſ. xv. nu. 18. li. j. 6

Pariſ.

fertur etiam. C. de bonis matern. & l. ij. part. ij. c. vlt. nu. 13. C. de rescind. vendit. Franciscus Viuius libr. j. opin. cviij. nec vnquam ex ipsius delinquentis consensu imposita censetur, quemadmodum arbitror verisimum cum Iaso. l. si tibi decem. §. quædam. ff. de pact. Palat. Ruu. in repet. rub. §. lxi. num. 24. de donat. inter vir. & vx. Bald. de præscript. part. j. q. vij. Fortun. l. legitima. ff. de pact. Riquer. in rubr. num. 118. ff. verb. oblig. Iul. Clar. in pract. §. vltim. quæst. lxxx. vers. vlt. et si alicubi Socratis authoritas apud Platonem maximè refragetur: quin & nusquā in conscientię foro pœna debebitur, quamuis iure ipso illam vel lex aliqua vel canon indicat. Didac. Couar. in tract. de sponsal. ij. part. c. vi. §. viij. nu. 10. Iul. Clar. d. q. 80. & ver. vlt. Attamẽ vt volũt haud paruę autoritatis Dd. *Pœna si iure stata ac determinata non sit, illam iudex vsq; ad mortem pro sui animi arbitratu proferre potest*, inter quos reperias Marant. de iudic. iiij. part. princ. nu. 43. cum seq. post Deci. cum Barb. c. ex literis. num. 14. de constitut. Alciat. consil. cccclxxij. in fin. Bolenc. in rep. l. capitalium. §. famosos. num. 29. ff. de pœnis. Viuius lib. j. opin. clxxix. sed contrarium tamen verius, humanius, 9

ac magis receptum profectò est, vt & nobiscum frequenter placitum testantur Matth. de Afflict. decis. cclxxvi. num. 6. Grammat. consil. xlviij. num. 2. Cassa. in Consuetud. Burgund. fol. 43. num. 2. Felin. & qui cum seq. Villalpan. in repet. l. xxij. cap. 9. num. 4. Carauita super xli. tit. magnæ Curiæ nu. 15. in fin. & qui alios laudat, atque hanc opinionem longè præferendam superiori verisimè censet & sustentat Iul. Clar. in pract. §. vlt. q.
10 lxxxiij. ver. sed quæro. Prætereà *pœnæ aliquot* si noua lege aliqua imponantur, non idcirco suppliciũ in eandem criminis speciem lege veteri indictum abrogari censebitur. Sed enim tum legis nouæ, tum veteris pœnæ infligentur. Abb. c. de causis. num. 14. de offic. de leg. Ang. & Salic. num. 6. l. qui sepulchra C. de sepul. viol. Caccialup. in repet. l. omnes populi. nu. 9. ff. de iust. & iur. Excipe, nisi si nouę legis vel statuti pœna legis antiquę vel communis iuris pœnæ par sit. Hippolyt. in pract. §. quæritur. num. 6. quamuis semper ac generaliter veriùs, æquius sit in dicta lege veteri ac communi iure supplicia prorsus silescere, vbi vel statuto, vel lege aliqua noua pœnæ aliæ eidem crimini infliguntur, vt quoq; pro-

ducit

ducit Alciat. consil. ccccliij. nu. 5. Blanc. in pract. crimin. fol. 72. nu. 61. & sequent. Grammat. consil. xxxv. numer. 56. Roland. consil. 35. numer. 48. libr. 2. Viuius libr. opin. cclxxviij. ac latiùs Iul. Clar. in pract. §. vltim. quæst. lxxxv. ver. debet etiam.

Lex Iul. Maiestat. contra eum, qui aliquid in Principem, vel Rempublicá molitus est & deliquerit. Cuius pœna est mors, seu vltimum aliquod supplicium. Et hoc, si sint subditi: qui & puniuntur, si scientes id, & callentes probare, non reuelent apud superiores.

Lex Iulia de adulteris qua puniũtur vel
- Adulteri, Qui cum masculis coeunt, → Vltimo supplicio gladij vel submersi cõis extremę.
- Stupratores virginũ, vel viduarum → Publicatiõe 3. partis bonor. si honestę sint personę & nobiles Coercitione corporis cũ relegatione, si sint humiles & viles.

Lex Cornelia de ſicarijs, qua nempe vltimo ſupplicio, vtpote gladio, puniuntur Homicidæ, ſed cum diſtinctione, Venefici, Magici, & vendétes publicè mala medicamenta, Qui cum telo occidendi cauſa deambulant actualiter, Vel mulieri quid dant ne cõcipiat vel pariat.

Lex Pompeia de parricidis, qua inſutus culeo cũ cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia in proximum mare, vel flumen proijcitur is, qui parentes, liberos, fratres, conſobrinos, vxorem, nurum, generum, vitricum, nouercã, ſocerum, ſponſam, patronũ, patronam, patrinum, filiolũ, Epiſcopum, paſtorẽ, occidit vt l. j. ff. eo. tit. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſat. Vt & extranei conſcij huius criminis plus puniantur quàm occidentes.

Lex Cornelia de falſis, qua punit qui Inſtrumẽtũ falſum ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit, ſubiecerit, produxerítue, Signum adulterinum fabricarit, ſculpſerit ſignum falſum, expreſſerit ſignum adulterinũ, Vel quis Notarius mutarit ſignũ ſuum, vel id quod apud iudicem ſit actum, Aut aliquis negarit ſignum poſteà conuictus, Delentes aliquid

quid in instrumento, Pacti falsum testimonium dicere, Recipientes pecuniam pro testimonio dicendo, vel iudicio instruendo, Per obreptionem aliquid acquirens à iudice, Maiorem titulũ sibi adscribens, Aduersario iura partis tradens, Allegans falsas leges, Falsificans pondera vel mensuras.

Lex Iulia de vi

Priuata, qua puniuntur, qui vim sine armis fecerint, in tertiam partem bonorum.

Publica, qua puniũtur, qui vim per arma seu cũ armis fecerunt, vel deportatione pro qualibet vi armata: vel vltimo supplicio pro raptu virginis viduæue.

Lex Iulia peculatus, quę punit eos, qui Pecuniam publicam, Rem sacram vel religiosam, vnde dicantur sacrilegi, furati sint: Qui scripturam publicam delent, Qui vias publicas destruunt. Et quidem si sint iudices, vel consiliũ iudici dantes, capitis pœna puniuntur: si verò sint auxiliantes ad hoc, vel pecuniam talem recipientes, in metallũ damnantur.

Lex Fauia de plagiarijs, qua punitur, qui alienum vel seruum non domino,

Publi vel filium à parentibus, vel virum ab v
rũ xore, & è conuerso, ita distraxit vt re-
ignatur haberi non possit. Qui si sit nobilis,
iudici deportatur: si ignobilis & ingenuus,
rum gladio punitur: si verò seruus libertus,
ma bestijs subijciuntur.

Lex Iulia de ambitu, qua punitur, in cẽtum aureis, qui Clàm pro magistratu consequẽdo vel alio officio publico pecuniam, vel alia donaria dedit pro honore consequendo & dignitate: Si permaneat in magistratu duob. annis: Qui domum iudicis de criminali causa cognoscẽtis ingreditur: Si vt iudex imponat nouum vectigal.

Lex Iulia Repetundarum, qua in quadruplum iudex punitur, qui ob donũ vel pecuniam aliquid fecit, dixit, omisitúe. ex l. sancimus. C. eod. Et pœna mediatim applicatur læso, nisi etiam læsus per falsam sententiam commiserit turpitudinem, vbi tum posteà tota pœna applicatur fisco, vt l. Lucius. ff. de iure fisc. qui etiam punitur criminaliter extraordinariè, vt l. lex Iulia. §. hodie. ff. eo. Mediatim verò applicatur fisco, vt in glos. l. j. C. ad leg. Iul. repetund.

Lex Iulia de annona, qua viginti aureis punitur, qui annonam, vt blada, frumen-

mentáue deuehit vel remouet, deuehi vel remoueri procuret: Item qui nutrimentum hominibus præsertim necessarium carius facit. Ob quod & puniũtur criminaliter et extraordinariè.

Lex Iulia de residuis, qua punitur in simplum & in tertiã partem simpli vel eius quod supererat, qui illud quod supererat ex administratione publica in proprium vsum conuertit. vt l. 3. §. lege. ff. ad leg. Iul. peculat.

Circa tertium membrum huius amplæ diuisionis nec ab re fuerit admonere Tyroné Iuris, Homicidiũ diuersimodè contingere: & sic diuersis pœnis puniri. 11

Casu: quando non fit homicidium ex ꝓposito. & si tunc nõ sit data opera rei illicitę, & omnia obseruata sint quę cõmuniter circa talẽ actũ obseruãda veniant ex cõsuetudine fori in quo, vt dicimus, prętera quã ex c. dilectus. & c. ex literis. extr. de homic. nõ punitur homicidiũ. Sed si sit data opera rei illicitæ: vt si volens percutere vnũ aliquem certũ & designatum, attamen tetigerit letaliter percutiendo alium & contrarium, ita vt sic commiserit homicidiũ, ille punitur. vt l. eum qui nocentem. §. qui iniuria. ff. de iniur.

Quia aut fit

Necessitate autem, quando aliquis inuaditur primò ab alio: & nō potest fugere nec euadere nisi aduersarium occidat: & talis homicida inuasus & coactus nō punitur, neq; etiam est irregularis, vt in Clement. si furiosus. ext. de homicid.

Voluntariè, quando quis suo facto vel consilio, vel præcepto, occidit aliquem. & ille est irregularis secundum ius canonicum. vt c. miror. & c. si quis viduam. l. distinct. si sit clericus. Et laicus semper debet iacere ante ianuam Ecclesiæ, vt c. si quis voluntariè. ead. distinct. Sed iure ciuili punitur gladio, vt hic. quod quidē verum est, maximè si dolo commiserit: non autem si culpa etiam lata. nam tunc nō punitur l. Cornel. de sicar. sed lege Aquil. & ita in hoc casu lata culpa nō æquiparatur dolo. Licet interim æqualis pœna sit apud Deum. de quo glo. in c. cōsuluisti. ij. q. v. & latius in nostr. Ethopoliticor. cēto. & lib. ad quos breuitatis ergò remisisse sufficiat lectorem.

Item

Item *si pœnæ variæ sigillatim varijs delictis se confundentibus imponantur*, vt arma de nocte portanti, in alium irruenti, atq; aliũ percutienti, non omnes, sed vna illarum duntaxat pendi debet, vt Accursij singularis est doctrina l. qui de crimine. C. de accusat. quę placet & Hyppol. l. fi. in rixa. num. 15. ff de sicar. & l. vnic. nu. 38. & nu. 54. C. de rapt. virg. Iaffred. decis. xcv. Viuius libr. j. opin. cclxxxi. Iul. Clar. in pract. §. vlt. quæst. lxxxiiij. vers. aliuse st cas. *Sed & cùm diuersæ pœnæ à diuersis legibus vni alicui delicto indicuntur*, si illius flagitij Reus postulatus vnam aliquã vel minimam illarũ legũ pœnam luerit, nõ ampliꝰ puniri poterit. Salicet. l. pulchra. nu. 8. C. de sepulchr. viol. latè Anton. Gomez. de delict. cap. j. num. 39. Viuius lib. j. opin. cclxxix. si tamen pœnæ aliquot diuersæ pendi omnes debebunt, ac simul omnes dari nequierint, eam illarum reus luet, quam Iudicis arbitrium selegerit, ex sentẽtia etiam Iul. Clar. d. §. vlti. quęst. xcix. ver. vlt. quin & cùm pœnæ alternatim imponuntur, & vel vtraque corporea est, vel sanctionis, verba ad iudicem referuntur, illarũ optio ad ipsum iudicẽ spectabit. Ioã. de Ana. cap. sicut Iudęi. nu. 17. de Iudæ. Abb. Panormit. c. à crapula.

12

13

numer.4. de vit.& honeſt. cleric. & qui rectè id explicat Iul. Clar. d. §. vltim. quæſt. lxxxv.ver.ſolet etiam.veluti pœnas legibus ſanctas ex cauſa expreſsim appoſita & immutare & imminuere iudex poteſt.iuxt. Deci.c. de cauſis. num. 94.& ſeq.de offic. deleg. Paul.Girland. de relax.carcer. rubr.j. quæſt.vi.nume.j. & Tiraquel. qui latiſsimè per limitationes atque ampliationes de materia diſſerit in tract. de pœn. temper. quod idem prorſus erit in pœnis ſtatuto aliquo indictis, vt placet & Aretin.c. qualiter & quando.ij.numer.24.de accuſat.Deci.vbi ſuprà, nume 19. Girland. dict. quæſt. vj. nume. 8. & ſequen. Didacus Couarr. libro ij. Reſolutionum, cap. 9.nume.8. Menchiata Controuerſ. illuſtr. cap. 14. numero 4. Viuius libro j. opinio. clxv. Iulius Clarus in Practica, §. vltim.quæſtione lxxxv. verſiculo vlteriùs quæro. Erunt autem cauſæ ad id idoneæ, vel

Delinquẽtis
- Aetas,
- Furor,
- Ira,
- Amor,
- Ebrietas,
- Superioris mandatum,
- Metus vis,

Aduer-

Aduersarij prouocatio,
Iustus dolor,
Nobilitas, vel similia.

Vt præter sup. dict. diligenter & copiosè tradit cum receptis interpretum sententijs Iul. Clar. d. §. vlt. quæst. lx. per tot. ac Viuius d. opin. clxv. colum. ij.

Interim ne id obliuioni tradamus, q pœnis corporeis nunquam locus sit, vbi dolus non interuenerit, quamuis etiam maximè culpa lata arguatur. vt volet etiam Cagnolus l. contractus. numero 10. ff. de regulis iuris. Hippolytus consilio lxvij. nume. 40. & qui vberiùs id prosequitur Iulius Clarus in Practica, §. vltim. quæstione lxxxiiij. Denique quòd pœnã alius pro alio qualemcunq; nusquam dabit. vt quoque idem Iulius Clarus ex receptis sententijs approbat in d. Practica, & d. §. quæstione octogesimasexta. De quibus singulis si quis petat latiùs perquirere, Pandectarum libros accedet: quandoquidem hæc methodicè tantùm tetigimus, vt auidiores Iuris Tyrones D. Iustiniani Imperatoris libris Institutionum Quatuor absolutis, & repetitis, hisce Schematismis nostris qualibuscunque redderentur ad altiora Legum, Interpretumque Corp. Iur. examinanda & 14

corro-

corrodenda, instar dicti illius glossæ hoc titul. quòd sub gallina dimittatur vnum semper ouũ, vt alia & plura pariat & eijciat. Quare ęqui boniq́ue consulet Iuris studiosus hanc nostram opellam, etiam saluo semper & vbique saniori & integriori iudicio.

FINIS LIBRI QVARTI Institutoriarum Tabularum.

SE-

SEQVVNTVR PRAESTANTISSIMORVM DOCTISSIM. CONSULTISSIMORUMQ; VIRORUM CARMINA, QUORUM AUTHORITATE AC IUDICIO HÆC VISITATA EXIMIJ I. V. DOCTORIS GEORG. VIUIEN. ANTUERP. OPERA (PRÆTER CÆTEROS IN EPISTOLA VIROS Dd. PRIORIS PARTIS RELATOS) COMPROBANTUR.

Gabriel Pomerius I. V. Doctor, &c. ad authorem præsentis operis.

Eque tuos q; canã Doctor VIVIENNE *labores,*
Laudabo cerebri viua theatra tui.
Nam refugis tenebras vt possis luce potiri,
Cœlestis virtus commoda lucis amat.
Quicquid id est, nobis offers, vt docta per ora
Immortale tuum nomen in orbe volet.
Iuno diuitias, virtutes dat tibi Pallas,
Et linguæ Veneres dant tibi tres Charites.
Doctus amas doctos magño sus pensus amore,
Et miseros homines, qua potes arte iuuas.
Fructus de tribulis, aurum de stercore carpis,
Limoso pura hauris aquasque lacu.

Guilielmus Lupus Poëta: & Rhetor vniuersitatis Louanienſis, In laudem olim ſui diſcipuli D. Georg. Viuien. ſuorumque parentum nobiliſsimorum.

Ecce

ECCE tuus pater hic aderat quoque gloria Muſis,
Nomen cui Petro fata benigna dabant.
Qui nuper placidè ſuperas migrauit ad auras,
Diſceßu lachrymas qui peperitque pijs.
Qui Valencenis fuerit licet editus aluo,
Attamen Antuerpi fixit honore pedem.
Cuius ob interitum populus nũc luget ibidem,
Non ſecus ac matrem fleuit & ipſe tuam.
Matrem Bailliardam ſublatam morte Iacobã,
Tempore ſub quouis quæ bona mater erat.
Quæque triginta duas proles produxit in orbẽ,
Et baptiſatas vidit habere locum.
Sed nullos vnquam peperit fœcunda gemellos,
Hic licet attulerit pignora multa ſinu.
Hæc ex patre tuo Petro decies grauidata,
Continuis gnatis condecorauit humum.
Quorum tu verè poſtremus es, alte GEORGI,
O decus, ò generis mens generoſa tui.
Hinc Gandauenſi Vitrico Ioanne Damæo
Proles illa decem bis tulit atque duas.
Pars quarũ maior, nimirũ, quinque decemque
Filioli ſimili ſorte fuere ſimul.
Septem ſed reliqui liberi lepidiſſima vaſa,
Filiolæ remanent conditione pari.
Et quod adhuc magis eſt, nati ſunt quinque viginti
Filioli, gnata non intermedia.
Moxq; ſecũda eſſet cũ parta trigeſima proles,

Occu-

Occubuit mater, mi Viuienne, tua.
Occubuit, ſtaret cùm ſexageſimus annus,
Pariſijs tunc te ritè Regente gradus.
Occubuit poſt ſe theſauros larga relinquens,
Magnificas ædes, ære grauesque cados.
Teſtis adeſt rerum, cõſtans Antuerpia teſtis,
Sunt vbi Matronæ membra ſepulta piæ.
In Sacra nenti Diui iacet illa Iacobi
Ornato mira dexteritate choro.
Nobilibus tegit hanc armis de marmore ſaxũ,
Et ſacra laudatum terra cadauer habet.
Denique de tanta reſtant quoq; matre notãda,
Viribus hìc fuerit quàm Bailliarda potens.
Hæc cùm geſtaſſet liberos octo atque viginti,
Et grauida à partu non procul eſſet acri,
Tunc Louanienſes luſores arte peritos,
Hæc vicit Muſa ritè ſonando ſua.
Pulſauit bella dulces teſtudine chordas,
Vnà mirificè tripudiando ſimul.
A partu decima & quarta cùm luce mearet,
Robora naturæ prodidit illa ſuæ.
Centum ſi linguæ mihi ſint, vel Socratis ora,
Huius non poſſem geſta referre benè.
Nam ſi conarer quaſuis depingere dotes,
Perbreui in immenſum creſceret illud opus.
Nemo ſtelligeri viuit ſub climate cœli,
Omnes qui laudes commemorare queat.
Ergo fœlicem te, Viuienne GEORGI,
Ornas dum vera nobilitate tuos.

Magno-

Magnorum sequeris vestigia clara parentum,
Et vis de studijs nomen habere bonis.
Ceu cœleste tui genitores sede beati,
Pauerunt loculis languida corda suis:
Sic quoq; tu multis hodie virtutibus auctus,
Esse soles miseris certa medela choris.
Nec tantùm nummis afflictos pascere tentas,
Sed publicis etiam fers bona multa libris.
Dextrè Parnassi proba fulcis numina montis,
Et quodcunque facis, cum pietate facis.
Nestoris idcirco comple fœliciter annos,
Vtilis vt possis pluribus esse, Vale.

Ad Authorem præsentis operis Hieronymi Badij Sacrarum LL. Doctoris carmen.

TOtus in hoc vigilas, benè quò rudimenta ministres,
Duplicis hic Iuris, duplice iure foris.
Munera concessit tibi quæ diuinus Apollo,
Hæc minimè pateris tecta latere domi.
Ergo tot ingenij semper tua dona manebunt,
Laudatumque foro te leget omnis homo.
Tum, quia Cæsareæ numerosa volumina legis
Exiguis ornas quattuor hisce libris.
Tum quòd plana facis, quæ mille ambagibus olim,
Scriptores tenebris implicuere suis.

In

In quo reuera naturam vincis & artem,
Mirificè portans nobile mentis opus.
Perpetuus labor ille tuus durabit in annos,
Non vnquã poterunt hæc tua scripta mori,

Herebertus Vveldanus artium & sacrarum LL.D.&c. ad I.V.studiosum.

HAS hilari legito collectas fronte Tabellas,
Consultum studijs qui cupis esse tuis.
Sparsa per immensum Ius põderat aurea dicta
Autor communes dat tibi iure locos.
Quæ cernebantur contraria iura, resoluit,
Sic multum liber hic vtilitatis habet.
Fundamẽta potest hinc quilibet absq; labore
Ponere, & ad culmen sternere Iuris iter.
Nam dũ clausa aperit studij primordia nostri,
Hic clara tenebris euehit arte diem.
Tota simul pandit Latij penetralia Legum,
Omnigenasq; bonas promit Adrastis opes.
Quandoquidẽ solas memori si mente recondes,
Magnus in Ausonio Lege peritus eris.

Eluardus Scopius I. V. Prolyta & Licentiatus Commiss. suæ M. &c. ad eundem dat Octostichon.

CArpe, tibi prodit mira brcuitate libellus,
Qui quoq; perfacilem monstrat ad alta viam.
Quiq; animum curis poterit recreare remissis,
Si gemini Iuris nunc studiosus ades.
Scilicet immensis è Legibus vtiliora
Percipit, & vitat semper inutilia.
Ergo qui petis Legum bene soluere nodos,
Ac facere in medio verba diserta foro,
Inferiora legas primùm: sublimia deinde:
Talis enim certam lectio præbet opem.
Qualiter vtiliter studium fixurus in arte,
Illius addiscas ritè elementa prius.
Quis sine nemo suo captabit digna sudore
Præmia, necperaget, quod modò cœpit, iter.
Illud consilium fueris si fortè secutus,
Lector cum magna præmia laude feres.

Doctor Iurium Ioannes Baptista Molinæus in laudem Schematismorum ad Lectorem.

EN, veluti Medicus mortali corpore secto,
Inspicit admota viscera quæque manu:
Hæ latebras Tabulæ, *resoluto corpore, cũctas*
Monstrant: vt recta mens queat ire via.
Quod citò comperies: lucem feret iste libellus,
Si bene vis studijs consuluisse tuis.

Ergo

Ergo qui legis hæc è doctis condita scriptis,
Confer, & his paucis dic tibi multa dari.
Floriferis vt apes de fructibus optima libãt,
Et meliora legunt, deteriora sinunt:
Aurea sic Doctor Viuiennus pondera carpens,
E sanis scriptis, munera sana parit.

Seruatius Virgenianus Iuris vtriusque D. nec non artium liberal. Mag. ad I.V. studiosum.

DVm diuina sacri cognoscere dogmata Iuris
Sit labor, & magnum sarcina pondus alat.
Præcipuè, nulla quando ratione Iuuentus
Arripit oblatis obuia quæque libris.
Nunc hos Authores, oculos nunc torquet in illos,
Nec non sub dubio tramite currit iter.
Vir bonus & doctus Viuiennus, vir celebrandus,
Consultum Lector iam cupit esse tibi.
Principijs instes: nec te præposterus ordo
E summo iubeat pandere vela mari.

Sebastianus Titelmannus Melfordien. artium liberal. & Sacrarum LL. Doctor ad lectorem pro operum D. Viuienni commendatione.

ACCIPE quo debes hæc aurea scripta fauore,
Inuenies operæ præmia iusta tuæ.
Omnia nunc cernis longæuis eruta sæclis,
Quæ latuit tenebris lux micat alta suis.
Venerat in dubium, num posset tanta videri
Pagina, non vllis contemerata notis?
Vicit iudicio magnorum charta virorum,
Nactaque iudicium fertur habere fidem.
Qui videt hæc igitur legũ monumẽta superba,
Se putet egregij Iura videre fori.
Vtque diu viuat Viuiennus Doctor apertus,
Ex animo sanus quilibet optet homo.

Franciscus Hymmannus LL. Candidatus, & Poëta Laureatus ad Iurisperitos de Legibus, calamitate rerum, ac tristi abitu D. Georg. Viuien. Antuerp.

HVnc duplicis dominum fas est bene Iuris adire,
Legibus æternis est cui plenus honor.
Excidio patriæ quidam si fortè supersunt,
Fata manent tantum non leuiora Virum.
Indos, Hispanos, Anglos, Gallos, Italosque,
Cùm perlustrasset, noxia tela tulit.
Hispaniæ Regis cùm sectaretur is aulam,
Non potuit Momis ille carere malis.
Sed licet hunc reprobi turbarint tũc inimici,
Atta-

Attamen est hodie Vir bonus ille bonis.
Hunc patriæ ciues defendunt fortiter omnes,
Huius discessum luget amica cohors.
Magnates domini talem venerantur honore,
Hunc ob virtutes, Diuus Apollo colit.
Est is Episcopij Iuratus Cameracensis,
Pierijsque manet celsa columna choris.
Quod sanè multum, multa pietate notandum,
Laus est principibus posse placere viris.
Aedidit in lucem libros octo atque viginti,
Verùm venales non licet esse duos.
Namque Duce Albano regnante potenter in armis,
Sunt vetiti libri, nec ratio vlla patet.
Forsitan Hispanis referenda est gratia fidis,
Forsitan ex istis ista pharetra venit.
Scilicet haud iuuit Regis diploma Philippi,
Quod confirmarat pondere scripta suo.
Sic partē fert quisque suā, cùm publica clades
Incidit, & prohibet nulla medela malum.
Haud latebræ quenquam fugientem abscondere possunt,
In thalamos penetrant publica damna suos.
Id moneo Iuuenes, nec fabula ficta putanda,
Leges atque Deum spernere, crede, nocet.
Ast placidam retinet pacem reuerētia Iuris,
Peccanti quæ non parcere lenta solet.
Leges colunt pacem: paci contraria vis est,
Hæc nequit imposito subdere colla iugo.

Ergo Iustitiæ diuinas sumere leges,
Est decus ac claris gloria digna viris.
Quum prohibet turpem luxum, frenatque rebelles,
Crescere nec patitur semina sparsa mali.
Iudicis emendat fraudes, violentaque facta,
Nasci inter ciues dissidiumque vetat.
An neges Aethereæ, ciuilia condita, legi
Consona? num vllum numen habere putes?
Rellege natarum numerosa volumina legum,
Repperies sacris consonã multa libris.
Denique vita hominum tranquilla & honestamanebit,
Seruandi leges dum pia cura manet.
Haud vrbẽ superi cupiunt euertere nostram,
Destruit haud summus mœnia nostra Deus.
Ast ipsi patriam sceleratis ausibus vltrò
Conantur ciues dilacerare suam.
Quum precio quidam vendant leges; fidemq;
Aurum qui nullo iure modoque petunt.
Sæuitiem exercent, rapiuntq; tyrannida quidam,
Induat vt iustus ciuibus arma dolor.
Pars sarcire studet sua dãna nefanda rapinis,
Exhausit patrias cùm malè luxus opes.
Diripiuntq; vrbis patrimonia publica nostræ,
Et sibi diuitias, viaque doloque parant.
Ac non Iustitiæ formidant numen & iram,
Consilijs Superum quæ Dea semper adest.

Hæc

Hæc oculis cernit vigilantibus omnia facta,
Nemo putet falli numina posse Deum.
Ac quamuis pœnas differt aliquando, tacetq;,
Mente tamẽ memori facta nefanda notat.
Exigit & tandem pœnas: nec regna, nec vrbes
Effugiunt clades quas meruere graues.
Vtque Vrbs quæ socios iniustis prouocat armis
Mox ruit, & subitò vertitur ense suo:
Crimine sic proprio gentes delentur & vrbes,
Prospreta pœnas & pietate luunt.

Finis Acta probat.

SEQVITVR TRACTATVS ET CONSIDERATIO SPECVLATIVA DE ARBORIBUS (vt vocant) Typis atque figuris graduum Consanguinitatis & affinitatis.

Arboris affinitatis primi generis. ex l. iiij. ff. de gradib. Affinit. Quæ duci potest per totam arborem consanguinitatis.

A



Figura secundi generis Affinitatis hæc est.

B



Figuram Affinitatis Impropriè ex correlatiuis hîc habes.

AA



Quæ autem singulæ arbores desiderantur titul. 5. de succeſſ. cognatorum, inter nu. 6. & 7. libro tertio, vt ibi monitum eſt à Typographo.

COLONIAE,
Apud Theodorum Baumium,
ANNO M.D.LXXI.